Universidad de Deusto
Biblioteca

Ribera in Epistolam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCI RIBERÆ

VILLACASTRENSIS, Presbyteri Societatis Iesu, Doctorisque Theologi in Epistolam B. Pauli Apostoli ad Hebræos Commentarij.

Cum quinque Indicibus, quorum primus continet Quæstiones Scripturæ, Secundus Regulas, Tertius eiusdem Scripturæ locos explicatos. Quartus, est Rerum atque verborum. Quintus Euangeliorum totius Anni, in vsum concionatorum,

81.



IHS

SALMANTICÆ,
Excudebat Petrus Lassus.
Anno. 1598.

Expensis Octauiani Parente.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TASSA.

YO Iuan Gil de Cogollos, Escriuano del Rey nuestro Señor, y residente en su Corte, Official mayor en el officio del Secretario Pedro Zapata del Marmol: y por su ausencia doy fee que auiendo se presentado ante los Señores del Consejo de su Magestad, por Gaspar de Pedrosa, de la Compañia de Iesus, y su Procurador general, vn libro intitulado Cõmentarios sobre la Epistola de sant Pablo a los Hebreos, que auia compuesto el Padre Doctor Ribera, de la misma Compañia, y con licẽcia de los dichos Señores auia impresso, le tassaron a tres marauedis el pliego, y a este precio y no a mas, mandaron se venda, y que esta tassa se ponga al principio de cada libro de los que ansi fueren impressos, en virtud de la dicha licencia, como cõsta del auto de tassa proueydo por los dichos señores, que queda en el dicho officio, a que me refiero. Y para que dello conste di el presente, que es fecho en la villa de Madrid a veynte y vn dias del mes de Febrero, de mil y quinientos y nouenta y ocho años.

Iuan Gil de Cogollos.

EL REY.

POR quanto por parte de vos, Gaspar de Pedrosa procurador general, de la Compañia de Iesus, nos fue hecha Relacion, que el Doctor Francisco de Ribera, De la misma compañia de Iesus, Auia escripto los comentarios, sobre la Epistola de Sant Pablo, à los Hebreos, de los quales antes nos, hizo presentacion, junto con la Licencia del Prouincial, de la misma Compañia, y nos suplicastes diessemos Licencia, para lo Imprimir, y priuilegio, por el Tiẽpo que fuessemos seruidos, ò como la nuestra merced fuesse, lo qual visto, por los del nuestro consejo, y como por su mandado, se hizieron las diligencias, que la prematica, por nos vltimamente fecha que sobre la Impression, de los libros dispone, fue acordado, que deuiamos de mandar dar, esta nuestra cedula, para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien, y por la presente, por hazer bien, y merced al dicho Doctor Francisco de Ribera, le damos Licencia y facultad, para que por tiẽpo de Diez años primeros siguientes, que corran, y se quenten desde el dia de la Fecha, desta nuestra cedula, en adelante, el dicho Doctor Frãcisco de Ribera, ò la persona que su poder vuiere, y no otra alguna, pueda Imprimir y vender el dicho Libro, que de suso se haze mencion, por su original, q̃ en el nuestro consejo, se vio que va rubricado, y firmado de Pedro çapata del Marmol nuestro Scriuano de camara, de los que en el nuestro consejo residen, y con que antes que se venda, lo traygays ante ellos, juntamente con su original, paraque se vea si la Impression esta conforme à el ò trayga fee en publica forma en como por corrector nombrado, por nuestro mandado se vio, y corrigio la dicha Impression, por su original, y mandamos à el Impressor, que ansi Imprimiere el dicho Libro no Imprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro cõ el original del Autor ò persona á cuya costa se Imprimiere, ni à otra persona alguna para efecto de la dicha correcion, y tassa hasta que antes, y primero el dicho libro este corrigido, y tassado por los del nuestro consejo, y estando hecho y no de otra manera pueda Imprimir el dicho Libro, y primer pliego, y siguidamente ponga esta nuestra cedula, tassa y arratas, so pena de caer en las penas contenidas, en las prematicas y leyes de nuestro Reyno, q̃ en tal caso dispo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne y mandamos, que durante el termino de los dichos diez años persona alguna sin Licencia del dicho Frãcisco de Ribera, no pueda Imprimir ni vender el dicho Libro, so pena que el que lo Imprimiere, aya perdido, y pierda todos y qualesquier Libros, moldes y à parejos, que del dicho Libro tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis la qual dicha pena sea la tercia parte, para la nuestra camara, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tertia parte para la persona que lo denunciare. Y mãdamos a los del nuestro consejo presidente, e oydores de las nuestras audientias Alcaldes, alguaziles de la nuestra casa y corte y chancillerias, y todos los Corregidores assistente, y Gouernadores Alcaldes mayores, y ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las Ciudades Villas, y Lugares, de los nuestros Reynos y Señorios. Ansi alos que aora son y serã, de aqui adelante guarden y cumplan, esta nuestra cedula, y contra su tenor y forma, no vayan ni passen, ni consientan yr, ni passar por alguna manera so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis, para la nuestra camara Fecha en Madrid à. 17. dias del mes de Febrero de mil y quinientos y nouenta y quatro Años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor.
Don Luys de Salazar.

Licencia del Padre Christo ual de Ribera Viceprouincial.

EGO *Christophorus Ribera Viceprouincialis Societatis Iesu in Prouincia Castellana (potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre Claudio Aquauiua Præposito nostro Generali) facultatem facio, vt tomus Commentariorum in epistolam ad Hebræos à Patre Francisco Ribera sacræ Theologiæ Doctore compositus & eiusdem Societatis grauium virorũ iudicio approbatus, typis mandetur In quorũ fidem has literas manu nostra subscriptas sigilloq; nostro munitas dedimus, Segobiæ vigesima die Mensis Octobris, Anno 1593*

Christophorus Ribera.

Aprobacion del libro.

DE *mandato supremi Senatus, maxima cum voluptate legi hæc Commentaria doctissimi Doctoris Francisci Ribera, è Societate Iesu in epistolam ad Hebræos, opus sane suo authore dignissimum, & eruditionis grauissimum testimonium, vt credas eiusdem posteriores curas: qui fuit recte tractans verbum Dei, vt est in Apostolo Paulo. In quo opere nullus relictus est locus suspicioni fidei, nec imeruditioni. Poteritq; meo iudicio in magnam Ecclesiæ vtilitatẽ typis mãdari. In Conuentu D. Philip. ordinis D. P. N. Augustini. 1594. die vero. 19. mensis Ianuarij.*

Fr. Gabriel Pinelo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTORI.

ECCE tibi Christiane Lector posteriores, atque adeo sapientiores in sacras literas Commentarios patris nostri Francisci Riberæ, in Epistolã videlicet ad Hebræos, quos auditoribus suis Salmanticæ dictauit anno vitæ suæ extremo; vt ætate ita & sapientia grandior: cùm verissime vsurpare posset illud Thelemachi ex Homero, Μέγας εἰμι, καὶ δή μοι ἄεξετε ἔνδοθι θυμός. Id est, *grandior sum, ipse, grandescit animus.* Atque adeo, quòd in alijs eiusdem autoris Commentarijs effecit labor, ac recognitio, seu retractatio, id in hoc opere perfecit rerum ad Scripturam explicandam vsus, & confirmata iam diu experientia. Et; si in alijs, cùm primum ea auditoribus suis dictabat, inscribere debuit; *Faciebat*, velut emendaturus quicquid desideraretur, quùm prælo mandaret; in hoc certe operè, si quo in alio, quantumcumque reuiso, inscribere potuit; *Fecit*. Tanta iam tunc erat autori hac in arte quasi securitas. Id mihi certò persuadeo ab omnibus; qui attente legerint; Commentarios hos plenos iudicio, sententiarum ac verborum grauitate, germanarum ac veraruin interpretationũ, maxime locorũ (qui sunt plures multò quàm in alijs difficillimi in hac Epistola) selectioneq; mirabiles fore censendos. Interceptus fuit autor, proh dolor, cùm versum quintum capitis vltimi explicasset, sed ne quid quoad fieri potuit, desideraretur, quæ deerant, supleuimus. Id qua ratione, suo loco scribimus.

Habemus plures alias eiusdem autoris in scripturam lucubrationes, quas á nobis describendas vehemẽter nõ pauci efflagitãt, nosque eas apud nos habere, diuitias maiores Thesauro Ægiptiorũ æstimamus. Si viderimus ite eas etiã desiderari, libenter dabimus. Id ne petitũ pollicemur, quàm breues tàm selectos & aureos eiusdem autoris Commentariolos in duodecim Prophetas minores. Quos priuato vsui ex longioribus Commentarijs, quasi fauum è floribus sibi construebat. Iam hos prælo mandamus. Breui prodibunt. Vale.

EPIST.

EPIST. PAVLI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

CAP. I.

MVLTIFARIAM, multisq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissimè die 1
bus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem 2
vniuersorum, per quem fecit & secula. Qui, cùm sit splendor gloriæ, & figura sub 3
stantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tãtò melior An 4
gelis effectus, quantò differentius præ illis nomẽ hæreditauit. Cui enim dixit aliquando Angelo- 5
rum, Filius meus es tu, ego hodie genuite? Et rursum, Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi in filium? Et cùm iterum introducit primogenitum 6
in orbem terræ, dicit, Et adorẽt eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit, Qui facit 7
Angelos suos, spiritus: & ministros suos, flammam ignis. Ad filiũ autem: Thronus tuus Deus 8
in seculum seculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatẽ; pro- 9

pterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et, Tu in principio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis, quoad vsque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratorij spiritus: in ministerium missi propter eos qui hęreditatem capient salutis.

CAP. II.

PRopterea abūdantius oportet obseruare nos ea, quæ audiuimus: ne fortè pereffluamus. Si enim, qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobediētia accepit iustā mercedis retributionē: quomodo nos effugiemus, si tantā neglexerimus salutem? quæ, cùm initiū accepisset enarrari per Dominū ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, cōtestante Deo signis, & portētis, & varijs virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secūdū suam voluntatem. Nō enim angelis subiecit Deus orbem terræ futurū, de quo loquimur. Testatus est autē in quodā loco quis, dicens, Quid est homo, quòd memor es eius: aut filius hominis quoniā visitas

visitas eū? Minuisti eū paulo minus ab Angelis: gloria & honore coronasti eum, & cōstituisti eū super opera manuū tuarū. Omnia subiecisti sub pedibus ei⁹: In eo enim quòd omnia ei subiecit: nihil dimisit non subiectū ei. Nūc autē necdum videmus omnia subiecta ei. Eum autem, qui modico, quā Angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum: vt gratia Dei, pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorū, per passionem consummare. Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur: ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens, Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te. Et iterum: Ego ero fidens in eum: Et Iterum: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem: vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum: & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret & fidelis pōtifex ad Deum, vt repropitiaret delicta po-

18 cta populi, in eo enim in quo passus est ipse & tentatus: potens est & eis qui tentãtur, auxiliari.

CAP. III.

2 VNde fratres sancti, vocationis cælestis participes, considerate Apostolũ & pontificem confessionis nostræ Iesum: qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius.
3 Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet
4 domus, qui fabricauit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo, qui autẽ omnia creauit, Deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in to
5 ta domo eius tãquam famulus in testimonium
6 eorum eorum, quæ dicenda erant: Christus verò tanquã filius in domo sua: quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finẽ, firmam retineamus. Quapropter, sicut dicit Spiri-
7 tus sanctus Hodie si vocem eius audieritis, noli-
8 te obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione
9 secundũ diem tentationis in deserto, vbi tẽtauerunt me Patres vestri: probauerunt & viderunt
10 opera mea quadraginta annis. Propter quod infensus fui generationi huic, & dixi, Semper errãt
11 corde. Ipsi autem nõ cognouerũt vias meas, quibus iurauí in ira mea, Si introibũt in requiẽ meã.
12 Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi à Deo viuo.

sed

sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, 13
donec Hodie cognominatur, vt non obdurctur
quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim 14
Christi effecti sumus: si tamen initiũ substantiæ
eius vsq; ad finem, firmũ retineamus. Dum dici 15
tur, Hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare cor da vestra, quemadmodũ in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbauerũt: sed 16
non vniuersi, qui profecti sunt ex Ægypto per
Moysen. Quibus autẽ infensus est quadraginta
annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum ca- 17
dauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem 18
iurauit nõ introire in requiem ipsius: niſi illis qui
increduli fuerunt? Et videmus, quia non potue 19
runt introire propter incredulitatem.

CAP. IIII.

TImeamus ergo, ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur 1
aliquis ex vobis deesse. Etenim & nobis nuntiatum est, quemadum & illis. Sed non profuit illis 2
sermo auditꝰ, nõ admistus fidei ex ijs, quæ audierunt. Ingrediemur enim in requiem, qui credidi- 3
mus: quẽadmodũ dixit, sicut iurauí in ira mea, si
introibunt in requiem meã: & quidem operibus
ab institutione mũdi perfectis. Dixit enim quo- 4
dam loco de die septima sic: Et requieuit Deus
die septima ab omnibꝰ operibus suis. Et in isto 5

rursum,

6 rursum, Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo supereſt introire quoſdam in illã, & ij
quibus prioribus annuntiatum eſt, non introie-
7 runt propter incredulitatem: iterũ terminat diẽ quẽdam, Hodie, in Dauid dicendo. poſt tantũ tẽ
poris, ſicut ſuprà dictũ eſt, Hodie ſi vocẽ eius au-
8 dieritis, nolite obdurare cordaveſtra. Nã ſi eis Ieſus requiem prẽſtitiſſet: nũquam de alia loquere
9 tur poſthac die. Itaque relinquitur ſabbatiſmus
10 populo Dei. Qui enim ingreſſus eſt in requiẽ eius: etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis, ſicut à ſuis
11 Deus. Feſtinemus ergo ingredi in illã requiem: vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exem
12 plum. Viuus eſt enim ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vſque ad diuiſionẽ animæ ac ſpiritus, compagũ quoque ac medullarum & diſcretor cogitationũ
13 & intentionum cordis. Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in cõſpectu eius, omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo.
14 Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit cælos Ieſum Filium Dei: teneamus cõfeſ-
15 ſionem. Non enim habemus põtificem, qui non poſsit compati infirmitatibus noſtris: tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato.
16 Adeamus ergo cum fiducia ad tronum gratiæ: vt miſericordiam conſequamur, & grariam inueniamus in auxilio opportuno.

CAP.

CAP. V.

OMnis namque Põtifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs quæ 1
ſunt ad Deũ: vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Qui cõdolere poſsit ijs qui ignorãt & errãt: 2
quoniã & ipſe circũdatus eſt infirmitate: & propterea debet, quẽadmodum pro populo, ita etiã 3
pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquã 4
ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo, tamquam Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum 5
clarificauit vt põtifex fieret: ſed qui locutus eſt
ad eũ, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quẽ 6
admodum & in alio loco dicit: Tu es ſacerdos in
æternum, ſecũdum ordinem Melchiſedec. Qui 7
in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationeſq; ad
eum qui poſsit illum ſaluũ facere à morte cũ clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt 8
pro ſua reuerẽtia. Et quidem cũ eſſet Filius, didicit ex ijs quæ paſſus eſt, obedietiam: & conſum- 9
matus, factus eſt omnibus obtemperãtibus ſibi, 10
cauſa ſalutis æternæ, appellatus à Deo põtifex ſe- 11
cundum ordinem Melchiſedec. De quo nobis
grandis ſermo & interpretabilis ad dicendũ: 12
quoniam imbecilles facti eſtis ad audiẽdum. Et
enim cum deberetis magiſtri eſſe propter tẽpus: i
turſum indigetis vt vos doceamini quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei: & facti eſtis quĩ- 13
bus lacte opus ſit, non ſolido cibo. Omnis enim

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est. Perfectorũ autem est solidus cibus: eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

CAP. VI.

1 QVapropter intermittentes inchoationis Christi sermonẽ, ad perfectionẽ feramur, nõ rursum iacientes fũdamentũ pœnitẽtiæ
2 ab operibus mortuis, & fidei ad Deũ, baptismatũ doctrinæ, impositionis quoque manuũ, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus. Impossibile
4 enim est eos, qui semel sũt illuminati, gustauerũt etiã donũ cęleste, & participes facti sunt Spiritus
5 sancti, gustauerũt nihilominus bonũ Dei verbũ,
6 virtutesq; seculi vẽturi, & prolapsi sũt: rursus renouari ad pœnitentiã, rursum crucifigẽtes sibimetipsis Filiũ Dei, & ostẽtui habẽtes. Terra enim sępè
7 veniẽtem super se bibẽs himbrẽ & generãs herbã
8 opportunã illis àquib⁹ colitur: accipit benedictionẽ à Deo: proferẽs aũt spinas ac tribulos: reproba est, & maledicto pxima, cui⁹ cõsũmatio in cõbu-
9 stionẽ. Cõfidim⁹ aũt de vobis dilectissimi meliora
10 & viciniora saluti: tametsi ita loquimur. Nõ enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis, quam ostẽdistis in nomine ipsius, qui mi-
11 nistrastis sanctis & ministratis. Cupimus autẽ vnũ quemque vestrum eandem ostentare solicitudinem ad

nem ad expletionem spei vsque in finem: vt nõ 12
segnes efficiamini, verũ imitatores eorũ qui fide & patientia hæreditabũt promissiones. Abrahæ 13
namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quẽ iuraret maiorem, iurauit per semetipsum, dicẽs. Nisi benedicẽs benedicã te, & mul- 14
tiplicans multiplicabo te. Et sic longanimiter fe- 15
rens, adeptus est repromissionẽ. Homines enim 16
per maiorem sui iurant: & omnis cõtrouersiæ eorum finis ad confirmationem, est iuramentum. In quo abundantius volens Deus ostendere polli- 17
citationis hæredibus immobilitatẽ consilij sui, interposuit iusiurãdum: vt per duas res immobiles, 18
quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimũ solatium habeamus. Qui confugimus ad tenen- 19
dam propositam spem, quam sicut ancorã habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro 20
nobis introijt Iesus, secundũ ordinem Melchisedec pontifex factus in æternum.

CAP. VII.

HIc enim Melchi-sedec, rex Salem, sacerdos 1
Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum, & benedixit ei: cui & decimas omnium diuisit Abraham: primùm quidem qui in- 2
terpretatur rex iustitiæ: deinde autem & rex Salem, quod est, rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum neque finem 3
vitæ

vitæ habens, assimilatus autem filio Dei, manet
4 sacerdos in perpetuum. Intuemini autem quan-
tus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis
5 Abraham Patriarcha. Et quidem de filijs Leui Sa
cerdotium accipientes, mandatum habent deci-
mas sumere à populo secundum legem, id est, à
fratribus suis: quamquam & ipsi exierint de lum
6 bis Abrahæ. Cuius autem generatio non annu-
meratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, &
7 hũc, qui habebat repromissiones, benedixit. Sine
vlla aũt cõtradictione, quod minus est, à meliore
8 benedicitur. Et hic quidẽ, decimas morientes ho-
9 mines accipiũt: ibi aũt contestatur, quia viuit. Et
(vt ita dictũ sit) per Abrahã & Leui, qui decimas
10 accipit, decimatus est, adhuc enim in lũbis patris
11 erat, quando obuiauit ei Melchisedec. Si ergo cõ
summatio per sacerdotiũ Leuiticũ erat (populus
enim sub ipso legẽ accepit) quid adhuc necessariũ
fuit secundũ ordinem Melchisẽdec, aliũ surgere
sacerdotem, & nõ secundũ ordinem Aaron dici?
12 Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis
13 trãslatio fiat. In quo enim hæc dicuntur: de alia
14 tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. Mani-
festũ est enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus
noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses
15 locutus est. Et amplius adhuc manifestũ est: si se-
16 cũdùm similitudinem Melchisẽdec exurgat alius
sacerdos, qui non secundum legem mandati car-
nalis

nalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolu-
bilis. Contestatur enim, Quoniam tu es sacerdos in 17
æternum, secundum ordinẽ Melchisedec. Repro- 18
batio quidem fit præcedentis mãdati: propter infir-
mitatem eius & inutilitatẽ. Nihil enim ad perfectũ 19
adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quã
proximamus ad Deũ. Et quantum est non sine iure 20
iurando (alij quidem, sine iureiurãdo sacerdotes fa-
cti sunt: hic autem cum iureiurando per eũ qui di- 21
xit ad illum: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eũ
tu es sacerdos in æternum) in tantũ melioris testamẽ 22
ti sponsor factus est Iesus. Et alij quidem plures facti 23
sunt sacerdotes, idcircò quòd morte prohiberentur
permanere: hic autem eo quòd maneat in æternum, 24
sempiternum habet sacerdotiũ. Vnde & saluare in 25
perpetuum potest accedẽs per semetipsum ad Deũ
semper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis 26
enim decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus, inno-
cens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & ex-
celsior cęlis factus, qui non habet necessitatem quo- 27
tidie (quemadmodum sacerdotes) prius pro suis de
lictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim
fecit semel, se offerẽdo. Lex enim homines cõstituit 28
sacerdotes infirmitatem habentes: sermo aũt iurisiu
randi, qui post legẽ est, Filiũ in æternum perfectum.

CAP. VIII.

CApitulum autem super ea quæ dicuntur, Talẽ 1
habemus Põtificẽ, qui cõsedit in dextera sedis

magni-

magnitudinis in cælis: sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Dominus & non homo. Omnis enim Pontifex ad offerendū munera & hostias cōstituitur, vnde necesse est & hūc habere aliquid quod offerat: si ergo esset super terrā, nec esset sacerdos: cū essent qui offerrēt secūdum legem munera, qui exēplari & vmbræ deseruiunt cælestiū. Sicut responsum est Moysi, cùm cōsumaret tabernaculum, Vide (inquit) omnia, facito secundū exemplar, quod tibi ostē sum est in mōte. Nunc autē melius sortitus est ministerium, quātò & melioris testamenti mediator est, quod in melioribꝰ repromissionibus sancitū est. Nā si illud prius culpa vacasset: nō vtique secundi locus inquireretur. Vituperās enim eos dicit: Ecce dies venient, dicit Dns: & cōsummabo super domū Israel, & super domū Iuda testamētū nouū, nō secūdū testamentū, quod feci patribus eorū in die qua apprehēdi manū eorū, vt educerem illos de terra Ægypti: qm̄ ipsi non permanserunt in testamento meo: & ego neglexi eos, dicit Dominus. Quia hoc est testamentum, quod disponā domui Israël post dies illos, dicit Dominus: Dādo leges meas in mentem eorū, & in corde eorū superscribā eas: & ero eis in Deum, & ipsi erūt mihi in populū: & non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisq; fratrem suum, dicens, Cognosce Dominū: quoniā omnes scient me à minore vsque ad maiorem eorū: quia propitius ero iniquitatibus eorum: & peccatorū eorum iā nō memorabor. Dicendo autem nouum: veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit: prope interitum est.

CAP. IX.

HAbuit quidem & prius, iustificationes culturę & sanctū seculare. Tabernaculum enim factum est, primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panū, quæ dicitur Sancta. Post velamentū aūt secūdum, tabernaculū, quod decitur Sancta Sanctorum: aureū habens thuribulum, & arcam testamenti circunctā ex omni parte auro in qua, vrna aurea habens manna, & virga Aarō quæ fronduerat, & tabulæ testamenti, superque eam erāt Cherubim glorię obumbrantia ꝓpitiatoriū, de quibus nō est modò dicēdū per singula. His verò ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibāt Sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes, in secundo autem, semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine quem offert pro sua & populi ignorantia, hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum, quæ parabola est temporis instantis: iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis & in potibus, & varijs baptismatibus, & iustitijs carnis vsque ad tempus correctionis impositis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

11 Christus autem assistens Pontifex futurorum bono
tum per amplius & perfectius tabernaculũ non ma
12 nufactum, id est, nõ huius creationis: neque per san-
guinem hircorum aut vitulorũ, sed per propriũ san-
guinem introiuit semel in Sancta, æterna redẽptio-
13 ne inuenta. Si enim sanguis hircorum & taurorum
& cinis vitulę aspersꝰ, inquinatos sanctificat ad emũ
14 dationem carnis: quantò magis sanguis Christi qui
per Spiritum sanctum, semetipsum obtulit immacu
latum Deo, emundauit conscientiam nostrã ab ope
15 ribus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? Et ideò
noui testamenti mediator est: vt morte intercedente,
in redemptionem earũ præuaricationũ, quæ erãt
sub priori testamento, repromissionem accipiãt qui
16 vocati sunt æternę hæreditatis. Vbi enim testamen-
17 tum est: mors necesse est intercedat testatoris. Testa
mentum enim, in mortuis confirmatũ est: alioquin
18 nondum valet, dum viuit qui testatus est. Vnde nec
19 primũ quidẽ sine sanguine dedicatũ est, lecto enim
omni mandato legis à Moyse, vniuerso populo: acci
piens sanguinem vitulorum & hircorũ cum aqua &
lana coccinea & hyssopo: ipsum quoque librum
& omnem populum aspersit, dicens, Hic sanguis te
21 stamenti, quod mandauit ad vos Deus, Etiam ta-
bernaculũ & oĩa vasa ministerij sanguine similiter
22 aspersit. Et oĩa penè in sanguine, secundũ legẽ, mũdã
23 tur: & sine sanguinis effusione nõ fit remissio. Neces
se est ergo exẽplaria quidem cęlestiũ, his mũdari: ip-
sa autem

sa aũt cælestia, melioribus hostijs quàm istis. Nõ eĩn 24
in manufacta Sãcta Iesus introiuit exẽplaria verorũ:
sed in ipsũ cælũ, vt appareat nunc vultui Dei pro no- 25
bis. Neque vt sæpè offerat semetipsum, quemadmo-
dum Põtifex intrat in Sancta, per singulos annos in 26
sanguine alieno: alioquin oportebat eũ frequenter
pati ab origine mundi: nũc aũt semel in consumma-
tione seculorũ, ad destitutionẽ peccati per hostiam 27
suam apparuit. Et quemadmodũ statutum est homi
nibus semel mori, post hoc aũt iudicium: sic & Chri 28
stus semel oblatus est ad multorum exhauriẽda pec
cata, secũdò sine peccato apparebit expectãtibus se,
in salutem.

CAP. X.

VMbram enim habẽs lex, futurorũ bonorũ, non 1
ipsam imaginẽ rerũ: per singulos annos eisdem
ipsis hostijs quas offerunt indesinenter, nunquã po-
test accedentes perfectos facere: alioquin cessassent 2
offerri, ideò ꝙ nullam haberent vltrà conscientiam
peccati cultores semel mundati. Sed in ipsis comme 3
moratio peccatorũ per singulos annos fit, impossibi 4
le enim est sanguine taurorũ & hircorũ auferri pec-
cata. Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiã & obla 5
tionem noluisti: corpus autem aptasti mihi: holocau 6
tomata, & pro peccato, non tibi placuerunt. Tũc di- 7
xi. Ecce venio: in capite libri scriptum est de me: Vt
facjam Deus voluntatem tuã. Superiùs dicẽs, Quia 8
hostias & oblationes, & holocautomata, & pro pec-
cato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum le

9 gem offerũtur,tũc dixi;Ecce venio, vt faciam Deus
voluntatem tuam:aufert primum, vt sequens sta-
10 tuat. In qua voluntate sanctificati sumus per obla-
11 tionem corporis Iesu Christi semel. Et omnis qui-
dem sacerdos præsto est quotidie ministrans, &
easdem sæpe offerẽs hostias,quæ nunquam possunt
12 auferre peccata: hic autem vnam pro peccatis offe-
rẽs hostiam,in sempiternum sedet in dextera Dei,
13 de cætero expectans, donec ponantur inimici eius
14 scabellũ pedum eius. Vna enim oblatione,consum
15 mauit in sempiternũ sanctificatos. Conteſtatur au-
tem nos & Spiritus sanctus. Postquam enim dixit:
16 Hoc autem testamẽtũ quod testabor ad illos post
dies illos,dicit Dominus,Dando leges meas in cor-
dibus eorum, & in mentibus eorum superscribam
17 eas:& peccatorum & iniquitatum eorum iam non
18 recordabor amplius. Vbi autem horũ remissio: iam
19 non est oblatio pro peccato. Habẽtes itaque fratres
fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Chri-
20 sti: quam initiauit nobis viam nouam & viuentem
21 per velamen,id est carnem suam,& sacerdotem ma
22 gnum super domum Dei, accedamus cũ vero cor-
de in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia
23 mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei
nostræ confessionem indeclinabilem (fidelis enim
24 est qui repromisit)& consideremus inuicem in pro
25 uocationem charitatis & bonorum operum: non
deserẽtes collectionem nostram,sicut cõsuetudinis
est

est quibusdam, sed consolantes,& tantò magis quã
tò videritis appropinquãtem diem. Volũtariè enim 26
peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis
iam non relinquitur pro peccatis hostia,terribilis au 27
tem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio,
quæ cõsumptura est aduersarios. Irritam quis faciẽs 28
legẽ Moysi,sine vlla miseratione; duobus vel tribus
testibus moritur. Quanto magis putatis, deteriora 29
mereri supplicia,qui filium Dei conculcauerit,& san
guinem testamenti pollutum duxerit,in quo sancti
ficatus est, & spiritui gratiæ contumeliã fecerit? Sci- 30
mus enim qui dixit,Mihi vindictã, & ego retribuã.
Et iterum:Quia iudicabit Dominus populum suũ. 31
Horrẽdũ est incidere in manus Dei viuentis. Reme 32
moramini autẽ pristinos dies:in quibus illuminati,
magnũ certamen sustinuistis passionũ & in altero 33
quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum
facti:in altero autem socij taliter cõuersantium effe
cti. Nam & vinctis compassi estis:& rapinam bono- 34
rum vestrorum cum gaudio suscepistis,cognoscen-
tes vos habere meliorem & manentem substantiã.
Nolite itaque amittere confidentiã vestrã,quæ mag 35
nam habet remunerationẽ. Patiẽtia enim vobis ne- 36
cessaria est : vt voluntatem Dei facientes, reporte-
tis promissionem. Adhuc enim modicum ali- 37
quantulumq́ue, qui venturus est, veniet, & non
tardabit. Iustus autem meus ex fide viuit,
quòd si subtraxerit se non placebit animæ meæ.

38 Nos autem non sumus subtractionis filij in perditio
nem: sed fidei in acquisitionem animæ.

CAP. XI.

1 EST autem fides, sperandarũ substãtia rerũ, ar-
2 gumentũ nõ apparẽtium. In hac enim testimo-
3 nium cõsecuti sunt senes. Fide, intelligim⁹ aptata es
4 se sæcula verbo Dei: vt ex inuisibilibus visibilia fie-
rẽt. Fide, plurimã hostiã Abel, q̃ Caim obtulit Deo:
per quã testimonium cõsecutus est esse iustus, testi
monijũ perhibente muneribus eius Deo, & per illã
5 defunctus adhuc loquitur. Fide, Henoch translatus
est, ne videret mortem, & nõ inueniebatur: quia trã-
stulit illũ Deus: ante trãslationem enim testimoniũ
6 habuit placuisse Deo. Sine fide autẽ impossibile est
placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad
Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit.
7 Fide, Noe responso accepto de ijs quę adhuc nõ vide
bãtur, metuens, aptauit arcã in salutem domus suæ,
per quã damnauit mundũ & iustitiæ quæ, per fidem
8 est hæres institutus. Fide, qui vocatur Abraham obe
diuit in locum exire, quem accepturus erat in hęredi
9 tatẽ: & exijt, nesciẽs quo iret. Fide, demoratus est in
terra repromissionis, tãquã in aliena, in casulis habi
tãdo cũ Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis
10 eiusdẽ. Expectabat enim fundamenta habentẽ ciui
11 tatem: cuius artifex & cõditor Deus. Fide, & ipsa Sa
ra sterilis virtutem in conceptione seminis accepit,
etiã præter tẽpus ætatis: qm̃ fidelẽ credidit esse eum
qui

qui repromiserat. Propter quod & ab vno orti sunt 12
(& hoc emortuo) tanquam sydera cæli in multitudi
ne, & sicut arena, quæ est ad orã maris, innumerabi-
lis. Iuxta fidem defuncti sunt oẽs isti nõ acceptis re- 13
promissionibus, sed à lõgè eas aspicientes, & salutã-
tes, & cõfitentes, quia peregrini & hospites sunt su-
per terrã. Qui enim hæc dicũt: significãt se patriã in- 14
quirere. Et si quidẽ ipsius meminissent, de qua exie- 15
runt: habebãt vtique tempus reuertendi; nũc aũt me
liorem appetũt, id est, cælestem. Ideò nõ cõfunditur
Deus vocari Deus eorũ, parauit enim illis ciuitatem.
Fide, obtulit Abraham Isaac, cũm tẽtaretur: & vni- 17
genitũ offerebat, qui susceperat repromissiones: (ad 18
quẽ dictũ est, Quia in Isaac vocabitur tibi semẽ,) ar- 19
bitrãs quia & à mortuis suscitare potens est Deus. vn
de eum & in parabolam accepit. Fide, & de futuris, 20
benedixit Isaac, Iacob & Esau. Fide, Iacob moriens, 21
singulos filiorum Ioseph benedixit: & adorauit fasti
gium virgæ eius. Fide, Ioseph moriens, de profectio 22
ne filiorum Israel memoratus, est: & de ossibus suis
mãdauit. Fide, Moyses natus, occultatus est mẽsibus 23
tribus à parentibus suis: eo q̃ vidissent elegãtem in-
fantẽ, & nõ timuerũt regis edictũ. Fide, Moyses grã- 24
dis factus, negauit se esse filiũ filiæ Pharaonis: magis 25
eligens affligi cũ populo Dei, q̃ tẽporalis peccati ha-
bere iucũditatẽ, maiores diuitias æstimãs thesauro 26
Ægyptiorũ, improperiũ Christi. aspiciebat enim in
remunerationem. Fide, reliquit Ægyptũ: nõ veritus 27

¶¶ 5 animo-

animositatem regis. inuisibilem enim tanquam vi-
28 dens sustinuit. Fide, celebrauit pascha, & sanguinis
effusionem: ne qui vastabat primitiua, tangeret eos.
29 Fide, transierunt mare rubrum tãquam per aridam
30 terram: quod experti Ægyptij, deuorati sunt. Fide,
31 muri Iericho corruerunt, circuitu dierum septem.
Fide, Rahab meretrix nõ perijt cum incredulis: ex-
32 cipiens exploratores cũ pace. Et quid adhuc dicam?
Deficiet enim me tempus enarrãtem de Gedeõ, Ba-
33 rac, Sãson, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetis. qui
per fidem, deuicerũt regna, operati sunt iustitiã, ade-
34 pti sunt repromissiones, obturauerũt ora Leonũ, ex-
tinxerunt impetũ ignis, effugauerũt aciẽ gladij, con-
ualuerũt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, ca-
35 stra verterũt exterorum. acceperunt mulieres de re-
surrectione mortuos suos. alij autem distenti sunt,
non suscipientes redẽptionem, vt meliorem inueni-
36 rent resurrectionem. Alij verò ludibria & verbera
37 experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt,
secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui
sunt, circuierunt in melòtis, in pellibus caprinis,
38 egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat
mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, &
39 speluncis, & in cauernis terræ. Et hi omnes testimo-
nio fidei probati, non acceperunt repromissionem.
40 Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non
sine nobis consummarentur.

CAP.

CAP. XII.

IDeoque & nos tantam habentes impositam nu- 1
bem testium: deponentes omne pondus & circum-
stans nos peccatum, per patiẽtiam curramus ad pro-
positum nobis certamen, aspicientes in authorem fi- 2
dei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi
gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, at-
que in dextera sedis Dei sedet. Recogitate enim eũ 3
qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum seme-
tipsum contradictionem: vt ne fatigemini, animis
vestris deficientes. Nondum enim vsque ad sangui- 4
nem restitistis, aduersus peccatum repugnantes: &
obliti estis consolationis, quæ vobis, tanquam filijs 5
loquitur, dicens, Fili mi, noli negligere disciplinam
Domini: neq; fatigeris dum ab eo argùeris. quem 6
enim diligit Dñs, castigat: flagellat autẽ omnẽ filiũ
quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquã filijs 7
vobis offert se Deus. quis enim filius, quẽ nõ corripit
pater? Quòd si extra disciplinã estis, cuius participes 8
facti sunt oẽs: ergo adulteri, & non filij estis. Deinde 9
patres quidẽ carnis nostræ, eruditores habuimus, &
reuerebamur eos. num multo magis obtemperabi-
mus Patri spirituum, & viuemus? Et illi quidem in 10
tempore paucorum dierum, secundum voluntã-
tem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod
vtile est in recipiendo sanctificationem eius. Om- 11
nis autẽ disciplina in præsenti quidem videtur non
esse gaudij, sed mœroris: postea aũt fructum paca-

tissimum

12 tissimũ exercitatis per eã, reddet iustitiæ. Propter q̃
13 remissas manus & soluta genua erigite: & gressus re
ctos facite pedib⁹ vestris: vt nõ claudicãs quis erret,
14 magis aũt sanetur. Pacem sequimini cũ omnibus, &
15 sãctimoniã: sine qua nemo videbit Deũ: cõtẽplãtes
nequis desit gratiæ Dei: nequa radix amaritudinis
sursũ germinãs impediat, & per illã inquinẽtur mul
16 ti. Nequis fornicator aut ꝓphan⁹ vt Esau: qui ꝓpter
17 vnã escã vendidit primitiua sua: scitote enim q̃m &
postea cupiens hęreditare benedictionem, reproba-
tus est: nõ enim inuenit pœnitentiæ locũ, quãquã cũ
18 lachrymis inquisisset eã. Nõ enim accessistis ad tra-
ctabilẽ mõtem, & accẽsibilem ignem, & turbinem,
19 & caliginẽ, & procellã, & tubæ sonũ, & vocem verbo
rũ, quã qui audierũt, excusauerũt se, ne eis fieret ver-
20 bum. (Non enim portabãt quod dicebatur, Et si be-
21 stia tetigerit mõtem, lapidabitur. Et ita terribile erat
quod videbatur, Moyses dixit: Exterritus sum & tre
22 mebũdus.) sed accessistis ad Sion mõtem, & ciuita-
tem Dei viuentis, Ierusalẽ cælestem, & multorũ mil
23 lium Angelorũ frequentiã, & Ecclesiã primitiuorũ,
qui cõscripti sunt in cælis, & iudicem omniũ Deum,
24 & spiritus iustorũ perfectorũ, & testamenti nouæ me
diatorem Iesum, & sanguinis asperſionẽ melius lo-
25 quentem quã Abel. Videte ne recusetis loquentem:
Si enim illi non effugerunt, recusantes eũ qui super
terram loquebatur: multò magis nos, qui de cælis lo
26 quentem nobis, auertimus. cuius vox mouit terram

tunc:

tunc: nũc autem repromittit, dicens, Adhuc semel
& ego mouebo non solum terram, sed cælum, 27
Quod autem Adhuc semel dicit, declarat mobiliũ
translationem tamquã factorum, vt manẽat ea, quæ
sunt immobilia. Itaque regnũ immobile suscipiẽtes, 28
habemus gratiam, per quam seruiamus, placentes
Deo cũ metu & reuerentia. Etenim Deus noster ig 29
nis consumens est.

CAP. XIII.

CHaritas fraternitatis maneat in vobis. Et hospita 1
litatem nolite obliuiſci, per hãc enim placuerũt 2
quidã, angelis hospitio receptis. Mementote vincto 3
rum, tãquã simul vincti; & laborantium, tanquam
& ipſi in corpore morantes. Honorabile connubiũ 4
in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores
eñ & adulteros iudicabit Deus. Sint mores sine aua 5
titia: cõtenti præsentib⁹. Ipse enim dixit: Nõ te de-
serã, neque derelinquã; ita vt confidenter dicamus: 6
Dñs mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi ho-
mo. Mementote præpositorũ vestrorũ, qui vobis lo 7
cuti sunt verbũ Dei: quorũ intuẽtes exitũ cõuersatio
nis, imitamini fidẽ. Iesus Christus heri & hodie: ipse
& in secula. Doctrinis varijs & peregrinis nolite ab- 8
duci. Optimũ est enim gratia stabiliri cor, nõ escis: 9
quæ non profuerũt ambulãtibus in eis. Habemus al
tare: de quo edere nõ habẽt potestatem qui taberna 10
culo deseruiunt. Quorũ enim animaliũ infertur san
guis pro peccato in sancta per Põtificẽ, horũ corpora 11

cre-

cremãtur extra cauſa. Propter quod & Ieſus, vt ſanc-
12 ctificaret per ſuũ ſanguinẽ populũ, extra portã paſſus
eſt. Exeamus igitur ad eũ extra caſtra: improperiũ
13 eius portãtes. Non enim habemus hic manẽtẽ ciui-
14 tatẽ: ſed futurã inquirimus. Per ipſum ergo offera-
15 mus hoſtiã laudis ſemper Deo, ideſt, fructũ labiorũ
cõfitẽtiũ nomini eius. Beneficẽtiæ aũt & cõmunio-
16 nis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur
Deus. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis.
17 Ipſi enim peruigilãt quaſi rationẽ pro animabus ve-
ſtris reddituri: vt cũ gaudio hoc faciãt & nõ gemẽtes
hoc enim nõ expedit vobis: Orate pro nobis cõfidi-
18 mus enim quia bonã cõſciẽtiã habemus: in omnib⁹
19 bene volentes cõuerſari. Amplius aũt deprecor vos
20 hoc facere, quo celeri⁹ reſtituar vobis. De⁹ aũt pacis
qui eduxit de mortuis paſtorẽ magnũ ouiũ, in ſan-
guine teſtamẽti æterni, Dñm noſtũ Ieſum Chriſtũ,
21 aptet vos in omni bono, vt faciatis eius volũtatẽ, fa-
ciẽs in vobis, quod placeat corã ſe per Ieſum Chriſtũ:
22 cui eſt gloria in ſecula ſeculorũ. Amen. Rogo autem
vos fratres, vt ſufferati verbum ſolatij. Etenim per
23 paucis ſcripſi vobis. Cognoſcite fratrem noſtrũ Ti-
motheum dimiſſum: cum quo (ſi celerius venerit) vi
24 debo vos. Salutate omnes præpoſitos veſtros, & om
25 nes ſanctos. Salutant vos de Italia fratres. Gratia cũ
omnibus vobis.

AMEN.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERRATA.

Pag.7.lin.14.agitur. lege agit. pa.8.lin.23.hiſtoria, leg.hiſtoriæ. lin.31.quãtũ, leg.quoniam. p.13.lin.30.& vlt.Iob. le. Iohan. pag. 16.lin.6.quoniam, le.quorum. lin.9. audiui à te, le.adiuuate. p.18. lin.2.emel.le.ſemel lin.23.redit, le.redijt. pag.20.lin.36. ον. leg.επ' pa.21.li.1.differe.le.diferre. lin.13.indicum. le.indicium. p.26.li.32. ſecus.le.ſecutus. p.29.li.9.Iterior.le.Interior. p.36.li.36.Deo.le.à Deo. p.45.li.36.Iob.le.Iohan p.49.li.11. לרכל le. לובל p.50.li.10.lxx. le. cur.lxx. li.13.potuerint.le.potuerunt. p.52.li.10.locis.le.lucis.p.54. li.10.πρὸς.le.πρὲς, pagina. 55.linea.32. virgæ.le.virga. lim.penult. משישור le.מישור p.57.li.31.diuinorũ.le.diuiniorũ p.60.li.16. vide.le. vidi.p.74.li.6.qvo quo.le.quod quo. p.79.li.26.præditionis.le.prædicationis.pa.89.li.18.alijs.le.alij.p.91.li.12.trãſtuliſſet.le.trãſtuliſſe.p.127. li.20. γενηθεενθεν, le.. γενηθενθεν. p.130.li.31 perfui.le.per frui. p.151. li.26. σιοχεια, le·απειρος, p.157.li.36.αφεντες.le.αφειμ. p.159.li. 29.eſt.ſlaminis le.eſt.ſluminis. p.160.li.13.baptiſmo.le.de baptiſmo. p. 162.li.2.baptizentur le.baptizetur.li.vlt.Nouatiam le Nouatiani. pag. 163.li.10.veteres.le.& veteres. li.15.ακαξ.le.απαξ p.175.li.11. affe- runtur.le.aſſerant. pag.206.li.37.inueniatur.inuenitur.le.inuenitur.in ueniatur.pag.216.li.3.contriſtati.le.contriſtari.li.5.contriſtari.le. contri ſtati. pag.226.li.23.ſed.leg.ſed.iod. pag.229.li.23.tebra.le.trebra. p. 233.li.10.ideſt.le.vau.ideſt. pag.236.li.1.apſius.ſacerdotes.le.ipſius ſa- cerdotes.li.19.poſſent.le.po et. pag.238.li.17. Quod.le. Quid. pag.240. li.15.dixit.le.vixit. pag.246.li.29 augmentum.le. argumentum. pag. 269.li.27. Hebræum.le.Hebræorũ. pag.292.li.pen.tuiſſe.le. fuiſſe. pag. 296.li.4.menſam.le.menſa.li.20. ſacerdotium.le. ſacerdotem. pag. 308. li.3.indicantur.le.inducantur. pag.336.li.19.nulla.le.nulla. pag. 342. li.31.ſed.le.ſed ſi. pag.348 li.23.αθενειμ.αθετειμ. pag.354.li.35.potinus. le.protinus.pag.370.li.33.le.σωμαθ κατηρτισω. pag.378.li.16.beati.le beate. pag.381.li.27.præbet Syriaca.le.præbet. Syriaca. pag.386.li.14 le.παροξυσμος. pag.396.li.27.le.διασμοὶς μὸ habent, διασμεως. pag.400. li.19.ſed fidem.le.ſed fidei. pag.408.li.28.de ſunctum.le.defunctum.pag. 410.li.2. ενν.le.ενν.li.29.comparanit.le.comparnit. pag.423.li.5.malie bra.le.muliebria. pag.424.li.pen.& iam.le.etiam. pag.442.li.7.videretur:re.le.videretur:e. pag.461.li.21.le.παρεμβεβληκαν. p.532.li.35. micetas.le.Nicetas.

Con eſtas erratas eſta correcto eſte libro, conforme a ſu original.

En teſtimonio de lo qual lo firme de mi nombre. En Salamanca, oy .31. de Enero. 1598.

El corrector, &c.

Manuel Correa de Montenegro.

Universidad de Deusto
Biblioteca



FRANCISCI RIBERAE PRESbyteri Societatis Iesu Doctoriſque Theologi in Epiſtolã Beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos Commentarij Proœmium.

De autoritate & autore huius Epiſtolæ.

CAPVT. I.

DE autore & autoritate huius epiſtolæ non nulli olim dubitarunt. Marcion enim & Baſilides eius autorem eſſe Paulũ Apoſtolum negauerũt vt autor eſt Hieronymus in prologo cõmentar. epiſtolæ ad Titum. Epiphanius etiam lib. 1. hæreſi. 42. Marcionis hanc hæreſim fuiſſe teſtatur, qui & hãc & eas quæ ſunt ad Timotheum, & ad Titum vt apoſtolo indignas reiecit, deinde etiam alij hæretici veteres idem ſenſerunt vt ait Philaſtrius in catalogo hæreſum. c. 89. cui titulus eſt hæreſis quorundam de epiſtola Pauli ad Hebræos, atq; ex recentioribus Anabaptiſtæ & Seruetani & alij nonnulli. Neque orthodoxi ſcriptores defuerunt, qui in eandem ſententiã irent. Caius enim ſcriptor Eccleſiaſticus (vt eſt apud Euſebium lib. 6. hiſto cap. 16. & apud Nicephorum lib. 4. hiſto cap. 34.) dixit eam neque Pauli eſſe, neque à Romanis pro Paulina habitam. Demum (vt 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Erasmus, in fine ad lect. huius epist.

Erasmum omittam) Thomas Cardinalis Caietanus acerrimum huic epistolæ initio commẽtariorum in eandem atque implacabile bellũ indixit. Quã de re quoniam graviter & erudite à multis huius ætatis scriptoribus disputatum est vt à Ioanne Driedone lib.2. de Ecclesiasticis dogmatibus cap.1. &.2. ab Ambrosio Catherino in proprio de ea re libello. & libr.1. annotationum in commentaria Caietani cap.2. à Cano lib.2. de locis Theologicis cap.10. & cap. 11. in responsione septimi argumenti à Sixto Senensi lib. 7. Bibliothecæ hæresi.8. à F. Michaele Medina lib.6. de recta in Deũ fide cap.25. & nouissimè à Roberto Bellarmino Societatis nostræ lib.1. suarum disputationum cap.17. in. 1. controuersia, quæ est de verbo Dei & ab alijs, ne actum, vt aiunt agamus & in refutando errore iam diu ab scholis & à sanorum mentibus explosо immoremur, breuius loquemur & ea tantum, quæ minus acta sunt desit, in quib' aliquid desiderari videbatur magis explicabimus & confirmabimus. Hoc sane satis debet esse ijs, qui acquiescunt sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est doctrinæ vbicunq; catalogus texitur canonicorum librorum, eam à concilijs & à Romanis Pontificibus semper non solum canonicam, sed à Paulo etiam apostolo editam censeri vt in canone vltimo apostolorum in concilio Laodicensi. c. 59. in. 3. Carthaginensi cap. 47. in epistola. 3. Innocentij primi cap.7. in cathalogo librorum canonicorum edito à Gelasio primo. in concilio Florentino & in Tridentino sess.4. cap.1. concilium etiam primum Ephesinum, (quod vnum ex illis quatuor generalibus est, quæ Gregorius quasi quatuor Euãgelia veneratur lib.1. Ep.24. & refertur. can. sicut Sancti distin.15.) testimonio huius epistolæ vtitur: commemorato etiam Pauli apostoli nomine aduersus hæreticos. cap.13. & cap.10. Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum diuina Scriptura commemorat, quod ex cap.3. huius Epistolæ desumptum est. §. Hoc etiam videmus apud patres quoties catalogũ canonicorum librorum conficiunt vt apud Athanasium in Synopsi diuinæ scripturæ, apud Aug. lib.2. de doctrina Christiana

Christiana cap.8, apud Damascenum lib.4. de fide ca.18. Nec mirum cum Origenes lib. 1. Commentariorum in Matthæum referente Eusebio lib.6. hist. cap.18. cum quidem de ea dubitatum fuisse à quibusdam dixisset, hæc scripserit; sed ego dico, sicut mihi à maioribus traditum est quia manifestissimè Pauli est, & semper omnes antiqui maiores nostri ita eâ vt Pauli epistolam susceperunt. Idẽ ante eum dixit præceptor eius Clemens Alexandrinus in libris Hypotyposeon vt referunt Eusebius lib.6. histo. cap.11. & Nicephorus lib.4. cap.33. Hoc argumentũ non in catholicos modo sed in hæreticos etiã valet plurimũ: nam scripturas, quas ipsi recipiunt, non alia ratione recipiendas esse probare poterunt, quàm perpetua conciliorum & Patrum traditione: atque vt alios præteream Hieronymus nec de autoritate, nec de autore eius vnquam dubitauit, licet crebro addere soleat eam à latina consuetudine non recipi, quod vel ex eo loco de scriptoribus Ecclesiasticis quem profe affert Caietanus satis intelligi potest, si integer tamen legatur, non truncatus vt ab eo allatus est apertius etiam ex procœmio comment. epist. ad Titum. Sed omnium apertissimè ex epistola ad Dardanum cuius hæc sunt verba. Vas electionis loquitur ad Hebræos, fide qui vocatur Abraham, &c. Nec me fugit quod per fidia Iudæorũ, hæc testimonia non susceperit. Illud nostris dicendũ est, hanc epistolã, quæ inscribitur ad Hebræos, non solum ab Ecclesijs Orientis, sed ab omnibus retro Græci sermonis scriptoribus quasi Pauli Apostoli susceptam, & nihil interesse, cuius sit, cum Ecclesiastici viri sit, & quotidie Ecclesiarum lectione celebretur. Quod si eam latinorũ cõsuetudo nõ recepit inter scripturas canonicas, nec Græcorum Ecclesiæ apocalypsim Ioannis eadem libertate susceperunt, & tamen nos vtraque susceperimus, nequaquam huius temporis consuetudinem, sed veterem scriptorũ autoritatem sequentes, qui vtriusq; testimonijs vtũtur, non vt interdum de apocryphis facere solẽt, sed quasi canonicis & Ecclesiasticis & cæt. Ex quo videmus à latinis illius temporis reiectam esse hanc epistolam, non à vetustissimis & probatissimis, qui ex ea testimonia sæpenu

Universidad de Deusto
Biblioteca

mero petunt ideſt, à Romanis Pontificibus Clemẽte, Anacleto, Iginio & alijs. Nec illud prætermittam, quod merito à multis ex ijs, quos paulò ante nominaui, in confirmationem veritatis affertur, docuiſſe hoc idem Petrum cũ extremis pene poſterioris Epiſtolæ verbis ait, ꝓpter quod cariſsimi hæc expectantes ſatagite immaculati, & inuiolati ei inueniri in pace & Domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem ſalutem arbitremini, ſicut & cariſsimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vo
6 bis, ſicut & in omnibus Epiſtolis & cæt. quod hinc ita Canus colligit: poſterior Epiſtola ſine dubio ad eos ſcripta eſt, ad quos & prior. Ait enim cap. 3. poſterioris: Hanc ecce vobis cariſsimi ſecũdam ſcribo epiſtolam, prior autem ad Hebræos ſcripta eſt, vt ex eius inſcriptione conſtat. Petrus apoſtolus Ieſu Chriſti electis aduenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Capadociæ & cæt. Cum igitur dicat, ſicut & cariſsimus frater noſter Paulus ſcripſit vobis, cui dubium eſſe poteſt meminiſſe illum eius Epiſtolæ, quæ eſt ad Hebræos? Verum eludere poterunt hæretici huius teſtimonij vim, quo veritas mirũ in modum iuuatur. Quærent vnde hoc datum ſumant, Epiſtolas Petri ſcribi ad Hebræos? quærent etiam in Epiſtola ad Hebræos verba â Petro indicata. Ad Priorem quæſtionem ita Canus reſpondet ex prima illa Petri ſalutatione adeò aperte hoc intel-
7 ligi vt ne Caietanus quidem negare potuerit. Recte id quidem ſi aduerſus Caietanum tantum inſtituta ſit diſputatio, quid ſi aduerſum illos diſputes, qui negare poterũt, & habituri ſunt quo ſe tueãtur cũ negauerint? Tertullianus quidem in fine Scorpiaci aduerſus Gnoſticos teſtatur eã ſcribi ad Ponticos. Beda & Gloſſa. & Lyranus ad proſelytos ſcribi dicunt: quoniam initio eius legimus: elecProſelytus tis aduenis &cæt. Proſelyti autem non erant Iudæi, ſed conuerſi ex gentibus ad Iudaiſmum Mat. 23. qui circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum, & cæt. Imo & Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum cap. 89. ſcribit mitti ad gentes: ſed multo magis vrgent Pauli verba Rom. 9. Quos & vocauit, nos non ſolum ex Iudæis, ſed etiam ex gẽtibus, ſicut & in Hoſee dicit: vocabo nõ plebem meã, plebem

plebẽ meã & nõ dilectã, dilectã, & cæt. Cumque hæc eã- 8
dem Petrus ad eos transferat quibus ſcribit ſicut ait prioris Epiſt. cap. 2. vos autem genus electum regale ſacerdotiũ vt virtutes annũtietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumẽ ſuũ. Qui aliquãdo nõ populus nũc autẽ populus Dei, qui non miſericordiã cõſecuti nũc autẽ miſericordiam conſecuti, &c. planè conſequitur Petrum non ad Hebræos ſed ad conuerſos ex gentibus ſcribere vt probaui in. c. 2. Hoſee. n. 4. & 5. verum hoc primũ reſpondeamus, Epiſtolas Petri nõ ad Proſelytos ſcriptas eſſe, ſed ad aduenas diſperſionis Ponti, Galatiæ & cæt. aliud enim proſelytus, quod quid ſit diximus & aliud aduena qui Græce in Epiſtola Petri dicitur παρεπίδημος quo nomine nõ is intelligitur, qui ritus Iudaicos aut alterius gentis ſuſcipit, ſed qui peregrè in locum aliquẽ venit. Ita dictum eſt act. 2. Iudæi quoq; & proſelyti & aduenæ Romani οἱ ἐπιδημοῦντες ῥωμαῖοι qui forte fortuna ex vrbe Roma venerãt in Ieruſalẽ. Aduenas itaq; diſperſionis vocat Iudæos qui ex 9
omnibus tribubus crediderãt & à ſuis fugati atq; in exiliũ miſſi diſperſi fuerant in regiones Ponti, Galatiæ & cæt. de quibus. 1. Theſ. 2. vos enim imitatores facti eſtis fratres Eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu, quia eadem paſi eſtis & vos à cõtribulibus veſtris ſicut & ipſi à Iudæis & cæt. Ad eoſdem ſcripſit Iacobus ſicut ipſe indicat, Iacobus Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruus duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione ſalutẽ. Quos continuò quaſi multo paſſos, & patientes cõſolatur: Omne gaudium exiſtimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis & cæt. Eiſdem ait Paulus Hebr. 10. rememoramini autem priſtinos dies, in quibus illuminati (i. ſimul ac baptizati eſtis) magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum, & in altero quidem opprobrijs & tribulationibus ſpectaculum facti, in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti. Nam & vinctis compaſſi eſtis & rapinã bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, & cæt. Ex qui- 10
bus intelligimus ad quos ex Hebræis & quibus in locis verſantes nunc ſcribat Paulus, nempe ad eos, qui quia in Chriſtum crediderant, ſpoliati bonis ſuis à Iudæis fuerãt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in exiliũ electi ita vt per regiones Põti & Galaciæ, & Cappadociæ dispersi fuerint. Nec vero putemus hanc persecutionem & dispersionem illam esse, cuius meminit Lucas Act. 8. illi enim per Samariam & Iudæam dispersi sunt. Facta est, inquit, in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Ierosolymis & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ præter apostolos. Prior enim hæc persecutio fuit. Deinde post aliquot annos ea de qua Petrus & Paulus loquũtur. Quod autem affirmauit Tertulianus Petrum ad Ponticos scripsisse, Ponticos vocat eos, qui per Pontum dispersi erant vti diximus. Augustino hoc dare possumus fuisse fortasse cum his Hebræis multos ex ijs qui ex gentibus crediderant, quos pari rabie Iudæi persequebantur. Sed Hebræis tamen has scriptas esse epistolas testantur Eusebius lib. 3. hist. capitu. 4. & in prioris epistolæ commentarijs, Didymus Alexãdrinus Oecumenius, Titelmanus, Caietanus, Erasmus. Quid ergo de verbis Hoseę à Petro & Paulo relatis dicemus? Hoc sane, quod Hieronymus in eorundem explanatione aperte confessus est Prophetã tam de Iudæorum quàm de gentium vocatione locutum fuisse, quoniam vtrique erant in tenebris & vocati sunt in admirabile lumen Dei, vtrique dicebantur non populus Dei. Etenim quanuis Iudæi semper populus Dei vocati sint vsque ad aduentum Christi, postquam eum tamen reiecerunt & in Crucem egerunt, desierunt appellari populus Dei sicut legimus Danie. 9. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est. Inde etiam apocalypsis. 2. & blasphemaris ab ijs, qui se dicunt Iudæos esse & non sunt, sed sunt synagoga Sathanæ. Nec nego valde probabile videri, quod in Hosee scripsi, sed vt nunc aliter exponam cogunt me verba illa Petri, quæ tunc in mentem non venerunt: sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis sicut in omnibus epistolis. Vnam enim ac certam sine dubio epistolã Pauli indicat, quæ ad illos scripta fuerit, nec tamen alteram inueniemus nisi hãc, quæ inscribitur ad Hebræos, cęteræ enim, nomina eorum habent ad quos mittuntur.

Altera

Altera quæstio erat, vbi nam hæc verba à Petro indicata legantur, in epistola ad Hebreos? Canus quidem non ostendit locũ. Sixtus Senensis inquit Paulum duo in hac Epistola docere, viriliter quæcunque acciderint esse toleranda, & expectanda esse pro laboribus præmia, non enim neglecturum esse Deum eorum salutem. Atq; hæc in tota Epistola tradita à Paulo, sed maximè tribus extremis capitibus. At si verba Petri diligenter legantur aliud significant. Satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace & Domini nostri longanimitatem salutem arbitremini, sicut & carissimus frater noster Paulus & cæt. Quorum intelligentia desumenda est ex præcedentibus. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agitur propter vos nolẽs aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Quod nunc ait, sed patienter agit postea dicit: Et Domini nostri longanimitatem: & quod addit, salutem arbitremini, prius dixerat: nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Verus ergo sensus est: Date operam vt cùm Dominus venerit, sanctos vos & immaculatos inueniat, & quòd Dominus aduentum suum differat & patienter expectet, ne putetis ideo fieri, quod promissionem suam, tempore suo adimplere nolit, hoc enim agit differendo vt omnes, qui electi sunt, per pœnitentiam ad se conuertantur. Vtimini ergo hac longanimitate Domini ad salutem vestram & ante quam veniat (tempore enim suo venturus est) satagite vt puri inueniamini. Differt enim aduẽtum & iudicium ne sæuire cogatur in vos, quos potius saluos fieri cupit. Hoc autem Paulus docet Hebr. 10. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aspersi corda à conscięntia mala & abluti corpus aqua munda teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. Fidelis enim est, qui repromisit & cæt. Et postea: nolite itaq; amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patięntia enim vobis necessaria est vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionem. Adhuc enim modicum, aliquãtulum q́ue qui venturus est, veniet & non tardabit. Iustus autem meus ex fide viuet: quod si

Universidad de Deusto
Biblioteca

subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Huiusmodi sunt non pauca in extremis huius epistolæ capitibus.

Obiectiones aduersariorum. Caput. II.

1 ADuersus ea, quæ de autore & de autoritate huius epistolæ dicta sunt multa obijciunt aduersarij, quæ prætereunda non sunt, quoniam illorum solutio magnopere ad totius epistolæ intelligentiam confert. Atque illa partim ad certos epistolæ locos pertinēt: partim ad totam epistolam. Ad certos Epistolæ locos, vt quod cap. 2. male autor Epistolæ de filio Dei sentire videatur, quem non substantiam patris, sed splendorem substātiæ vocat, & inter creaturas numerare videtur, cum ait: Tanto melior Angelis effectus &cæt. Quod male scripturam interpretetur cum ex illis verbis: Filius meus es tu, ego hodie genui te Christum maiorem Angelis esse cōfirmat, cum de resurrectione Paulus interpretatus sit Actor. 13. & ad Christum referat, quod de Salomone dictum est. Ego ero ei in patrem & cæt. quod cap. 2. autor se inter eos numeret, qui ab apostolis Euangelium audierunt, cum Paulus non ab homine acceperit. Quod capit. 6. neget posse eos, qui lapsi sunt renouari ad pœnitentiam. Quod cap. 9. vrnam manna & virgam in arca fuisse dicat contra fidem historiæ libri Regū. Quod de testamento proprie loquēs, quod morte testatoris confirmatur, transit argumentando ad testamentum improprie dictum & pro pacto sumptum: cum ait: Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est, &cæt. Ad hæc & similia si quæ occurrent suis locis respōdebimus, ne bis eadem dicere cogamur. Quæ autem non ad certos locos, sed ad totam pertinent epistolam nunc diluenda sunt. Primum est Epistolā non esse Pauli Apostoli, quantum eius stylus valde dissimilis est stylo reliquarum epistolarum, quas Pauli esse nemo dubitauit. Est enim comptus & eloquēs, cum de se Paulus scripserit. 2. Corinth. 11. & si imperitus sermone, sed non scientia. Secundum est, non habere Epistolam nomen Pauli, nec salutationem, quam ille adhibere solet initijs

nitijs epistolarum. Quare Tertulianus in libro de pudicitia prope finem Barnabam huius epistolæ autorem ci- 3
tat. Primum facile diluitur. Fatemur stylum huius epistolæ dissimilem esse stylo aliarum epistolarum & esse elegantiorem. Nec huius rei causa ea est, quam putauit, F. Michael Medina loco indicato Apostolum locos tractādos & sensus alteri commisisse, vt epistolam verbis suis ipse scriberet, vt occupati homines solent. Quod ab Apostolo fieri solitum cōfirmat ex fine epist. ad Rom. saluto vos ego tertius qui scripsi epistolam in domino. Nam si hoc verum esset, dispositio rerum & ordo & vis verborum humani ingenij esset, non à Spiritu Sancto quod in libris canonicis dicere nefas est. Itaque, nec in verbis illius esset inhærendum, neque ex illis liceret argumentari, sed ex sensu: nec certum esset an quidquam è suo notarius, vel addidisset, vel minus proprie dixisset. Quod si ille Spiritu Sancto dictante sensus Pauli scripsit vel duo scriptores canonici huius epistolæ essent, vel epistola magis proprie diceretur notarij, quàm Pauli sicut Marcus scripsit euangelium vt audiuit à Petro, Lucas, vt à Paulo accepit, sicut testatur Hieronymus in scriptoribus Ecclesiasticis, & tamen autores canonici horum Euangeliorum, non sunt Petrus & Paulus, sed Marcus & Lucas. Quodque Medina pro se affert ex Origene desumptum ex Eusebio li. 6. hist. cap. 18. nihil eum iuuat. Origenes enim dicit eam manifestissime esse Pauli, sed negat constare per quem sit sermo eius compositus, alios affirmare Clemētem Græco eam sermone, non tamen sensibus exposuisse, alios Lucā. Primum enim ipse hic nihil affirmauit: deinde quod illi dicebant de translatione intelligendum est, non de compositione vt ex veteribus confirmabimus. Tertius etiam ille qui epistolam ad Rom. scripsit nihil aliud fecit, quàm excipere quæ dictabantur à Paulo, si enim feciſſet, quod vult Medina procul dubio stylus epist. ad Rom. differret ab stylo aliarū epistolarum, sicut stylus epist. ad Hebræos. Quod tamen manifeste falsum est, causa vera est, hāc epistolam non Græco sermone à Paulo dictatam esse vt reliquas, sed Hebraico, quæ ab alio postea versa est in Græcū scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

psitq; (vt Hieronymus ait in catalogo virorum illustriũ) Hebræus Hebræis Hebraice, ideſt, ſuo eloquio diſertiſ ſimè vt ea quæ eloquenter ſcripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum, & hanc eſſe cauſam dicit, quod à cæteris Pauli Epiſtolis diſcrepare videatur. At hoc nequit ferre Caietanus, negat eã Hebraice ſcriptam fuiſſe, quoniam. ca. 7. ſcriptũ eſt de Melchiſedec. Primum quidem interpretatur rex iuſtitiæ. Et ſi Hebraice ſcripta eſſet, perinde hoc eſſet, ac ſi diceretur, Melchiſedec interpretatur Melchiſedec. Nec enim rex iuſtitiæ aliter apud
4 Hebræos dici poteſt. Deinde hæc addit. Et quoniam hæc ratio me conuincit (ſicut conuincit & de Matthæo) ideo hanc epiſtolam non eſſe conditam Hebraico idiomate indubiè credo. In cuius ſignum nec Hebræa inuenitur epiſtola, nec ſcitur certus eius interpres ex Hebræo in Græcum, & cæt. Addamus hoc etiam autorem huius epiſtolę teſtimonia ex veteri teſtamento deſumere magis iuxta Gręcam ſeptuaginta interpretum editionem, quàm iuxta Hebraicam veritatẽ, quod magis Græci ſcriptoris, quàm Hebræi eſt. Hac in re toto cælo errat Caietanus. Conſtat enim id veterum ſcriptorum autoritate, quibus refragari nemo qui ſapiat, debet. Euſebius lib. 6. hiſt. c. 11. de Clemẽte Alexandrino hæc ſcribit. De epiſtola vero ad Hebræos ita diſſerit, quod manifeſte ſit Pauli, ſcripta ſit ita autem Hebræo ſermone, tanquam Hebræis, à Luca vero qui erat Pauli diſcipulus interpretata in græcum. Vnde & ſtylus
5 eius magis ſimilis videatur libello illi quem Lucas de apoſtolorum actibus ſcripſit. De eadem ita cenſet idem Euſebius lib. 3. hiſt. cap. 38. Clemens tamen (loquitur autem de Romano) in epiſtola, quam Corinthijs ſcribit meminit epiſtolæ Pauli ad Hebræos & vtitur eius teſtimonijs. Vnde conſtat, quòd apoſtolus tanquã Hebræis mittendam patrio eam ſermone conſcripſerit, & vt quidam tradunt Lucam Euangeliſtam. Alij autẽ hunc ipſum Clementem interpretatum eſſe. Quod & magis verum eſt, quia & ſtylus ipſe epiſtolæ Clementis cum hac concordat & ſenſus nimirum vtriuſque ſcripturæ plurimam ſimilitudinẽ ferunt. Euſebio ſubſcripſit Nicephorus lib. 2. hiſtoriæ ca. 46.
& lib.

& lib. 3. cap. 18. Idem ſenſit Hieronymus in catalogo ſcriptorum, ideſt, Hebraice eam ſcriptam eſſe, & verſam à Luca vel à Clemente. Et in eodem libro de Clemente Ponti 6
fice Romano agẽs: Scripſit, inquit, ex perſonæ Romanæ Eccleſiæ ad Eccleſiã Corinthiorũ valde vtilẽ epiſtolã, quod & in nonnullis locis publicè legitur, quæ mihi videtur characteri epiſtolæ, quę ſub Pauli nomine ad Hebræos fertur conuenire. Sed & multis de eadem epiſtola nõ ſolum ſenſibus, ſed & iuxta verborum quoque ordinem abutitur, omnino grandis in vtraque ſimilitudo eſt, & cæt. Idẽ ait Oecumenius in argumento. 2. huius epiſtolæ & Theodoretus. Dicamus ergo Caietano cum his authoribus certum eſſe Hebraico ſermone eam dictatã eſſe ab apoſtolo. Veriſimillimum autem à Clemente fuiſſe conuerſam vt ſtylus ipſe indicat & plures ſentiũt ſicut ait Oecumenius. ſi autem Hebraicè ſcripta non eſt, quia Hebraicũ exẽplar nonextat: Ergo nec Tobiæ liber, Iudith Chaldaicè ſcripti ſunt, nec liber Eccleſiaſtici, nec primus Machabæorũ Hebraicè, quos tamen his linguis legit Hieronymus: Atque ita epiſtolam hanc Hebraico idiomate ſcriptam legerunt ij, qui nobis tradiderunt, aut certe vetuſtiores patres, quorum ipſi traditionem tenebant. Mitto quod Canus teſta 7
tur lib. 2. de locis Theologicis. c. 11. audiſſe ſe ex doctiſsimo Hebræo apud Carpentoratenſes extare etiam num hanc epiſtolam Hebraicam & Euangelium Matthæi. Eadem lingua Matthæus etiam Galenus in Prolegomenis huius epiſtolæ teſtatur eã Hebraico ſermone iuſſu Iulij III. & Ferdinandi Imperatoris elegantiſsimis typis excuſam ſtudioſorum manibus teri. Quæ vera eſſe credã cum locupletiores teſtes habebo. Venio ad argumentum, quo ſe conuincì Caietanus affirmat de interpretatione nominis Melchiſedec: facile hoc multi ſoluunt argumentantes, & eodem ſi quidquam efficeret, cõcludi poſſe libros Geneſis & Exodi non fuiſſe Hebraice ſcriptos, quoniam Gen. 35. legimus, Vocauit filium ſuum Benoni, id eſt, filius doloris mei, pater vero appellauit eum Beniamin, id eſt, filius dextræ. Et Exodi. 12. eſt enim Phaſe, ideſt, tranſitus Domini. Addunt & hoc licere interpreti peregrina vocabula interpretari,
licet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet is, qui scripsit interpretatus non fuerit. Quod verum
8 est, & vt intelligam' vtrũ interpretationes quas in nostra
vulgata editione viderimus, aut in quauis alia, scriptoris
Canon ad interpretationes vocabulorũ, quæ sunt in sacris literis. ne sint an interpretis, hoc canone vtemur. Cum ponitur
interpretatio vocabuli eius linguæ, qua primum liber ille
scriptus, est semper fere illa interpretatio erit interpretis,
non scriptoris. Si vero sit alterius linguę, scriptoris est, nõ
interpretis. Verbi gratia Genesis Hebraicè scripta est. Si vo
cabulum Hebraicum interpretatum videas, non scriptor,
Sed interpres id fecit vt in Beniamin & Benoni & Exodi
12. est enim Phase, id est, transitus Domini, & capitul. 16.
Quod cum vidissent filij Israel, dixerunt ad inuicem. Man
hu? Quod significat, quid est hoc? Ita enim Matth. 1. &
vocabunt nomen eius Emanuel, quod est interpretatum
nobiscum Deus, & cap. 27. Eli, Eli. Lamasabactani. Hoc
est, Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me? At
cum Mar. 15. eadem verba cum interpretatione legis ip-
sius Marci est illa interpretatio, non interpretis, Græcè
enim scripsit & Hebraicas voces Græcis lectoribus inter
pretari voluit. Idem dico de eo, quod est in eodem Mar-
co cap. 14. & in Paulo Gal. 4. Abba, pater de illo Ioh. 1. in
uenimus Messiam, quòd est interpretatum Christus. Tu
vocaberis Cephas, quod interpretatur, Petr': Rabbi, quod
dicitur interpretatum magister. Et de multis similibus.
9 Ita igitur dicũt interpretationem nominis Hebraici, Mel
chisedec, non esse Pauli, sed Græci eius interpretis, id est,
Clementis. At hoc non videntur animaduertisse qui ita
respondent (quod tamen permagni momenti est) cùm
interpretatio non est scriptoris, sed interpretis ea detrã-
cta nihil scripturæ integritati detrahi, vt si dicas, vocauit
Filium suum Benoni, pater vero appellauit eum Benia-
min. Est enim Phase domini. Et vocabunt nomen eius
Emmanuel. Si autẽ in hoc loco Pauli interpretationem
demas, aliquid integritati scripturæ & sensui Apostoli
adimes. Ita enim ait: Hic enim Melchisedec rex Salem, sa
cerdos Dei summi, & cæt. Primum quidem interpretatur
rex iustitiæ. Deinde autem: & rex Salem, quod est rex pacis
& cæt. assimilatus filio Dei manet sacerdos in perpetuum.

Ex eo

Ex eo enim quod rex iustitiæ est, & rex pacis probat Apo-
stolus eum figuram esse Christi. Si autem sine vlla inter
pretatione legas. Hic enim Melchisedec rex Salem sacer-
dos Dei summi sine patre, sine matre, & cæt. Videbitur in
eo figura Christi fuisse, quod fuit sacerdos, & initium die
rum non habet, nec finem vitę. Non autem in eo, quod
Melchisedec appellatus est, & rex Salem fuit. Mihi vim ar 10
gumenti huius perpendenti videtur quidem haud omni
no improbabiliter dici posse, interpretationẽ hanc duorũ
nominum additam esse ab interprete Græco quo magis
sensum Pauli aperiret. Sed lõge probabilius arbitror Pauli
esse omnia, non interpretis. Primũ quoniam Chrysosto-
mus & reliqui Græci expositores affirmant Apostolum
ab interpretatione nominum etiam argumentari. Deinde
quoniam hæc verba non sunt mera interpretatio, ita vt au
ferri possint, quasi ab alio addita, sed cõnexa sunt cũ alijs,
& si attentè legantur, pars illorum sunt, & ad eũdem cum
illis cõtextum pertinent. Ita enim habent. Hic enim Mel
chisedec rex Salem, sacerdos Dei summi, qui & obuiauit
Abrahæ regresso à cæde regum & benedixit, cui & deci-
mas omnium diuisit Abraham. Primum quidem, qui inter
pretatur rex iustitiæ, deinde autem & rex Salem, quod est
rex pacis, & cæt. Ita siquidem legendum est, non primum
quidem interpretatur, πρῶτον μὲν ἑρμηνεύομενον &c. Nun
quam nos similem huic interpretationi inueniemus, in
ijs, quæ additæ sunt ab interpretibus. Tertio, quoniam 15
vt prius argumentabamur si sola nomina posuisset sine
interpretatione non possemus scire an in illis quoque si
guram Christi eum fuisse sentiret Apostolus. Verbi gratia
cùm dominus ait. Iob. 3. & sicut Moyses exaltauit serpen
tem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis. Aut
cùm idẽ Paulus scribit Gal. 4. scriptũ est enim, quoniam
Abraham duos filios habuit, & cæt. non intelligimus no
mina Moysis, Abrahæ, Agar, Sina misterij quidquã habe-
re ijs in locis, quoniam sine interpretatione posita sunt.
At cum mysterium est in nomine solet indicari ab ipso
scriptore, vt. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Pe
trus. Iob. 9. vade laua in natatoria Siloè, quod interpreta-

tur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur missus. Quid ergo, ad Caietani argumentum respondebimus? Primum nomen viri esse מַלְכִּי צֶדֶק, regem autē iustitiæ dici, מֶלֶךְ צֶדֶק, & quoniam nomen viri compositum est, ac nonnihil diuersum à communi appellatione regis iustitiæ licuisse alterum altero interpretari, vt si ego
12 dicam legifer, dicitur, quasi legem ferens, homicida quasi hominem cædens, nemo reprehendet. In Salem autē ambiguitas vocabuli interpretatione eguit. Cum enim Apostolus Hebraica sine pūctis scripserit, quę tunc inuēta non erant, si interpretationem non adhiberet nō satis quid vel let indicaret. Si enim scribas, שָׁלֹם retributio significatur similiter si scribas, שָׁלֵם. Si שָׁלֵם. Vel vrbs intelligitur vel completus, vel pacificus si, שָׁלֵם Perfectus, pacificus. Dicendum aliud esse vocabula tantummodo interpretari, quod in eadem lingua necesse non est nisi subobscura sint. Aliud ex significatione vocabuli mysterium aliquod eruere, & aliquid vtile docere, tūc enim sicut rem iam dictam repetere possumus, vt intelligatur, quod ex ea colligere volumus: Ita etiam licet vocabula vel apertissima interpretari, vt quod illis significatum est, in memoriam reuocemus auditoribus, & vis cōsecutionis intelligatur. Ex quo etiam videmus quid sit ad Canonem, quem tradidimus respondendum intelligi eum, scilicet, de interpretationibus, quæ nihil aliud sunt, quā interpretationes. Nō autem de interpretationibus ex quibus argumenta desumūtur. Quod vero quasi p Caietano addidim⁹ autorē huius Epistolę testimonij: scripturæ vti iuxta Lxx. interpretū editionē: id illi cū Matthæo qui Hebraicè scripsit & cū cæteris apostolis cōmune est, qui sæpe eā adhibent, quoniā & in honore erat apud Iudæos & verbis solis, non etiā sensu discrepat in illis locis ab Hebraica veritate. Atq; ita disserpat vt ei plerūq; nōnihil lucis & perspicuitatis afferre videatur. Ita Matthæus cap. 13. refert. iuxta Lxx. Illud Isai. 6. Auditu audietis & nō intelligetis, &c. & similiter à Paulo relatū & quidē cū Hebræis disputāte, refert Lucas Act. vlt. & huiusmodi multa occurrūt in Apostolis & Euāgelistis.

Alteram obiectionem, quod nomen Pauli non habeat, nec vsitatam in eius epistolis salutationem: verbis Hieronymi

nymi soluemus in præfatione quadā in hāc epistolā, si ob hoc nō est Pauli, quod eius nomē nō præfert. Igitur nulli⁹ erit qui a nullius nomine titulatur. Quod si hoc est ridiculū & absurdū, ipsius magis cēlēda est, quæ tāto suæ doctrinæ fulget eloquio. Sed quia apud Hebr. Ecclesiā quasi destructor legis habebatur voluit tacito nomine de figuris legis & veritate Christi reddere rationē, ne odiū nominis in frōte prætitulati vtilitatē excluderet lectionis, &c. Eandē rationē taciti nominis reddit idē Hier. in catalogo scriptorum agens de Paulo, atque idem sensit Clemens Alexandrinus in libris hypotyposeon vt referunt Eusebius li br. 6. hist. cap. 11. & Nicephorus lib. 4. cap. 33. Eadem est ratio & Theophylacti in primis verbis comm. Epi. ad Rom. & in cap. 13. Epis. ad Hebr. prope finem & aliorum. Verba Eusebij referam, quoniam aliquid addunt, quod nobis
14 vsui sit. Quod autem super scriptionem solitam inibi non habet, idest, Paulus Apostolus, hoc esse rationis ostendit, quia prēiudicatum Hebræis erat de Pauli nomine, ne eius dicta susciperent, & idcirco prudenter declinasse ne statim in principio Pauli nomine inspecto lectio eius repudiaretur. Post pauca vero addit etiā hæc: Et sicut inquit, beatus presbyter dicebat, quia Dūs Apostolus omnipotētis dicitur missus ad Hebræos. Pro humilitate ergo Paulus, qui ad Gētes fuerat destinatus, nō scripsit semet ipsum Hebræorū Apostolum: vel propter honorē domini, qui se missum dixerat ad oues Israel, vel quia Gentiū videbatur Apostolus &c. Clementem refert ac sequitur Theodoretus. Verum hæc ratio quibusdam non probatur. Aiūt enim Apostolū nō ad infideles Hebræos scribere, sed ad eos qui iā crediderāt, & à quib⁹ amabatur ac quibus largas eleemosynas attulerat, de quibus scribit Ro. 15. Nūc igitur proficiscar in Ierusalē ministrare Sāctis. Probauerūt enim Macedonia & Achaia collationē aliquā facere in pauperes Sāctorū qui sūt in Hierusalē. Hoc igitur po
15 tius putāt Paulū Hebraice scribentem nomen suo more posuisse, quod postea vitio Græci interpretis aut incuria additum non sit aut certe quia acephalum exemplar nactus est: sed vnde hoc probare possunt, cum vetustissimi

scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptores nomen suum Paulum tacuisse scribant. Quare prior illa sententia Clementis & Hieronymi, quæ communis est, amplectenda est. Etenim nomen Pauli vehementer inuisum erat Iudæis quod discessionem à lege docere putaretur vt ex multis Actorum apostolicorum locis apertissimum est, quoniam vnum aut alterum indicabo Act. 21. ij qui de Asia erãt Iudæi cum vidissent eum in templo, concitauerunt omnem populum & iniecerunt ei manus clamantes: viri Israelitæ audiui à te, hic est homo, qui aduersus populum & legem, & locum hunc omnes vbique docens, insuper & Gentiles induxit in templum &c. & cap. 23. facta autem die collegerunt se quidã ex Iudæis & deuouerunt se dicentes neque manducaturos
16 neque bibituros donec occiderent Paulum. Hoc autem errore non solum infideles Iudæi, sed fideles quoque tenebantur, sicut illi ait Iacobus Act. 21. vides frater quot millia sunt in Iudæis qui crediderũt, & omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te, quod discessionem doceas à Moyse eorum, qui per gentes sunt Iudæorum dicens non debere eos circuncidere filios suos neq; secundum consuetudinem ingredi &c. Altera etiam odij causa fuit quod Paulus gentibus prædicaret Euangeliũ quod etiam credentibus Iudæis molestissimum erat vt ex tota Epist. ad Romanos, cuius hæc res argumentum est, intelligi potest. Vnde cum in iudicio diceret Act. 22. Et dixit ad me: vade, quoniam ego in nationes longe mittam te: continuo sequitur: audiebant autem eum vsq; ad hoc verbum: & leuauerunt vocem suam, dicentes: tolle de terra huiusmodi nõ enim fas est eũ viuere. Cum igitur Paulus hac epistola & fideles confirmare cuperet, & infideles conuertere, consulto præter suum morem nomẽ tacuit & salutationem vnde fortasse cognosci posset prętermisit, ne inuidia sui nominis vtilitatem Epistolæ de-
17 traheret. Nec obstat, quod in calce Epistolæ promittit se ad eos venturum, quod familiaritatis est. Id enim dicit, cum illos iam sibi conciliatos putat per ea, quę scripserat. Quod autem illi assumebant, Paulum eis notum & carnem fuisse, quippe ad quos eleemosynas attulisset, etiam si non

si nonnulli ex veteribus ita sentiant non, videtur verum Paulus enim ad eos qui erant in Ierusalem eleemosynas detulit, vt ipse testatur Rom. 15. ij aũt ad quos nũc scribit, iã diu dispersi fuerant per regiones Põti, & Galatiæ, & Cappadociæ, & Bythiniæ, vt ostendimus ca. 1. n. 9. Alteram rationẽ addidit Theodoretus Paulum esse Gentium Apostolum. Ea de causa inquit cum scriberet ad eos, qui crediderunt ex Gentibus appellationem adiecit, & Apostolicam dignitatem addidit, vt doctor, & Magister scribẽs ad discipulos; ad Hebræos aũt scribens, quorum non erat sibi cura credita, merito nudam dignitate doctrinam eis tradidit. Aliorum enim Apostolorum curationi suberant.

De argumẽto huius Epistolæ, & de loco & tẽpore, quo scripta est.

CAPVT. III.

QVoniam hanc Epistolam, vt paulo ante diximus, Paulus ad eos scribit, qui propter fidem Christi à suis vehemẽtius vexabantur, & eos in fide confirmare, alios que, qui non crediderant, ad Christum adducere cupit, id in tota Epistola agit, vt Christum maiorem Mose, Euangelium præstantius lege, Sacerdotium Christi, Sacerdotio Leuitico melius esse demonstret. Deinde vt eos ad viriliter perferenda omnia pro Christo exhortetur, ad permanendum in officio, ad Christi promissa fideliter expectanda. Scripsit autem eam per Timotheum cum esset in Italia, vt docet Græca eiusdem Epistolæ subscriptio. Theophilactus in argumento: Scribit autem Epistolam hanc ex Italia, vnde & antiquior est, & prior ea, quam ad Timotheum scripsit. Nam in illa ostendit finem sibi vitæ imminere. Ego enim, inquit, iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. In hac autem promittit Hebræis, quod ipse sit visurus eos: cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum, cum quo si celerius venerit videbo vos &cæt. Hoc ex eadem epistola constat, in cuius fine est: Salutant vos de Italia fratres. Sed sciamus vt hic docet breuiter

2. Timo. 4.

Hebr. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theophilactus & apertius Hieronymus in catalogo scriptorum Paulum bis in Italia & Romæ fuisse: Semel cum vinctus illuc missus est ex Iudæa, cum Cæsarem appellauit vt scriptum est in extremis capitibus Actorum Apostolicorum de quo. 2. Tim. 4. ait, In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt. Non illis imputetur. Dominus autem mihi astitit & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur & audiãt omnes gentes, & liberatus sum de ore Leonis. Manifestissimé vt ait Hieronymus. Leone propter crudelitatem Neronem significãs. Tunc biennio Romæ mansit vt est in Act. cap. vltimo. Secũdo Romæ fuit, cùm post aliquot annos rediit, & simul cum Petro martyrio coronatus est, Quarto decimo anno Neronis vt autores sunt Eusebius in chronicis & Hieronymus in catalogo, tricesimo autem septimo post passionem domini. Quo tẽpore in vinculis scripsit posteriorẽ Epistolã ad Timotheũ, in qua ait. Ego enim iam delibor & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui &cæt. Epistolã ergo ad Hebræos scripsit cum primum Romæ fuit qua se venturum ad eos pollicetur. Post hæc (inquit Theophylactus) in Hispanias profectus, inde fortasse cõspexit Hebræos. Romam postea redit, quando & à Nerone est sublatus &cæt. venit autem primum Romam secundo anno Neronis vt aiunt Eusebius in Chronicis, & Hieronymus in catalogo, ideſt, anno à Christo nato quinquagesimo octauo, vigesimo vero quinto post eius passionem vt ait Hieronymus. Ac vt de nomine eorum ad quos scribit aliquid dicamus, Hebræi dicti sunt quasi transitores a verbo עבר quod est transijt, eo quod Abraham eorum pater relicta Chaldæa transijt Euphratẽ & venit in terrã Chanaã quasi dicerẽtur Trans fluuiales, sicut nunc dicimus Transpadani, Trãsmani, Trãsmõtani. Vnde primus omniũ Abrahã Hebræus dictus est Gen. 14. Et Ecce vnus, qui euaserat nũtiauit Abrahã Hebræo. Lxx. τῷ Ἑβραίῳ τῷ περάτῃ, ideſt, Abrahæ transitori illi, qui primus fluuiũ trãsiuit: de quo quoniam multa diximus in cap. 1. Ionæ, n. 43. & sequentibus, hoc loco plura dicenda non sunt.

1. Tim. 4.

IN

IN EPISTOLAE AD HEBRÆOS.

CAPVT. I.

VLTIfariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis. In toto hoc capite nihil aliud agit Apostolus, quam asserere Christi dignitatem & diuinitatem vt confirmet nouam legem præstantiorem esse veteri, quod hæc per Angelos, illa per Christum dominum Angelorum & Patri æqualem lata sit. Quod facit vt diximus, quo eos in fide cõfirmet, & prõptiores reddat ad omnia pro Christi amore perferenda. Ac primùm quidem captat eorũ erga Christũ beneuolentiam his verbis: multifariam &cæt. Ac si diceret: videte quanto indulgẽtius & amantius vobiscũ agat Deus, quàm cũ patribus vestris. Illis locutus est per Angelos cũ legem dedit, vobis per ipsum suum filiũ sibi æqualẽ. Itaq; in Prophetis & in filio significat per Prophetas & per filiũ vt etiam Chrys. & Theophil. adnotarunt. Nam in proper, vsitatissimũ est in scriptura vt satis probauimus in. c. 1. Hos. n. 18. vt in eodẽ ca. & saluabo eos in Dño Deo suo, & nõ saluabo eos in arcu & gladio & in bello, & in æquis & in equitibus Ps. 62. laudabuntur omnes qui iurãt in eo ideſt, per eũ. Quod aũt ait, Multifariam, in Græco est πολυμερῶς, Ideſt multipartite, nõ enim omnia vni prophetæ reuelauit neq; omnia ab vno dici voluit sicut Christo omnia reuelauit. Sed quædã vni alia alteri. Ita latini dicũt bifariã, & trifariã & multifariã cũ aliquid in duas aut tres, aut in multas partes diuiditur vt Cicer. in. 3. Tuscul. Cũq; is motus aut boni aut mali opinione citetur bifariã quatuor perturbationes distributæ sũt Liu. li. 3. ab vrbe cõdita. Ita trifariã adortus Castra circũuenit. Pro multis modis est, πολυτρόπως, Ideſt vertens se se in varias formas, & varias Prophetis visiones obijciens

In pro Per.

2

Universidad de Deusto
Biblioteca

& varijs rebus se ipsum assimilans in hominum vtilitatem, & eruditionem. Quod optimè intelligitur ex verbis Hos. 12. locutus sum per Prophetas, & ego visionem multiplicaui, & in manibus Prophetarum assimilatus sum. Nunc videlicet patri, nunc homini, nunc regi, nunc amico, vrso, pastori, leoni, igni. Aut hoc etiam modo varias ꝓphetis figuras ostẽdens filij sui venturi, vt eo loco la
3 tius explicauimus. Ac si dicat: non illi Deum, viderunt Sed per figuras & multiplices visiones illis futura prænonstrauit. Hominem enim Græci appellãt πολύτροπον, quasi in varia se vertẽtẽ, & omni tẽpori, ac loco se se accõmodantem, quem ideò Latini versutum vocant. Hinc de Vlysse Homerus Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον: id est, dic mihi musa virum versutum.

Nouissime diebus istis locutus est nobis filio.] cum per Prophetas dixit locutum esse Deũ, addidit: Multifariam multisq; modis. Sed cùm per filium dixit locutum, nihil tale addidit. Est enim additio diminuens: significat ergo Patrem omnia filio reuelasse, & per eum palam locutum esse, sine inuolucris figurarum quibus vtebatur in veteri lege. Ioh. 15. vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo nota feci vobis. Si quæ autem obscure dixit Apostolus, partim per se post resurrectionẽ suã, partim per Spiritum sanctum, quem ad eos misit explicauit, sicut promiserat, Ioha. 14. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Præterea Christus non per figuras accepit, sed palã Deum vidit. Eodem argumento vtitur Iohannes cap. 1. vt eius doctrinam anteponendam esse doceat doctrinæ prophetarũ, Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et dominus ipse cap. 3. Et nemo ascendit in cælum, nisi, qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Pro nouissimè dieb' istis est: ἔσχατον τῶν ἡμερῶν τούτων, id est, his postremis diebus. Postremos dies appellat tempus aduentus Christi, & legis Euãgelicæ, cui nulla alia lex, nullus alius rerũ status succedet, sicut

sicut legi naturæ successit lex scripta, legi scriptæ successit lex gratiæ. Oecumenius ita interpretatur. Reb' aduersis defatigatos consolatur dicens: Extremis. In proximo, inquit est finis & requies à laboribus, initiũ vero retributionũ, qđ ex Chrysostomo desumptũ est: Eũdẽ sensum habet nostra trãslatio: Nouissimè diebus istis, his diebus, qui nouissimi sunt. Suspicor etiã nostrũ interpretem legisse non ἐπ' ἐσχάτων, sed εἰς ἔσχατον, id est, ad extremũ nouissimè.

Quem constituit hæredem vniuersorum.] Theodoretus: Hæres omniũ Christus dominus, nõ vt Deus, sed vt homo: vt Deus enim est omniũ effector. Qui aũt est omniũ opifex, natura est omniũ dominus: Hæres autẽ eorũ efficitur dominus, quorũ olim nõ habebat dominiũ, & c. Sed cũ scri- 5
ptura nihil dicere soleat, qđ rei de qua agitur aptũ nõ sit, quorsum nũc Christũ hęredẽ omniũ vocat? Alludit Apostolus ad illud Ps. 2. Postula à me & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Ita igitur dicit: quem cõstituit hæredẽ vniuersorũ, ac si diceret: Etiã si vos vestri persequãtur, & spoliẽt, & ꝓprijs ex sedib' eijciãt, ne quaquã vos pæniteat accessisse ad Christũ, eũque dominũ agnouisse: ipse enim est, cui pater omnes homines subijci voluit, & quẽ dominũ agnosci cupit ab vniuersis electis, 8
quoniã sine eo, nemo saluus fieri pot. Hoc idẽ testatus est Petrus Act. 2. certissimè sciat ergo omnis domus Israel, quia & Dominũ eũ, & Christũ fecit Deus hũc Iesũ, quẽ vos crucifixistis. Quare cũ dicit, vniuersorũ omniũ hominũ nationes & cõditiones intellexit; vt rectè interpretatur Chrysostomus: Sicut Iohãnes. c. 12. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum, id est, omnes electos: Et. c. 13. sciẽs, quia omnia dedit ei pater in manus. Sed cur hæredem dixit, cũ dominũ dicere posset, vt Petrus Act. 2. 6
Qui hæres est, ꝓfecto & dominus est, sed in nomine hæredis, ratio cur dominus sit, ostenditur. Etenim Christus, qui vt Deus dominus est, & creator omniũ, vt homo per passionem suam, meruit vt omniũ hominũ, qui patris sui erãt, ipse hæres, & dominus efficeretur. Idèo Dauid in eo dẽ Psalmo cũ prius de passione locutus esset, ad extremũ intulit: Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuã. De quo etiã scriptũ est Isai. 53. Ideo dispertiã ei plurimos &

Universidad de Deusto
Biblioteca

fortium diuidet spolia, p eo, quod tradidit in mortē animā suā. Quia ergo patri obediuit vt bonus filius, & bonus filius paternorū bonorū hæres esse debet, recte dictū est: Quē, cōstituit hæredē vniuersorum. Est ergo ac si diceret: Nihil vos à Christo separet, neq; enim Dei esse potestis, si Chri
7 sti nō sitis, bonorū siquidē patris Christus hæres est. Loquitur autē scientibus legē, in qua populus electus sors & hæreditas Dei dicitur. Deuter. 32. Pars autē domini populus eius Iacob funiculus hæreditatis eius, ac si dicat: Nō eritis populus electus neq; hæreditas domini, si nō sitis de hæreditate Christi. De hac hæreditate loquitur ipse Psal. 15. Funes ceciderūt mihi in præclaris: etenim hęreditas mea prę clara est mihi. Chrysostomus: Hæredis autē vtitur nomine, vt duo quædā per hoc ostendat, & quod proprius sit filius, & quod dominationis illi nulla contingat amissio.

Per quē fecit & secula.] Quoniā de Christo quasi de homine locutus fuerat, cùm dixit: Quē cōstituit hæredē vniuersorū, ascendit paulatim & Deū esse illū demōstrat, qui
Sæculum. nō est factus, sed per quē omnia facta sunt. Sæculū, id est, αἰὼν, appellatur (vt ait Theodoretus) interuallū, seu dimensio, ac distātia, quę est à cōstitutione mūdi vsq; ad consum
8 mationē. Ita enim etiā dominus dixit. Ecce ego vobiscum
Matth. vl timo. sum omnibus diebus vsque ad cōsummationem sæculi. Sęculū etiā dicitur tempus vitę vnius cuiusq; nostrū vt Psal. 89. sæculum nostrū in illuminatione vultus tui. Multæ ergo ætates, & multæ temporū successiones appellantur sæcula. Quemadmodū ergo mundi nomine nō solum cælū & terra, sed omnia etiam quæ in illis sunt intelliguntur, vt Ephes. 1. sicut elegit nos in ipso ante mūdi cōstitutionem. Ita nomine sæculi aut sæculorū, nō tātū successiones temporū, sed etiā omnia, quæ cū tempore trāseunt, & quæ cū tępore cæperunt intelligūtur, vt in huius Epist. c. 11. fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei vt, ex inuisibilibus visibilia fierēt. Hinc frequens est in scriptura sæculū appellari homines viuentes in sæculo & amātes res creatas magis quā creatorē. Ro. 12. Et nolite conformari huic sęculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri. 2. Corint. 4. In quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium. Galat. 1. qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet

peret nos de præsenti sæculo nequam. Sic igitur per quem fecit & sæcula. Per quem fecit omnia quæ cum sæculo facta sunt. Illud autem: Per quem fecit, ita accipiendum est, vt apud Iohannem: Omnia per ipsum facta sunt tanquam per ideam omnia continentem, & tanquā per sapientiam, in qua sunt rationes omnium rerum.

Qui cum sit splendor gloriæ.] Splendor ab Apostolo dicitur, ἀπαύγασμα, quod splendorem de re lucida exeūtem significat, & recte ad filiū pertinet, qui est splēdor patris. Gloria aūt maiestatem sæpe significat, vt in Epistola Iudæ: maiestatem aūt sæpe blasphemāt. Quo loco p maiestate Græce ponitur δόξα, quæ vox hic etiā pro gloria posita est. Loquitur igitur aperte de diuina Christi natura, & cū dicit: Splendor gloriæ, sub audiendum est, pronomen eius, quod est paulo post, vbi ait. *Et figura substantiæ eius.* Est ergo sensus cū sit lumen de lumine, & splendor referens ac manifestam faciēs maiestatem eius sicut. Sap. 7. dictū est: candor est enim lucis æternæ & speculum sine macula maiestatis Dei, id est, Patris maiestatē integrē referens vt est in illa. In quo docet filiū à Patre sine mutatione p cede re sicut radius procedit à sole, vt ait Chrysostomus: Et esse Patri coæternum, sicut radius æquæuus est soli atq; (vt Damascenus adnotat lib. 1. de fide. c. 9.) eum esse inseparabilem à patre vt lux inseparabilis est à sole, & nūquam posse deficere sicut neq; lux solis deficit. Merito ergo hic ait Chrysostomus, vbi sunt qui dicunt: erat, qñ non erat?

Et figura substantiæ eius.] Græca magnam habent energiam, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. character impressionem significat, id est, signū, quod expressum est, ex alia re, per quod res illa manifesta cognitione percipitur, cuius modi est sigilli figura in cera impressa. Apoc. 13. Et faciet omnes habere characterem in dextera manu suā, aut in frontibus suis, quo nomine docet filium esse perfectissimam & expressissimam imaginem patris, vt docent Damascenus libro. 1. de fide capitul. 9. & Basilius in epistola. 43. ad Gregorium Nissenum. 11
Rursum Hypostasis, substantiam sæpe significat, quam *Hypostasis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græci vocant ὑπόστασιν. Cuius rei causa Hieronymus in Epistola ad Damasum. Quoniã vetusto verebatur concedere tres hypostases in Deo, ne videretur tres concedere substantias. Tota inquit sæcularium literarum schola nihil aliud hypostasim nouit quam vsiam. Verum communi vsu conciliorum & patrũ Hypostasis pro persona accipitur, & quidẽ valde proprie. Ita enim dicitur, quasi substãs, quod proprium est personæ & primæ cuiusq; substãtiæ. Damas. li. 3. de fide. c. 4. quod igitur aliud est substãtia, idest οὐσία, & aliud hypostasis, sæpe diximus & quod substãtiam communem & contentiuam earum, quæ eiusdem speciei sunt Hypostasis con designat speciem, vt Deus, homo. Hypostasis autem indiuiduum ostendit ceu patrem, filiũ, Spiritũ sãctũ, Petrũ, Paulũ. Idẽ latius docuit & explicauit Basi. in eadẽ Epi. 43. Atq; hoc modo nũc accepit Apostolus. Nã Character, idest, forma impressa, non est is qui impressit, sed similis illi: & filius nõ est pater, sed similis patri. Et essentia non gignit essentiã, sed pater generat filium ideo filius est character patris, non autem essentiæ eius.
Vna enim atque eadem essentia est in filio & in Patre
12 Pater autem generando filium suam (vt ita dicamus) figuram in eo expressit, sicut sigillum in cera. Quo modo haud incommode illud intelligi potest, quod ipse ait Iohan. 6. operamini, non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem, filius hominis dabit vobis, hunc enim pater signauit Deus. Ne incredibile videretur cibum permanentem in vitam æternam posse ab eo dari, qui se filium hominis vocaret, ostendit eundem esse Deum, & veram atque expressam imaginẽ Patris, quo modo solet sigillo exprimi in cera, atque ideo verbo vius est apto, signauit, idest, sigillo expressit, quod in Græco est apertius, ἐσφράγισεν. Et cũ articulo dixit ὁ Θεὸς acsi diceret, pater inquã ille, qui verus Deus est, vt increatã in se Dei Patris imaginẽ agnoscerent, id est, omnino similem & patri æqualem. Theophylact. dicit ergo: & figura substantiæ eius. Hoc est, quemadmodum pater in sua persona subsistens nullius alterius indiget ad sui perfectionem, sic & filius. Cum enim declarasset filiũ

non

non differe, nec dissimilem esse, proprium etiam primi 13
exemplaris characterem & formam esse filiũ per hæc demonstrat Apostolus, character enim siue figura aliud quiddam est ab archetypo, vt qui subsistat ipse per se se. Similis quidem citra vllum discrimen prototypo, seu exemplari primo &c. Quod ita intelligamus, apud nos characterem aliud esse ab archetypo secũdũ sustantiam, in Deo aũt non esse aliud, quia eadem est natura patris & filij, sed esse aliũ, idest, aliã personã. Chrysost. homilia 2. vnã rẽ sumit ad demõstrãdã duorũ substãtiã. Character quippe alter est ab ipso suo exẽplari. Alter aũt non in omnibus, sed secũdũ, quod per se ipsum subsistit. Nã & hic character similitudinis omnimodæ præbet indicũ ad illud, cuius est character, & suspicionẽ vel paruæ dissimilitudinis omnino nõ recipit &c. Quoniã igitur dixerat: Qui cũ sit splendor gloriæ, & splẽdor in rebus creãtis per se nõ subsistit, ne indeansam errandi atriperẽt Sabellius, & Photin' vt putarẽt filiũ perse nõ subsistere, merito addidit: Et figura substãtiæ eius, vt adnotarũt Theo. & Theoph. Quoniã enim (inquit Theod.) diuina superãt omnẽ intelligentiã, & nec fieri poterat vt per vnã similitudinẽ doceretur diuinitatis mysteriũ, hoc per plura facere cogũt veritatis præcones.

Portansque omnia verbo virtutis suæ.] Verbum vocat im- 14
perium, siue iussionem vt psal. 148. Spiritus procellarum quæ faciunt verbum eius. Lucæ. 5. in verbo autem tuo laxabo rete: nec potest exponi se ipso, qui est verbum virtuosum, vt exposuit S. Thomas, non est enim τῷ λόγῳ, *Phrasis Hebræa.*
quo nomine semper vtitur scriptura cum filium Dei intelligit, sed τῷ ῥήματι, quod est verbum commune. Hebraico autem more dictum est, verbo virtutis suæ, pro verbo suo potenti plenoque virtutis, vt Coloss. 1. & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, idest quem ipse diligit Ephes. 1. Secundum propositum voluntatis suæ, idest secundum propositum, quod ipse voluit, secundum id quod ipse apud se statuere voluit: quod paulo post explicauit. Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Et in eodem capite: vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ. Hoc ergo ait vniuersa iussione

Universidad de Deusto
Biblioteca

suã potenti conseruat, ac portat, ideſt, ſuſtinet, quod niſi faceret, omnia perirent & redirent in nihilum: In Græco eſt, φέρων, quod Eraſmus non putat eſſe interpretandum, portans, ſed agens, ſiue mouens, ac moderãs, ſicut ipſe tranſtulit. Moderetur q; omnia verbo potentiæ ſuæ, ideſt, non ſolum per ipſum mundus hic conditus eſt, ſed ab eo etiã regitur & adminiſtratur. Hoc ita cõfirmat. Nam φερόμενα, Inquit dicuntur græcis, quæ impetu quodam aguntur, vnde & φοράν, impetum vocant: Et ἄγειν, ac φέρειν dicitur qui ſuo arbitratu moderatur aliquem. In hanc ſententiam interpretatur & Chryſoſtomus annotans Emphaſin huius participij φέρων, gubernat enim aliquis cum negotio: fert, qui ſine negotio mouet quòlibet &cæt. Nos damus Eraſmo quod vult, ideſt, ita etiam recte explicari locum vt ab ipſo explicatus eſt. Nam & Oecumenius & Theophylactus & Theodoretus eodem modo expoluerunt: ſed ipſe det nobis etiam quod volumus neceſſe eſt, quãdo quidem propria & vſitatiſsima huius verbi ſignificatio eſt, portare & baiulare, & nemo ignorat. Nec ipſe hoc negare potuit: ait enim: Tho. licet nõ ſenſerit Emphaſin huius vocis, tamen haud multum aberrat à ſcopo, Tho. autem ita omnino expoſuit: vt nos diximus. Sed & Chryſ. quem pro ſe citauit Eraſmus, magis à nobis ſtat, ita enim interpretatur hom. 2. Ferat, inquit, omnia ideſt, gubernet omnia, Et vt videamus quid gubernationis nomine intelligat cõtinuo addit: ſũ quidem cadentia & ad nihilũ tendentia cõtinet. Nõ enim minus eſt cõtinere mũdũ, quã fecisse, ſed ſi oportet aliquid quod admireris dicere, adhuc amplius eſt. Nã in faciendo quidem ex nullis extãtibus rerũ eſſentiæ productæ ſunt. In cõtinendo vero ea quæ facta ſunt ne ad nihilũ redeant continentur: quem ſenſum etiam ſecus eſt Theophylactus.

Purgationem peccatorum faciens] Ποιησάμενος, ideſt, poſtquam fecit, poſtquam pro hominibus mortuis eorum peccata deleuit, aſcendit in cælũ & ſedit ad dexteram patris, Ita Chryſoſtomus, Theophyl. Theod. Oecume. & recentiores interpretes. Itaq; noſter interpres huiuſmodi tempora Græcorum verborum quæ ἀόριστα, dicuntur ſolet ſæpe

Aoriſti.

pe quaſi præſentia vertere præſens pro præterito accipiẽs, vt Act. 1. vſque in diem, qua præcipiens apoſtolis per Spiritum ſanctum, quos elegit aſſumptus eſt, ideſt, poſtquam præcepit: & ibidem, incipiẽs à baptiſmate Ioannis, ideſt exorſus, vt vertit Eraſmus Matth. 14. & accedentes diſcipuli eius tulerunt corpus, ideſt, poſtquam acceſſerunt, aut cum acceſsiſſent. Ibidem: Et venientes nuntiauerunt Ieſu, ideſt, poſtquam veniſſent. Et exiens vidit turbã multam, ideſt, egreſſus, Ac poſtea, dimitte turbas vt eũtes in caſtella emãt ſibi eſcas. Hæc eadem tẽpora ſæpe in præteritũ vertit. Vtriuſq; exẽpla ſunt in nouo teſtamẽto innumera, adeò vt in ſingulis etiã capitibus multa inuenire liceat, ex quibus intelligitur alterum pro altero vſurpare interpretẽ: ſed ita tamẽ vt ex ijs, quæ dicuntur nõ ſit adeò difficile vtrũ præſẽs an præteritũ ſitiudicare. Itaq; dicit. 17

Purgationem peccatorum faciens ſedet ad Dexteram Maieſtatis] Cum in Græco ſimiliter ſit ſedit. Cæterum in Græcis Codicibus aliquid additum inuenimus. Ita enim legitur: Perſe ipſum purgatione facta peccatorũ noſtrorum &c. quam lectionem agnoſcunt Chryſoſtomus hom. 2. Theophyl. Theod. Oecum. declarat enim hoc maxime Dei bonitatẽ & charitatẽ (vt ait Chryſ. homi. 2.) quod nõ ſolũ purgatio peccatorũ facta ſit, ſed etiã facta ſit per ipſum filiũ. 18

Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.] In Complutenſi codice, & in nonnullis alijs eſt, ἐνδεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης, ideſt, in dextera throni magnitudinis, ſiue maieſtatis. Verum Chryſoſtomus & Theoph. & Theod. & Oecum. ita omnino legũt, vt eſt in noſtra trãſlatione, ac maieſtatem Deum interpretantur, ſicut dixit Marcus c. vlt. aſſumptus eſt in cœlũ & ſedet à dextris Dei. Maieſtas proprie amplitudo & dignitas dicitur, vt interpretatur Cicero in. 2. de Oratore. Græce μεγαλοσύνη, Vt hoc in loco, ſiue etiã μεγαλειότης, vt Act. 19. ſed & deſtrui incipiet maieſtas eius, quam tota Aſia & orbis colit. quare ſi legamus, ad dexteram throni maieſtatis, interpretabimur: Ad dexteram throni amplĩ & magni vt Matt. 19. cum ſederit filius hominis inſede maieſtatis ſuæ. Et ca. 25. tũc ſedebit

Maieſtas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sedebit super sedem maiestatis suæ. Si autem legamus: ad dexterā maiestatis, maiestas pro principe siue pro magna potestate accipitur, vt in Epistola Iudæ. Maiestatem aūt blasphemant, idest, principes & potestatem habentes, tametsi in his locis Matthæi & Iudæ non sit in Græco μεγα λοσυνη sed δόξα, qđm illis idem est. Ita dominatio ꝓ dominantibus ponitur vt in eadem Epistola Iudæ: Dominationem contemnunt. Potestates etiam vocantur potentes Angeli & potentes homines, principatus, qui principes sunt. Maiestas vero nunc per Antonomasiam rex omniū maximus, idest, Deꝰ pater appellatur. Sēsus ergo est: Post quam per crucem suam & mortem peccata nostra purgauit, ascendit super omnes cælos, sedituq; ad dexteram patris. Addidit in excelsis, vt gloriam Christi hominis indicetur, qui cum in terra adeò abiectus fuerit, vt in crucem inter latrones sublatus fuerit, postea super omnes cælos gloriosus ascenderit, ita vt etiam ad patris dexteram consederit, quo sublimius nihil excogitari potest. In sessione autem ostenditur sedentis autoritas vt Iob. 29. Quādo procedebam ad portam ciuitatis & in platea parabam cathedram mihi. Et postea: cum q; sederem quasi rex circūstāte exercitu &c. Recte ergo D. Tho. in hoc loco, Diuina, inquit, curia multi assistūt, quia Dani. 7. millia milliū ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Sed nullus legitur ibi sedere, quia omnes sunt ibi serui & ministri, sicut ait: omnes sunt administratores spiritus in ministeriū missi. Solus Christus sedere dicitur, quia regiā habet dignitatem & cęt. Sedere ad dexterā honorificū est, si magnus sit is, ad cuius dexterā sedetur: quare sedere ad dexterā maiestatis in excelsis, idest, eius qui in cælis maximus & amplissimus est, summus honos est, qui homini tribui potest. At dicēdū potius videbatur: sedet ad sinistram maiestatis, nam si filius ad dexterā patris sedet, reliquum est, vt pater ipse sedeat ad sinistram filij, & honorificentius eo sedeat filius. Hāc quæs. dissoluūt Antonius Nebrissensis in. 3. Quinquagena cap. 39. & Ioannes Goropius Becanus libro. 3. Hieroglyphicorum prope finem, docent aliuni fuisse apud veteres sedendi & deambulandi ordinem

20 *Sedere.*

Sedere ad dexteram.

21

ordinem, quàm apud nos & læuam apud illos fuisse honorificentiorem, eamque dignitatem habuisse, quam nunc habet dextera. Hoc manifestum esse dicunt, si animaduertamus interiora dici Latinis quæ sinistra sunt, & exteriora, quæ sunt dextera. Quod ex Virgilio satis intelligitur: Radit iter læuum interior——Et postea cum saxa ad sinistram esse docuisset. *Interius & exterius.* *5. Æneï.*

Namq; furens animi dum prora ad saxa suburget
Interior.—Quod Seruius interpretatur sinisterior, & Sallustij verbis id confirmat. Igitur introrsus prima Asiæ Bythinia est. Constat autē interius latus iudicatum esse honorificētius. Apud Horatium Tiresias Vlyssem admonet vt si diuitias colligere cupit, diuitibus aduletur, dignioręque locum concedat.——Ne tamen illi *Li. 2. serm. Saty. 5.*

Tu comes exterior, si postulet ire recusses. i. dexterior. Et Ouidius de honore, qui olim senibus habebatur â iunioribus ait. *5. Fastorū.*

Ibat & interior, si comes vnus erat.

Et Xenophon. lib. 8. de Pædia Cyri ante medium: de Cyro ad cōuiuiū principes viros vocāte hæc scribit: Sed vt venerūt inuitati ad cænā nō temere & inconsulto singulos locabat ad mēsam. Sed quē maxime honoraret, ad sinistrā sedere iubebat manū, quod hæc insidijs magis subiecta sit quā dextera: Secundū vero ad dextrā: Tertium ad sinistrā & quartum ad dexterā, & cæt. Alij cōtra sentiunt, Hadrianus Turnebus lib. 14. aduersariorum. c. 24. qui comitē exteriorem apud Horatū eum esse dicit, qui à sinistra assectatur, cōsentientibus Acrone, Lambino, Cælio Rodigino lib. 9. lectionū antiquarū. c. 10. deinde Alexāder lib. 2. Genialiū dierum. cap. 19. hæc scribit. Ad dexteram vero locari præcipue apud Ægyptios magnꝰ est honos habitus, in medio vero maximus. Quod æquè apud Romanos seruatū est. Idē apud Afros, Numidasque, &c. Quodque ex Xenophonte attulimus magis probat dexteram apud omnes fuisse honoratiorem; quando quidem quasi peculiare id Cyro fuisse narratur, ad sinistram locare quos maximè honorabat, si enim id illi commune fuisset cum omnibus, nihil erat cur narraretur. Sed quoniam argumenta

22

23

Universidad de Deusto
Biblioteca

menta Turnebi eruditè soluit Goropius & suam sententiam multis, grauibusq; rationibus confirmat, illi sanè & Nebrissensi haud inuitus assentior. Illud non assentior, fuisse eandem apud Hebræos consuetudinem. Constat enim ex scriptura dexterã apud illos fuisse honoratiorẽ vt Matthæ. 20. Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistrã in regno tuo. Dextera primùm petitur vt dignior. Sed illud apertius. c. 25. Et statuet, oues quidẽ à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Et Gen. 48. Ioseph posuit Manassem primogenitum ad dexterã Iacob, quasi in loco digniori. Ephraim vero ad sinistram vt minorẽ. Sed Iacob præferre volens minorẽ maiori, dexterã illi imposuit, & Ioseph dixit: Non ita conuenit pater, quia hic est primogenitus, pone dexterã tuã super caput eius.
24 Nihil igitur refert apud Romanos locum sinistræ fuisse potiorem cum apud Hebræos plus honoris dexteram habuisse demonstrauerimus. Quomodo igitur Christus sedet ad dexterã patris? Quoniã Thronus regius vbicũq; sit, dignissimus locus cẽsetur & ampliss imus & extra cõparationẽ cũ alijs est. Cæteræ sedes inter se cõparãtur & altera altera cẽsetur honorificẽtior. Regia sedes nõ cõfertur cũ illis, sed ab ea honos & dignitas egreditur ad reliquas, vt illæ sint ampliores, quæ illi aut propiores sunt, aut meliori in loco respectu eius collocatæ. Rex enim vbicũq; sit amplior & honoratior omnibus est: Rex autẽ quem maxime honoratũ vult, ad dexterã suã collocat. 3. Reg. 2. venit ergo Bethsabee ad regẽ Salomonẽ vt loqueretur ei pro Adonia: Et surrexit rex in occursum eius, adorauitq; eã & sedit super Thronũ suũ, positusq; est Thronus matri Regis, quæ
25 sedit ad dexteram eius. Et Psal. 44. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Ita vt iã diximus electi ad Christi dexteram, damnandi ad sinistram constituuntur.

Tanto melior Angelis effectus, & cæt.] Tanto digniorem Angelis locum obtinens, quanto nomen habet præstantius, & honoratius illis. Ipse enim filius appellatur, illi Angeli, id est, nũtij & ministri vt mox probaturus est. Nõ igitur eum factũ, dicit vt calumniabantur aduersarij cum in cap. vltimo huius epistolæ scriptũ sit: Iesus Christus heri, & hodie

& hodie ipse, & in sæcula, sed factum esse præstantiorem Angelis, id est, honore prælatum esse Angelis, quomodo Ioannes dixit cap. 1. Hic erat, quem dixi, qui post me venit, ante me factus est, quia prior me erat. Differẽtius vocat præstãtius & excellentius, hoc enim nomen filij indicat, quantum ipse differat ab Angelis. Hæreditauit autẽ significat, accepit, sortitus est. Quod Christo quatenus homo est, cõuenit. Theophylactus: carnis autem causa omni
26 no dictum est, hæreditauit. Nam vt Dous verbum hoc nomẽ semper habebat, & cæt. Hæc oĩa eò pertinent vt ostendat quantũ lex noua præstet veteri cum non lata sit per Angelos vt vetus, sed per Christũ multo Angelis maiorem.

Cui enim dixit aliquando Angelorum: filius meus es tu: Ego hodie genui te?] Poterat Paulo obijci Angelos etiam vocari filios Dei. Vt Iob. 1. cum venissent filij Dei vt assisterẽt coram domino affuit inter eos etiam Satan. Et cap. 38. cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Sed intelligendum est (vt adnotarunt Chrysostomus & Theophylactus & alij) filij nomẽ proprie accipi ab Apostolo pro eo, qui vere filius est, & eiusdem cum patre naturæ, vt ex verbis ipsis, quæ affert perspici potest, nulli enim Angelorũ dici potuit: Ego hodie genui te qd ipsi dictũ est: qd enim gignitur, ex substãtia gignẽtis est. Porro
27 verba ex Psa. 2. desumpta sunt, quæ de Christo scriptũ esse, nõ de Dauide, quemadmodum Caluiniani volunt, manifestum est, cum non pauca eius verba in scriptura ipsa de Christo exposita inueniamus. Vt illud: Quare fremuerunt gentes, & cæt. Actor. 4. Et reges eos in virga ferrea. Apocal. 2. & 19. Et quod nunc in manibus habemus: filius meus es tu. Act. 13. Et bis in hac epistola cap. 1. & 5. Deinde illud, postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, nec de Dauide, neque de eius posteris dictum est, quia in illis expletum non est, sed in Christo. Deniq; verba ipsa: filius meus, & cæt. adeò sublimia sunt, vt non solum homini cõuenire nõ possint proprio accepta, verũ neq; Angelis, sed soli filio, quẽ ab æterno genuit pater. Dicuntur quidẽ homines & Angeli filij Dei, sed metaphoricè & impropriè fi-

lius

Universidad de Deusto
Biblioteca

lius enim ex patris substantia est. Dicuntur & homines geniti à Deo, sed per similitudinem. Non enim naturaliter geniti sunt sed voluntarie, vt ait Iacobus ca. 1. voluntariè enim genuit nos verbo veritatis. Solus ille propriè
Psal. 109. filius, & propriè genitus dicitur, cui pater ait: ex vtero ante luciferum genui te. Quare falsum est, quod voluit Iansenius in adnotationibus huius psalmi, dici hæc historice
28 de Dauide, quatenus typus Christi est. De hac generatione merito dicit Hodie. Hodie (inquit Glossa) præsentiam significat, atque in æternitate, neque præteritum est quidquam, quasi esse desierit, nec futurum, quasi nondum sit. Sed præsens tantum quia quid quid æternum est semper est &cæt. Errant ergo nonnulli qui existimant, Hodie nusquam ita accipi in scriptura, vt in his verbis, si de æterna generatione intelligantur. Neque enim nos dicimus Hodie accipi pro æternitate, aut pro eo quod est ab æterno, sed pro præsenti duratione, siue breuis, siue longa sit. Et quia in æternitate nulla est successio aut variatio, sed semper res eodem modo sunt, recte cum de rebus æternis sermo est vtimur hoc aduerbio, hodie, vt omnis
29 præteriti & futuri variatio longe amoueatur. Quod eleganter S. Thomas his verbis explicauit. Ista generatio nō est temporalis sed æterna, quia hodie genui te. Differt autem tempus ab æternitate, quia tempus variatur, sicut motus, cuius mensura est in variatione & successione, & ideo nominatur per successionem præteriti & futuri. Aeternitas autem est mensura rei immobilis, & ideo non est ibi variatio per successionem, sed semper est præsens & ideo denotatur per aduerbium præsentis temporis, scilicet, hodie &cæt. Hodie autem accipi pro præsenti duratione siue breuis, siue longa sit, vel ex hac Epistola probari potest, in cuius cap. 3. legimus: sed adhortamini vos
Hodie. met ipsos per singulos dies donec hodie cognominatur. Et mox: si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retinemus dum dicitur: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Et c. 13. Iesus Chri-
30 stus heri, & hodie, ipse & in sæcula. In eo autem, quod ait: Genui te. hoc. S. Thomas adnotat: verum, quia illud inquit

inquit, quod fit, quia nondum est, incompletum per consequens est: Quod autem factum est, completū est, & ita perfectum: ideo nō dicit: genero te, sed genui, quia perfectus est. Sed tamen ne putetur esse generatio eius tota in præteritione, & per cōsequēs in defitione, addit: hodie, vt sit sensus: perfectus es fili, & tamē generatio tua æterna est, & semper à me generaris, sicut lumen in aere perfectum est, & tamen semper procedit à sole &cæt.

Sed quid respōdebimus hæreticis, qui male hunc locū ab autore huius epistolæ exponi calumniantur, cum constet Paulum Act. 13. de resurrectione Christi exposuisse? ita enim ait. Et nos vobis annūtiamus eam, quæ ad Patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris resuscitans Iesum, sicut & in psalmo secundo scriptum est: filius meus es tu, ego hodie genui te? Ad hoc facile responderi potest, duos esse sensus 31
historicos huius loci, aut etiam tres, intelligi enim & de æterna Christi generatione, vt diximus, & de temporali eius natiuitate, vt Hieron. & Augustin. & Euthymius in eundem psalm. & in hæc verba Pauli. Chrysostomus, & Theophylactus, & Theodoretus, & Oecumenius, & Glossa, & multi alij volunt. Deinde etiam de resurrectione, qua iterum quasi genitus, & natus est. Ita enim Paulum interpretari Act. 13. & ita intelligi debere sentiunt Hilarius & Chrys. in eundem Psal. & Ambros. li. 3. de Sacramentis c. 1. & ex recentibus Psalmorū enarratoribus multi, vt Vatablus, Iansen. Flaminius, Varlenius, & alij. Itaq; iuxta duas extremas expositiones cum dicitur, Hodie, dies indicatur, quo Christus ex Virgine natus est, Aut quo resurrexit. Resurrectio enim quasi quædam generatio, & natiui
tas fuit. Mihi sanè vt verum ingenuè fatear hæc de Resur- 32
rectione explicatio durior videtur, sicut & alijs ante me visa est, hoc est, Bedæ, Oecumenio & Caietano in idē caput Actorum Apostolicorum, & Sixto Senensi lib. 7. Bibliothecæ hæresi. 8. in solutione undecimæ obiectionis, & Genebrardo in psalmum secundum, qui negant hæc verba Psalmi à Paulo afferri ad resurrectionem. Cur ego idem sentiam, dicam. Primum valde durum vide-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur idem verbum proprie & improprie accipi. Nam genuit te, negare nullo modo possumus proprie dici de generatione æterna filij. Nihil enim Paulus efficeret, nisi ita
33 acciperetur. Deinde accipitur improprie pro temporali eius generatione, quæ non est ex substantia gignentis: & adhuc magis improprie de resurrectione, quoniam similis est, quodam modo tēporali generationi. Deinde quoniam his verbis nō potest effici, quod Paulū efficere vel le dicunt; ideſt, Christum resurrexisse. Nam si hodie diem significat resurrectionis, nō magis probat hic locus Christum resurrexisse, quam resurrecturum esse, ac respondere possent auditores: Resurget in fine sæculi cum cæteris, aut resurget post multos annos, & eo die verum erit. Ego hodie genui te. Cur tu, ô Paule nunc magis hæc expleta esse contendis, quam eo ipso die, quo Christus mortuus est?
13 Tertio, quoniam Apostolus iam de resurrectione locutus fuerat & aliud assumit probandum, sicut verba eius indicant? Et nos vobis annuntiamus eam quæ ad Patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris resuscitans Iesum, sicut & in psalmo 2. scriptum est: filius meus es tu, ego hodie genui te. Non probat eum resuscitatum esse, sed Deum impleuisse quod promiserat patribus. Vbi autem patribus promisit Christū à se fore resuscitandum? Præcipue cum dicat: resuscitans
34 Iesum. Est enim ἀναστήσας, ideſt, post quam resuscitauit Iesum. Est enim ex illis aoristis Græcorū de quibus diximus n. 16. & 17. præsentis temporis esse, & à nostro interprete cū illa occurrunt, sæpe præsens pro præterito accipi: atque ideo Erasmus vertit: resuscitato Iesu. Quid igitur sibi Paulus vult in Actis? Scripsores, quos paulò ante pro me
4 nominaui præter Caietanum de temporali generatione & natiuitate interpretantur. Vt sit sensus: Deus impleuit quod promisit patribus de filio suo venturo quando quidem genuit illū, ideſt, fecit vt ex virgine nasceretur. Caietanus in eundem locum afferri dicit ab Apostolo hæc verba vt Christi diuinitatem probet, quem ante, Iohannis testimonio Messiam esse docuerat, de quo promissio antiquis patribus facta fuerat. Sed ex his omnibus,

quære

quæramus quorsum additum sit: Resuscitans Iesum? Ita ergo locus videtur exponendus ex præcedētibus. Di- 35
xerat cum ad Dauidem venit: Huius Deus ex semi- 37
ne secundum promissionem eduxit Israel Saluatorem Iesum &cæter. Et quidquid postea dicit ad huius rei confirmationem dicit. Deinde de resurrectione Christi locutus addit: Et nos vobis annuntiamus eam, quæ ad Patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris resuscitans Iesum &cæter. Promissio quam annuntiat, illa est, de qua prius dixit: Eduxit Israel Saluatorem, ideſt, Regem & ducem, qui populum Dei electum liberet omni miseria & seruitute, sicut Zacharias 1. capitul. 1. Lucæ. Iusiurandū quod iurauit ad Abraham patrem nostrū daturum se nobis, vt sine timore de manu inimicorum nostrorū liberati seruiamus illi in sanctitate, & iustitia &cæter. Hāc promissionem Deus adimpleuit, resuscitato Iesu siue resuscitans Iesum, quoniam simul cōresuscitauit nos, id est, ius nobis dedit ad resurrectionem, & certam illius spem Ephes. 2. Et cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu. At 36
que ita non solum à reliquis inimicis, ideſt, à peccato & ab inferno liberati sumus, sed etiam à morte. 1. Corinth. 15. Nouissima autem inimica destruetur mors. Impletam autem esse hanc promissionem, ideſt, suscitasse Deum Israeli Saluatorem Iesum confirmat verbis psalmi: Filius 33
meus es tu &cæter. ac si dicat: Nemo dubiter aduenisse Israeli verum saluatorem, per quem ab omnibus inimicis sit liberandus, quoniam hunc Iesum, quem misit pater, ipse filium suum & eiusdem secum naturæ agnoscit dicens: Filius meus es tu &cæter. Quare eandem cum Patre habet potentiam, ac nemo ei resistere poterit quin omnia faciat, quæ Deus patribus nostris promisit. Sed vnde probat Paulus hæc dicta esse Iesu, de quo ipse loquitur? Scientibus legem loquitur; constat enim hæc dicta esse de Messia, quoniam versus præcedens in eodem psalmo ita habet: Ego autem cōstitutus sum Rex ab eo super

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sīō mōtē sanctū eius &cæt. Iesum aut ē esse Messiā docuerat, quoniam erat ex semine Dauid. Deinde ex aduē
37 tu Ioannis Baptistæ ante ipsum: Prædicante Iohanne ante faciem aduentus eius &cæt. Ita enim prædictum erat Isai. 40. vox clamantis in deserto, parate viā Domini &c. Præterea etiam testimonio ipsius Ioannis: cum impleret autem Iohannes cursum suum dicebat: Quem me arbitramini esse, non sum ego, sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calceamenta pedum soluere. His addit eius passionem, & resurrectionem, cuius testes citat multos etiam tunc viuentes: Quare eleganter ex his omnibus conclusionem suam colligit: Et nos vobis annuntiamus eā, quæ ad patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimplauit filijs vestris, &cæte. quæ non colligitur quidem integre ex verbis psalmi, sed ex illis simul, & ex præcedentibus: cum enim verba psalmi retulit id vnum restabat probandum, quod illis probatur. Si enim Iesus Messias est, & mortuus est, ac resurrexit, vt saluum faceret genus humanum: id tantum videndum est, an tantæ virtutis sint eius passio, & resurrectio, vt per eas ab hostibus nostris perfecte liberari possimus. At de hoc nemini dubitatio esse potest, cum is, qui moritur filius Dei sit, & patri æqualis. Atque ita & locus psalmi eodem modo semper explicatur, qui scilicet maxime omnium veteribus patribus placuit, & aduersarijs respondimus, qui male ab autore huius Epistolæ adductum esse mentiebantur.

38 *Et rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.*] Ex his verbis Caietanus mitio huius epistolæ collegit, eam nō esse Canonicā nequit Pauli, quod quæ manifeste dicta sunt de Salomone. 2. Reg. 7. &. 1. Paral. 22. autor eius de Christo interpretetur. Minus inquit decet in tanta re, tantum Apostolum vti tali argumento, cum potuissent Hebræi facile respondere, quod non de filio Dei, sed puro homine, & qui potuit peccare, & peccauit dicta sunt hæc verba Deo per Nathan ad Dauidem: vnde ex tali filiatione non probatur superioritas ad Angelos, vti autem his verbis in sensu mystico minorem reddit autoritatem pro

probantis, in principio præsertim Epistolæ & apud Hebræos. Hæc Caietanus: quibus vt satis faciamus duo sunt explicanda. Primum, quo modo hæc verba de Christo intelligantur. Alterum, quam vim habeat Apostoli argumentatio ex his verbis confecta. Et quoniam in his variæ Doctorum hominum sententiæ sunt æque multum probabilitatis habere videntur, operæpretium erit paucis eas attingere vt veritas plenius ac clarius eluceſcat.

Non nulli adeo hæc de Christo dicta intelligūt, vt nullo 39
modo ad Salomonem pertinere posse censeant. In his est Lactantius Firmianus lib. 4. cap. 13. Glossa in cap. 7. lib. 2. Reg. Rupertus lib. 2. in libros Regum cap. 36. Lactantium haud obscurè sequi videntur Sixtus Senensis li. 7. bibliothecæ Hæresi. 8. in dilutione obiectorum, & Ambrosius Catherinus lib. 1. annotationum in commentaria Caietani, & apertius in expositione huius capitis. Dicunt enim de Salomone intelligi typice, idest, vt figura Christi est. Atque hunc tandem fuisse eorum sensum ex eo conflat, quod negant, quæ in eo loco dicta sunt conuenire Salomoni: Dauidi enim dicitur: cumque complēti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum eius vsque in sempiternum. 40
Et ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. At Salomon non est suscitatus post mortem patris, sed ab ipso patre viuente regnum accepit: iam egressus erat ex vtero Dauid cum hæc dicebantur. Neq; thronus eius stabilitus est in sempiternum, cum in transmigratione Babylonis defecerit. In Christū hæc omnia ad vnguem conueniūt, de quo Angelus ait Luc. 1. Et dabit illi Dominus Deus, sedem Dauid patris eius, & regnabit in Domo Iacob in æternum. Addit etiam Lactan. Dominum loqui de filio, qui nasciturus erat post mortē Dauidis, qui filius Dei appellādus erat, quod nūquā Salomoni contigit. Præterea, quod sequitur: Et fidelis erit domus tua, & regnū tuū vsq; in æternū, de Salomone dici non potest, inquit Glossa: quia eius domus fidelis non fuit, sed plena mulieribus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

alienigenis falsos Deos colentibus & ipsum Salomonem ad idem impellentibus. Denique Claudius Guilliandi in hunc locum Pauli affirmat non posse hæc de Salomone intelligi, quoniam non possent hoc testimonio confutari Iudæi, sed omnino de Christo dici. Similia autem verba quæ sunt in 1. Paralip. 22. de Salomone scribi, biſq; hæc Deum dixisse Dauidi. Semel de Christo in secundo Reg. vnde desumpta sunt ab Apost. & iterū in primo Paral.

41 Hæc sententia non est multis refellenda, cum verba ipsa librorum Regum, & Paralipomenon tam sint perspicua, vt mirum sit extitisse vel vnum, qui negaret conuenire Salomoni. Primum, Dauid volebat templum Deo extruere, prohibetur ab eo, quoniam Salomō post eius mortem illud erat ædificaturus. Hæc satis idonea causa est prohibendi, ac si diceret: Non tu ædificabis mihi templum quia post mortem tuam, ex semine tuo nascetur Christus, qui ædificabit mihi Ecclesiam, nulla prohibendi causa reddebatur. Deinde ipse Dauid. 1. Paralip. 22. docet hæc de Salomone dicta esse, cui ait; Filius, qui nascetur tibi, erit vir quietissimus & cæter. ipse ædificabit domum nomini meo, & ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem, firmaboque solium Regni eius super Israel in æternum. Nunc ergo fili mi sit Dominus tecum, & prospera re & ædifica domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te. Et c. 28. Salomon filius tuus ædificabit domum meā, & atria mea: ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem. Quod autem Claudius commentus

42 est, hæc bis dicta esse, longe abhorret à vero, cum ex his tribus locis constet semel fuisse dicta, cùm scilicet Dauid volebat templum ædificare & missus est ad eum Nathan qui prohiberet, & id Salomoni reseruatū diceret, eadēq; verba in illis omnibus sint: nec magis hæc quā illa ad Salomonē, aut ad Christū pertineant. Deniq; Salomō ipse de se dicta interpretatur. 3. Reg. 5. Quam ob rem cogito ædificare templū nomini Dei mei, sicut locutus est Dominus Dauid patri meo dicēs: Filius tuus, quē dabo pro te super solium tuū, ipse ædificabit domū nomini meo. Et c. 8. eiusdem libri refert verba Domini dicta Patri suo Dauid vt li.

2. cap.

2. cap. 7. scripta sunt. Et postea ait: Confirmauit Dominus sermonem suum, quē locutus est, stetuq; pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel sicut locutus est Dominus, & ædificauit domū nomini Domini Dei Israel.

Eorum argumenta soluunt Lyranus in 2. Reg. 7. & Abulensis. q. 9. in idem caput. Primum falsum est quod obij 43
ciunt iam egressum fuisse Salomonem ex vtero Dauidis, cùm hæc illi promissa sunt. ordo enim historiæ sacræ docet, nondum eum in adulterium incidisse id temporis, nec vxorem Vriæ habuisse, quod postea in c. 11. eiusdem libri narratur gestum. Illud autem: eumque completi fuerint dies tui, & cæt. recte exponit Lyranus sciendum, inquit, quod licet Salomon fuerit coronatus in regem viuente adhuc Dauid vt habetur infra. 3. lib. 1. cap. tamen non fuit firmiter stabilitus in regno vsq; post mortem Dauid, quando Adonia & Ioab interfectis dissoluta fuit colligatio eorum, qui fauebant Adoniæ. Tamen Salomō adhuc non erat natus, nec conceptus, quando ista verba fuerūt dicta Dauid &c. Et mox: Ista susciatio intelligitur quantum ad regni stabilitatem, sicut aliquis dicitur creari in Regem. Et Abulensis loco citato ait: Quamquā fuerit 44
factus Salomon Rex viuēte patre, fuit ad tollendas discordias fratrum, tamen viuente patre nullā habuit potestatē regiā, sed Dauid iubebat omnia. ideo tunc Salomon erat tanquā non esset Rex. Mortuo autem Dauid, Salomon cæpit in omnibus iubere, tanquam solus Rex. adeo tunc propriè dicitur suscitatus in Regē, & non tempore Dauid &c. Quodq; Lactant. putauit suscitari dici de nauitate Salomonis, oblitus videtur in libro Iudicum c. 1. & 2. & sæpe alias suscitari eos, qui iudices creabantur & nouā potestatem accipiebant. Nec scriptura dicit Salomonē vocandum esse filium Dei, sed futurū Deo pro filio carissimo. Illud: stabiliam thronum eius vsq; in sempiternum, Lyranus, & Abulensis de longo tempore interpretantur more scripturæ. Verum nihil necesse est, ita exponere, sed dicendum est, non simpliciter id promissum fuisse Dauidi, 45
sed conditione addita, si Salomon, & eius posteri manerent in officio, vt apertissimè dictum est. 1. Paralipo. 28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et firmabo regnum eius vsq; in æternum, si perseuerauerit facere præcepta mea & iudicia, sicut & hodie. Et Paulo post ait illi Dauid: si quæsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proijcit te in æternum: quod Glossa obijciet non conuenire Salomoni. Et fidelis erit domus tua, & Regnum tuum vsque in æternum: meminerit fidele dici, quod non deficit, sed semper manet. Vt Isai. 55. *Fidele.* feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. Et ideo Paulus apud Lucã Act. 13. probauit hinc resurrectionem Christi nunquã esse morte commu
46 tandam. Quod autem inquit: suscitauit eum à mortuis, amplius iam non reuersurum in corruptionem, ita dixit: Quia dabo vobis Sancta Dauid fidelia. Et cap. 33. panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Sensus ergo est, semper Domus tua, & regnum tuum manebunt si posteri, tui scilicet seruauerint præcepta mea.

Manet ergo hæc & de Salomone intelligi, vt probatũ est, eademque de Christo dici negare non possumus, quoniam ita docet Apostolus. Quod enim sequitur continuo 2. Reg. 7. qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum, nihil repugnat veritati. Nam sicut Salomon non fuit figura Christi, in peccatis suis, sed in Regno, & in pace, & in ædificatione templi: Ita, quæ de peccatis eius dicuntur, nihil pertinẽt ad Christum. Quanuis facile etiam communi responsione satis facere huic obiectioni possumus Christum intelligi caput cum membris, sicut ipse Docet Act. 9. dicẽs Saule, Saule, quid me persequeris? & peccata nõ ad ipsũ
47 in se, sed in suis membris esse referenda. Quare hoc nũc quærendum est, vtrum historico sensu, an allegorico hæc de Christo dicta sint. Multi putant Historico dici de Salomone, & de Christo, quoniam eadem scriptura multos historicos sensus capere potest, vt Lyranus hic, & 2. Reg. 7. (quod sæpe in similibus locis docet) Paulus Burgensis in additione eiusdem capitis. 7. Abulensis. q. 9. in idem caput. Canus lib. 2. de locis Theologicis cap. 11. verum quoniam in c. 11. Hos. n. 3. & sequentibus manifestissimè hunc Lyrani & aliorum errorẽ & aperui & vt arbitror

bitror profligaui, nunc tantum dicam, si id verum esset Patrem & filium in eadem enuntiatione proprie & improprie accipi, quod absurdissimum est, siquidem aliter Salomon filius dicitur, aliter Christus. Deinde ex ipsa sen suũ definitione ita hoc perspicue intelligitur vt dubitare nemo debeat aut possit. Si enim Salomõ figura Christi est, & homo ille & eius regnum Christũ cũ suo regno significat, quę de Salomone dicũtur, vt figura Christi est, ad Chri
48 stum, non nisi spirituali sensu referuntur. Sensus enim historicus est, quem verba efficiũt. Spiritualis autem, quem efficiunt res illis verbis significatæ. Quare mirum est, nõ videre Lyranum & quosdam alios pugnãtia se loqui, cùm dicũt: Hęc dicta sunt de Salomone, prout figura fuit Christi, & ideo de Christo intelliguntur ad literã, & cæt. Imo ideo intelligi de eo nequeunt ad literam. Nam si Salomon figura fuit Christi, ipse Salomõ & res, quæ de illo scriptæ sunt significant Christum: verba ergo significant res Salomonis, & ipse Salomon ac res eius significant Christũ. Ergo hic sensus non historicus est, sed spiritualis. Nam spiritualis sensus dicitur, quem efficiunt res significatę per verba. Quare vbicumque legimus aliquid esse figuram, aut
49 typum alterius, aut typicè dici, siue accipi, quod dicitur, sine dubio sensus spiritualis est. Hinc etiam fit non improprium modò, sed valde etiam falsum esse, quod Lyranus hic & in. 2. Reg. 7. & nonnulli alij dicunt ea, quæ in scriptura dicuntur de aliquo, quatenus est figura alterius, non conuenire ipsi, sed rei, cuius est figura, vt quæ dicuntur de Salomone, vt est figura Christi, nullo modo exponi debere de Salomone, sed de Christo, cuiusmodi est illud Ps. 71. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Imo vero quæ de Salomone dicuntur, vt figura Christi est, necesse est prius ipsi Salomoni conuenire, vt Christo conueniant. Nam sicut ipse Lyranus fatetur, nihil potest esse figura alterius, nisi in se res aliqua sit, illud enim, quod nihil est non potest esse figura alterius. Et eadem ratione, quod dicitur de Salomone vt est figura Christi, nisi Salomoni conuenit, nihil est, & ideò nõ potest esse figura Christi. Etenim
50

Universidad de Deusto
Biblioteca

si figura est, ipsæ res significant Christum, ergo prius in Salomone illę factę sunt, vt possint significare res Christi. Accedit, quod figura per similitudinem, quam habet cum re cuius figura est, illam significat: res autem, quæ facta non est in eo, qui est figura, non habet similitudinem cum illa re, quia non entis, vt est in prouerbio Iurisconsultorum, nullę sunt qualitates. Hoc exemplo, quo ipsi vtuntur, notū fiet. Quod Dauid ait: Et dominabitur à mari vsq; ad mare, &c. affirmāt de Salomone dici, sed ipsi nō conuenire. Quo modo dici potest de illo, quod illi nō cōuenit, nisi id mendacium sit? Salomon nō est dominatus à mari vsq; ad mare, &c. sed Christus, nō ergo id de Salomone dictū est, sed de Christo. Dicitur, inquis, de Salomone, vt est figura Christi. Audio, sed in eo, qđ sibi nō conuenit, nullius est figura. Sicut Salomon nō potuit esse figura Christi in eo qđ in Christo inuētū nō est, vt in idololatria:
51 Ita neq; in eo esse potest, quod in eo nō præcessit. De quo igitur id dictum est? Omnino de Christo. At Psalmus ille 71. inscribitur in Salomonē, non inficior. Sed ibi Salomō non regē illum significat filiū Dauidis & Bethsabee, sed Christū ea scripturæ locutione, quā nomen figuræ dari solet rei, cuius est figura: vt cùm Dauid appellatur Ezec. 34. Et suscitabo super eas pastorē vnū, qui pascat eas, seruum meū Dauid. Et Hos. 3. Et quærēt dominū Deum suū, & Dauid regem suū? Quis affirmet hæc dici de Dauid vt figura Christi est? De Christo omnes dictū volūt. Solet enim scriptura cū huiusmodi nominibus vtitur, addere alia, quibus ambiguitas tollatur, & quæ maiora sint, quàm vt Dauidi, aut Salomoni conuenire possint, vt inde perspicuū sit de quo sint omnia intelligenda. Quem canonē si ad scripturarum intelligentiam adhibeamus, multis nos, magnisque erroribus liberabit. Vocabula primū propriè accipiamus, vt Dauid, Salomō, Zorobabel, & similia, & res ad illos accōmodemus, quæ dicūtur. Verum, si in eodē contextu, aut in eadem sententia aliquid inuenerimus sublimius, quam vt illis conuenire possit, totū de Christo, & de eius mysterijs dictū intelligamus, & vocabula illa, Dauid, Salomō, &c. metaphoricè aut quouis alio modo figuratè accipi.

cipi. Totum inquam vel Psalmū interdū, vel certe totam illā pericopen: potest enim nonnunquā fieri vt res noua dicī incipiat, vt qui in Psalmo. 71. legit titulū, in Salomonē, Psalmū attētè legat: & cum inuenerit qđ Salomoni tribui non possit, intelligat totū esse de Christo, eumq; figuratè nomine Salomonis fuisse appellatum. Atq; ita non de Sa
52 lomone, sed de Christo cum intelligi docent Arnobius, Hieronymus, Augustinus, Theodoret', Cassiodorus, Beda, Euthymius, Haymo, Remigius, Rupert'. & alij. Sed verba Augustini referā vt veritas melius intelligatur. In Salomonē quidē Psalmi huius titulus prænotatur. Sed hæc in eo dicuntur, quæ nō possūt illi Salomoni regi Israel secūdum carnē iuxta ea, quæ de illo sancta scriptura loquitur conuenire: domino autem Christo possunt. Vnde intelligitur etiā ipsum vocabulum Salomonis ad figuratam significationem adhibitū, vt in eo Christus accipiatur: Salomō quippe interpretatur pacific', atq; per hoc tale vocabulū illi verissimè atq; optime cōgruit, per quē mediatorē ex inimicis accepta remissione peccatorū reconciliamur Deo, &c. Idē docet in libro de vnitate Ecclesiæ. c. 8. & addit nullū Christianū hoc negare. Et Basili', ac Theodoretus aiūt, quod Salomoni propositus Psalmus nequaquā congruat. opinor Iudæos etiā confiteri, si veritatē dicere voluerint
53 ne dū fidei alūnos. Et postea: Cæterū inscriptio nō inepta est, vere autē Saluatori congruit, quandoquidē Salomō pacificus interpretatur, &c. simile iudiciū est de Psalmo. 15. qui inscribitur ipsi Dauid, & in eo est quiddā sublimius Dauide: Quoniā non derelinques animā meam in inferno, nec dabis sanctum tuū videre corruptionē. Quod Petrus Act. 2. & Paulus Act. 13. nō de Dauide, sed de Christo dictum esse testantur: & de Psal. 109. quem Iudæi recentiores putant cani de Abrahā victore. Hinc videmus planè cāticū cāticorum nequaquam scriptū esse de Salomone, & de eius vxore filia Pharaonis, sed de Christo, & de Ecclesia: sunt enim in illo non pauca adeò grandia, & sublimia vt in Salomonē, & eius vxorē quadrare non possint.
Sed vt ad rem redeamus, quoniā demōstrauim' hęc verba: Ego ero illi in patrē, &c. historicè quidē de Salomone:

allego-

Universidad de Deusto
Biblioteca

allegoricè autem de Christo dici, superest vt respondeamus ad argumentum Caietani, nō decere tantum Apostolum in re tanta vti allegorico sensu aduersus Iudæos, quandoquidem ex illo efficax argumentum desumi non po-
54 test, sed ex solo historico. Hoc enim omnes permoti videntur, qui vtrumque sensum historicum esse dixerunt, ne, scilicèt, fateri cogerentur scripturam vti argumentis non efficacibus. Ad hoc eruditè respondent Canus lib. 2. de locis cap. 11. & noster Robertus Bellarminus, in primo tomo suarum disputationum aduersus hæreticos lib. 1. cap. 17. sed copiosius Fr. Michael Medina lib. 6. de recta in Deum fide cap. 25. quamuis Canus historico sensu verba afferri putat, verum, etiam si allegorico afferrentur, rectè fieri potuisse dicit. Sūma respōsionis eorū hęc est, Apostolū in grauissimis causis argumēta desumere ex spirituali sensu, nec tamē propterea aut illas epistolas Apostoli esse negamus, aut eum male argumentatū esse dicimus. Exempla habemus non pauca. 1. Corint. 9. & 1. Tim. 5. in bouc trituránte. 1. Corinth. 10. in nube & mari, & cæt. Galat. 4. in duobus filijs Abrahæ. Hebr. 7. in Melchisedec. In Euan-
55 gelio etiā hoc videre licèt, Matth. 2. in verbis Hoseæ. Ioh. 19. in verbis Exodi, os non comminuetis ex eo. Addunt in omnibus disciplinis id moris esse, vt cum argumentis certioribus etiam probabilia afferātur: quare cum locum firmiorem protulisset Paulus: filius meus es tu, & cæt. secundo loco hunc probabilē affert: Ego ero illi in patrem, & cæt. Hoc persæpe fieri in euangelio & in epistolis, & in reliqua scriptura, etiam cum argumenta necessaria non præcedunt, adeò perspicuum est, vt probandum non sit. Argumentantur enim nunc à simili, nunc à maiori, nunc à minori, à contrarijs, à causis, ab effectis, ab Etymologia. Docet etiā Michael Medina, quod dicitur, rationes è mystico sensu productas, non valere, intelligi debere de eo sensu, quē sibi quis volūtarie confinxit. Sed si educātur è sensu recepto atque approbato, non minus validas esse,
56 quàm quæ à sensu historico educuntur. Hanc autem, qua nunc vtitur apostolus, desumi ex sensu receptissimo, quoniam in veteri illo populo nihil erat notius, quàm Salomonem

monem typum Christi gessisse. Ego etiam si hoc idē Canus, & Bellarminus affirment, non nihil dubito an populo illi notæ fuerint huiusmodi figuræ, & an in Salomone Christū intellexerint: eos tamen ad quos Paulus scribit, quia Christiani erant, rectè hunc typum intellexisse arbitror. Et quoniam de causa, qua scriptura, & patres sensibus mysticis vtuntur, deque eorum vi ad confirmationem dogmatum latius egi in cōmentarijs duodecim prophetarum in primo præludio, num. 18. & sequentibus: Nunc breviter dicam sensum mysticum natura sua non minus ad cōfirmationem valere, quàm historicum, sed ex accidenti non valere, aut quia nobis ignotus est, aut non constat illis quibus cum disputamus illum esse verum sensum. Ve-
57 rum id in historico etiam vsu venit, si enim aut nobis, aut aduersarijs ignotus sit, non sumitur ex eo firmum argumentum: Quare vbi constiterit, aut ex scriptura, aut ex veterum consensu, siue ex Ecclesiæ traditione illam rem figuram huius fuisse, satis validum est argumentum à sensu mystico sumptum. Etenim sensus historicus propterea valet ad cōfirmationē dogmatū, quod eū intēdit Spiritus sanctus: sed idē intēdit etiā mysticū, quia per ea, quæ fiebāt significabat ea, quæ futura erāt in Ecclesia, sicut ait Apostolus. 1. Cor. 10. hæc aūt omnia in figura contingebant illis, scripta sunt aūt ad correptionē nostram. Imo tanto magis mysticū intendit, quanto præstantior est historico, id est, quātō præstātiora & magnificentiora sunt mysteria Christi, & Ecclesiæ dictis, & factis illius populi. Quod elegāter docet idem Apostolus. 1. Cor. 9. scriptū est enim, inquit, in
58 lege Moysi: Nō alligabis os boui trituranti, nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos hoc vtiq; dicit. Quo fit vt cùm in historia mysterū aliquod Christi significatū est tūc impleri dicatur scriptura, cum illud fit, qd̄ significabatur. Matt. 2. vt adimpleretur, quod dictū est à domino per prophetam dicentē: Ex Ægypto vocaui filium meum. Et mox: nunc adimpletum est, quod dictū est per Ieremiā prophetā dicentem: vox in Rama audita est, &c. Iob. 19. Facta sunt enim hęc, vt scriptura impleretur: Os nō cōminuetis ex eo. Nō enim poterat impleta scriptura rectè dici, cui id

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod erat præcipuum adhuc deerat. Sensus ergo historicus proxime intentus est ab spiritu sancto per verba scripturę, sed mysticus principalius intentus est per facta illis verbis significata. Quare cũ Paulus plenus Spiritu sancto videret Salomonem vmbram & figuram fuisse Christi, & Deum patrem cum dixit: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, magis ad Christum, quàm ad Salomonem respexisse, cur vereretur de Christo loquens ea verba referre, quę de ipso dicta esse certo sciebat? Nec reprehendendi sunt Apostoli, qui huiusmodi argumentis vtãtur, sed magnopere laudandi, quoniam non tam argumẽtari sæpe voluerunt, quam ostendere nobis per spiritum, quo pleni erant diuina mysteria sub humili cortice literæ latentia & introducere nos ad thesaurum absconditum, vt & certior esset fides nostra, & maior lætitia atq; exultatio dum noui testamenti mysteria dictis & factis veterum patrum prædicta & ante multos annos quasi depicta videremus. Verum hoc non prætereundum, Paulum hic nõ solum docere nos voluisse, Christum esse filiũ Dei, quod verbis Psalmi secundi satis cõprobatum videbatur, id est, Messiam, de quo Psalmus ille scriptus est, esse filium Dei, sed Iesum, quem ipse prædicebat & de quo scribebat esse hunc ipsum Messiam, quoniam Messias futurus erat de semine Dauid, de quo Iesum dominum nostrum esse constabat: & ideo retulit verba, quę de filio Dauidis dicta erãt. Præterea cum Salomonis regnum pacificum fuerit, & auro atque argento, & omnibus diuitijs abundans, dum docet nos, Salomonem typum fuisse Christi, docet simul fœlicitatem temporalem regni eius figurã fuisse spiritualis, & æternæ felicitatis, quæ futura erat in regno Christi. Opportune autem hoc docet eos qui à suis afflicti & spoliati bonis omnibus fuerãt, vt firmi essẽt in fide nec Christum relinquerent, aut à regno eius recederent, quod felicissimum, & floretissimum fore in regno Salomonis præmonstratum fuerat. ñ

59

60

Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ.]

Theodoretus: Quifert omnia verbo virtutis suæ & est sæculorum effector & opifex, vndenam venit in orbem terra-

rum? Quo modo autem primogenitus, qui est vnigenitus? Deinde cùm dixisset eodem modo locutum esse Iohannem, cùm dixit: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperũt: Ita ad vtrũque respondet: sed & in mundo erat, vt Deus, & venit vt homo. Ita etiam vnigenitus est, vt Deus, & primogenitus vt homo, in multis fratribus. Et nonnulli putant eum etiam, vt Deus est dici primogenitum. Ita enim ait Oecumenius: Quod autem ait primogenitus, non respectu secundi dicit, sed quòd vnicus & solus sit ex patre genitus, &c. Hieronymus etiam probat aduersũs Heluidium primogenitum dici in scriptura, qui primus omnium nascitur, etiam si alter non nascatur. Sed cum de humana natura nunc loquatur apostolus, præstat vt secundum eam primogenitũ dictum accipiamus, quo vocabulo cur hic vsus fuerit, paulò post dicemus. Cùm dicit: Introducit, sunt qui subaudiant, scriptura, exponuntque, scriptura introducit, id est, introducendum esse prædicit. Verum nec hoc necessarium est, nec recte dici videtur cum scripturam ante non nominauerit vt eam subaudiamus. Sed planius sensus est: cum Deus pater iterum introducit Christum in mundum, iubet vt eum Angeli adirent sicut prædictum erat à Dauide. Difficilius est, cur dicat, cùm iterum introducit, cum loqui videatur de priori introductione cũ carnem assumpsit & venit in mundum. Ita enim interpretantur Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, S. Thomas, & multi alij. Quare ita quidam accipiendum putãt, ac si dictum esset: Iterum cùm introducit primogenitum, & ideò Erasmus vertit: rursum autem cùm inducit primogenitum, &c. In Græco est: ὁ ταν δε πάλιν εισαγάγῃ, & πάλιν, significat. Iterum, & rursum, qua dictione vti solemus cùm aut nouum testimonium scripturæ, aut nouam rationem addimus, vt cùm dixit in hoc capite: Et rursum, ego ero illi in patrẽ, &c. c. 2. Et iterũ ego ero fidens in eũ. Et iterum; Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Verũ nimis violenta est hæc interpretatio, & malè vertit Erasmus: quis enim non videat cum dicitur: Et cum iterum intro-

61

62

63

introducit, secūdam introductionem intelligi ab Apostolo, alioqui dixisset, vt semper solet: Et iterum cùm introducit, &c. Nonnullas præterea interpretationes proponit, S. Thomas, sed quas refutare necesse non sit. Quia nemo non videbit duras, & improprias esse. Nos autem sine vllo negotio exponemus Paulum loqui de secundo Christi aduentu, cùm ad iudicandum veniet, quæ est secunda introductio in hunc mundum inferiorem, Prima enim fuit cū factus est homo, & natus, quomodo exposuerūt Lyranus, Caietanus, Catherinus. Hoc velapertissimum est ū ipsum Psalmum. 96. vnde hæc desumpta sunt, intueamur, qui manifestè de secundo domini aduentu scriptus est. Ita enim
64 incipit: Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Nunc enim non dum perfectè regnat, quia sicut ait Paulus Heb. 2. Nunc autem nec dum videmus omnia subiecta ei: sed perfectè regnabit cum implebitur illud Psalmi, 109. donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorum, vt idem docet. 1. Corint. 15. deinde loquitur perspicuè de ijs, quæ præcedunt aduentum eius: Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia, & iudiciū correctio sedis eius. Illud etiā apertius: Ignis ante ipsum præcedet, & inflāmabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit & commota est terra. Ita hunc Psalmum interpretatur Arnobius. Et quoniam nōnulli de primo aduentu, alij partim de primo, partim de secundo, cum cani volunt, si meminerimus quæ dicta sunt n. 52. & sequentibus, manifestum erit de secundo aduentu omnino cani, quoniam verba proprie accipienda sunt cum proprie accipi possunt, nec aliquid repugnat sanæ doctrinæ. Et proprie de primo accipi non possunt, sunt enim magnificentiora
65 ijs, quæ in primo aduentu contigerūt, quia ergo Psalmus, de extremo iudicio loquitur, & primogenitus hæres est patris, atq; in iudicio Christus proprie declarandus est hęres vniuersorum, cum omnes eum adorabūt, & subijcientur ei, & omnes inimici ponentur scabellum pedum eius, eleganter ad hæc respiciens Apostolus dixit: Et cum iterum introducit primogenitum in orbē terręe. Et quoniam vēturus est cum potestate magna, & maiestate, & septus exercitibus Angelorū, à quibus cōrā vniuersa hominū multitudine adorabitur, rectè scriptū est. Et adorēt eum omnes Angeli Dei. Quibus verbis confirmat Paulus, quod dixerat eum esse verum filium Dei, adeoq; superiorem Angelis vt illi eum vt verum dominum adorent.

Et adorēt eū omnes Angeli Dei. Desumpta sunt hæc ex Psal. 96. magis iuxta sensum, quam iuxta verba. Nā in Hebræo, & apud Lxx. nō habetur, & adorent eum, sed adorate eum, Lxx. sic habent. προσκυνήσατε αὐτῷ πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ, id est adorate eū oēs Angeli eius. In Hebræo vero legimus: הִשְׁתַּחֲווּ לוֹ כָּל אֱלֹהִים qd Hieronymus vertit: adorate eū oēs Dij. Mos autē est Apostolorū, & Euāgelistarū vt sæpe ex locis veteris testamēti, nō tā verba referāt quā sensum, vt latissimè docet Hieronymus, cū in alijs locis, tū maximè in calce lib. 1. cōment. in Epist. ad Gal. & in libello de optimo genere interpretādi, vbi id multis exēplis confirmat. In quo 66
etiā & personas mutare solēt, & tēpora & numeros, sed saluo sēmp. sensu. vt Ioh. 12. Propterea nō poterāt credere, quia iterū dixit Isaias: Excæcauit oculos eorū, & indurauit cor eorū vt nō videāt oculis, & nō intelligāt corde, & cōuertant & sanē eos. Cū Isai. 6. legamus: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos ei⁹ claude, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & cōuertatur & sanē eū. Et eadē verba cū præcedētibus: Audite audiētes, & nolite intelligere, & videte visionē, & nolite cognoscere: Ita referūtur à Matt. c. 13. & à Luca Act. 28. Auditu audietis, & nō intelligetis, & videntes videbitis, & nō videbitis. Incrassatus est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierūt, & oculos suos clauserūt, ne qn videāt oculis, & auribus audiāt, & corde intelligāt, & cōuertantur, & sanē eos. Mat. 1. Ecce virgo cōcipiet, & pariet filium, & vocabūt nomen eius Emmanuel. Isai. cap. 7. est. וְקָרָא שְׁמוֹ quod est: Et vocabit, videlicet ipsa virgo. Lxx. καὶ καλέσεις, Et vocabis; quomodo etiam est apud Hieronymum, nam & ipse legit: Et vocabis, & omnes interpretes eodē modo vertisse dicit, sed posse etiā verti, Et vocabit, scilicet, virgo ipsa Quare quod ad sensum attinet idem est dicere: Et adorēt 68

Universidad de Deusto
Biblioteca

eum omnes Angeli Dei, & Adorate eū oēs Angeli eius, sicut verterūt. Lxx. sensus etiā Hebraicorū verborū idem est: Adorato eū omnes Dij, & quamuis אֱלֹהִים certum sit significare Angelos, vt dicemus in illa verba. c. 2. Minorasti eum paulo minus ab Angelis. Tamē mihi magna suspicio est deesse in Hebræo מַלְאֲכֵי, id est, Angeli, legendūque הִשְׁתַּחֲווּ בוֹ כָּל מַלְאֲכֵי אֱלֹהִים qb est adorate eum omnes Angeli Dei. Sicut Gen. 32. fuerūtq; ei obuiā Angeli Dei, vbi similiter est, מַלְאֲכֵי אֱלֹהִים nisi enim ita esset in Hebræo. Lxx. nō similiter verterent omnes Angeli. cur adderēt: Eius? cur Paulus diceret: Omnes Angeli Dei? Fortasse Iudæi, qui nesciebant Messiā verū Deum esse debere (neq; enim respondere ei potuerint quærenti cur Dauid eum dominum vocaret, qui eius filius futurus erat. Matt. 22.) eraserūt nomē Angeli, quoniā supra eī dignitatē esse credebant adorari ab Angelis. Accedit quod Paraphrasis Chaldaica habet: Et adorabūt eam omnes populi, qui seruiūt idolis. Ex quo verisimile est eū legisse: Et adorabunt eū omnes Angeli, siue nūtij, אֱלֹהִים id est, Deorū, ita enim etiā verti pōt: & p nuntij, aut Angeli, posuit populi,

68 *Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus* Hæc verba, quæ ex Psal. 103. sumpta sunt, Hebræi ita interpretātur, ac si diceretur: Qui facit spiritus Angelos suos, & spiritus ventos intelligūt, vt sit sensus: Qui ventis vt nūtijs vtitur, vt irā suā denuntient impijs, & igne, hoc est, fulguribus & fulminibus quasi ministris facit quæcumq; velit. Sed cū Paulus doceat Angelos ꝓprie accipi & propter articulū additū voci. Angelos, τοὺς ἀγγέλους, constet nō posse inuerti ordinē verborū, sed ita esse accipiēda verba vt posita sunt vt mos est Græcorū, & Iansenius adnotauit, nō potest ferri hæc Hebrēorū explanatio, nihil enim Paulus probaret, si illa vera esset. Nec miror Caluinū & Bezā hæreticos eā sequi magis quā alteram Pauli. Illud est mirabile pacuisse nonnullis ex nostris vt Vatablo & Iansenio, qui in sua Paraphrasi priori loco eam posuit, deinde alteram de Angelis veris addidit, cū altera alteram tollere videatur.

In an-

In annotationibus autem dicit hæc verba afferri à Paulo secundū translationē. Lxx. atq; ideo non esse mirum in alio sensu adduci, quàm quē Hebræa requirunt, de solis enim Angelis Græca intelligi possunt. In quo Iansenij viri docti & pij modestiā requiro, qui alio sensu hæc à Paulo afferri dicat quā quo à Dauide dicta sunt. Deinde etiā quæro cur ea sensum Pauli habere posse neget in Hebrēo; nullā enim rationē huius rei reddidit, nec reddere vt arbitror potuit. 69

Ita enim habent עֹשֶׂה מַלְאָכָיו רוּחוֹת id est, qui facit Angelos suos spiritus. Quid in his obstat, aut obstare potest sensui Pauli? Denique, viri docti, & Hebraicæ veritatis tenacissimi de veris Angelis cū Paulo exposuerūt, vt Augustinus Eugubinus. M. Antonius Flaminius, Genebrardus, & alij, Nunc sensum Pauli videamus, quem Augustinus, & Greg. hom. 34. in Euang. ita reddunt: Qui eos, qui natura sunt spiritus, facit Angelos, id est, nūtios suos, spiritū eī nomen volūt esse naturæ, Angelum officij. At non potest ordo verborū commutari, sed ita vt posita sunt, legi debēt vt veteres acceperunt, Arnobius, Hieronymus, Theodoretus, & alij, & vt cōsuetudo Græci sermonis exigit. Cum enim sunt duo nomina in eodem casu, & dubiū est, vtrū illorum subiecti locū habeat, de quo alterū dicatur, illud habet, cui articulus additus est, vt Ioh. 1. Et Deus erat verbū, dubitare posset, vtrum Deus, an verbū subiecti locum haberet, sed articulus additus nomini, verbū docet hūc esse sensum: Et verbū erat Deꝰ. καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, similiter cū ait: Et verbum caro factum est, verbum cum articulo ponitur, quia vicem subiecti habet, caro sine articulo, & capit. 2. vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam: articulus additur aquæ, vinum sine eo ponitur. Et capit. 4. sed aquam, quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ, &c. articulus non additur fonti, sed aquæ. Et quod paulò post refert Apostolus ex Psal. 44. virga æquitatis, virga regni tui, virga in secūdo loco habet articulū, & ideo sensus est, virga regni tui, est virga æquitatis. Qua re cum in his verbis Psalmi articulus additus sit nomini, Angelos, ipsum, locum subiecti habet; spiritus autem, 70

Universidad de Deusto
Biblioteca

71 id est πνεύματα, ventos vocat, & est sensus; Angelos suos facit sicut ventos, & ministros suos sicut ignē, cur autem his eos nominibus appellet scriptura, egregiè docet Dionysius in lib. de cælesti Hierarc. cap. 15. his verbis: At verò cum vētorum appellatione censentur, naturæ summa celeritas, quæ cuncta fermè absq; vlla mora tēporis penetrat, motuq; ille ex sūmis ad infima, rursumq; ex imis ad summa in momento pertingens profectò signatur, infero, & secūdo à se loco posita ad superiorem celsitudinē tollens, primasq; substātias ad tradenda inferioribus locis suæ cōsortia prouidentissimē mouēs, &c. Et paulò prius cū multa de igne dixisset, quibus Deo similis apparet, hæc infert: cōplures item alias ignis proprietates inuenies diuinæ actionis (quātū humanis imaginibus fas est) propè accedentes. Hoc itaq; nō ignorātes viri illi diuina sapientia repleti, cælestes substantias ex igne maximè effingunt, vt illarum diuinā speciem ad Dei imitationem tendere pro viribus in
72 dicent. Hoc idem docet Iohānes Damascenus ita, vt iā dixi, locū hūc interpretatus lib. 2. de fidē. c. 3. ipse, inquit, Angelorū factor, & opifex Deus est, ipsos ex nihilo ad esse deducens ad propriā illos creās imaginem, naturā incorpoream, vt spiritum quendam, aūt immaterialem ignem, quemadmodum diuinus (inquit) Dauid: Qui facit Angelos suos spiritus, & mininistros suos flammam ignis: agilitatem, ignitionem, feruorem, penetrabilitatem, & acumen circa diuinum desiderium, & ministerium designans, atque ipsorum sursum ferentem ab omni materiali intelligentia liberam puritatem. Theodoretus etiam & Euthymius in eundem Psalmum docent Angelos appellari spiritus & ignem, vt significetur eōrum celeritas, & potentia: spiritus enim natura velox est, potens est verò ignis vis. Hoc ergo dicit: Qui facit Angelos suos sicut spiritus, & ministros suos sicut
Regula. flammam ignis. Sæpe enim fit apud Hebræos vt coniunctiones similitudinis omittantur, vt Hos. 7. cæperunt principes furere à vino, id est, quasi à vino. Psal. 10. transmigra in montem sicut passer, in Hebræo est: Transinigra in montem passer. Nahum. 3. Ecce populus tuus mulieres.

Lxx.

Lxx. Ecce populus tuus vt mulieres. Ita interpretatus est 73
Damascenus vt modo vidimus, & Chaldæa Paraphrasis hoc cōfirmat; qui facit nuntios suos veloces sicut spiritus, ministros suos fortes sicut ignis. Duo ergo docet his verbis sacer vates, & factos esse Angelos à Deo, quod de filio dici non potest, & talem eis datam esse naturam, vt ea velociter, & potenter per omnia discurrant: Hoc autem indicat eos esse ministros Dei atque adeo ipsius filij. Cæterum vbi Paulus dicit, πυρὸς φλόγα, id est, ignis flammam, in Hebræo est, אֵשׁ לֹהֵט id est, ignem ardentē, apud. Lxx. in codice Pontificio, πῦρ φλέγον, ignem ardentem in alijs vero codicibus, πυρὸς φλόγα, vt apud Paulum, quomodo legerunt Euthymius, & Theodoretus, Aquila vertit, πῦρ λαῖλαπος, id est ignem impetuosum, vehementem, & voracem, vt mirari desinant, qui nostram translationem reprehendunt: Et ministros suos ignem vrentem: ita enim vertit etiam ex Hebræo Hieronymus. Symmachus πυρίνην φλόγα, id est, igneam flammam. Omnium trāslationū & Hebræi textus idem sensus est, nā ignis ardens, siue flāma ignis, siue ignis vrens significant Angelos potētes esse ad quiduis faciendum, & ad disperdendum inimicos Dei more ignis, & ad dimouendum omnia, quæ suæ virtuti resistunt. Ex quo respōdetur Augustino Eugubino, qui non putauit vertendum fuisse ignem vrentē, quoniā Angeli in 74
quit, nō vrunt. Cæterum, quod Paulus dicit: Qui facit Angelos suos, &c. cū nūc legamus: Qui facis Angelos tuos: præterquā quod facile huiusmodi testimonijs referendis mutari psonę solēt, vt diximus. n. 66. ita habetur in Hebręo & in Codice Greco Cōplutēsi, & in alijs quibusdā, ac præsertim in Pontificio, & ita vertit Hieronymus: qui tegit aquis superiora eius: Qui ponit nubē ascēsum suū, qui ambulat super pennas ventorum. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Qui fundauit terram super stabilitatem suam. Quæ omnia nunc in vulgata translatione nostra secundæ personæ sunt: Qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensum tuum, &c. Eodem modo legit Euthymius. Quod autē ait.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ad Angelos quidem dicit, cum non eos alloquatur, fortasse dicat qui spiam Paulum scripsisse in Hebræo עַל quod est super, ac si diceret, super Angelis, id est de Angelis. Et quoniam sæpe etiam ponitur pro ad, more Hebraico dictum esse: Ad Angelos, pro super Angelis. Sed melius dicemus πρὸς, quod significat, Ad, apud Græcos interdum ita accipi vt significet circa, aut quod nos dicimus: quod ad me attinet. Ita enim Demosthenes loqui solet. Atq; ita, πρὸς ἀγγέλους, erit circa Angelos, aut qđ ad Angelos attinet, Accipitur etiã πρός, pro in, & possumus interpretari, in Angelos dicit, id est cùm de Angelis loquitur. Tale est illud Iob. 42. Nec enim locuti estis ad me rectum, sicut seruus meus Iob. 1. de me, vbi similiter est in Hebræo אֵלַי id est, ad me, nec tamen amici Iob cum Deo loquebantur, sed de Deo. 75

Ad filium autem: thronus tuus Deus in sæculum sæculi.] De Angelis quasi de creaturis loquitur, cùm autem loquitur de filio, tãquam de creatore & rege Angelorum, ait enim Dauid Psal. 44. filium alloquens: ò Deus thronus tuus regius in æternum manet, nunquam finietur regnũ tuum. Itaque Deus ὁ Θεὸς, vocatiui casus est, vt docet Eusebius, lib. 4. demonstr. Euang. cap. 15. Ideò (vt ibidem ait) Aquila vertit: sedes tua ò Deus similiter etiã Chaldæus, & Hier. in epistola ad Principiam: vnde & Aquila אֱלֹהִים verbum Hebraicum non nominatiuo casu, sed vocatiuo interpretatur dicens Θέε, Et nos propter intelligentiã Dei posuimus, quod Latina lingua nõ recipit. Sæculum, longissimum tempus significat in scriptura, cũ autẽ duplicatur siue singulari numero, siue plurali, æternitas indicatur, vt diximus in c. 4. Mich. n. 47. Ps. 83. Beati, qui habitãt in domo tua Domine, in sæcula sæculorũ laudabunt te. Ps. 82. Erubescant, & conturbentur in sæculũ sæculi. Ps. 20. Quoniam dabis eũ in benedictionem, in sæculũ sæculi. In Hebræo autem etiam apertius עוֹלָם יָעַד quod Hieronymus vertit in sæculũ & in ęternũ. Habet aũt עוֹלָם literã ל, quã cùm habet semper significat æternitatem, vt ex Hiero. in cap. 1. Epist. ad Gala. adnotauimus in c. 5. Mich. n. 45. Quare quod additũ est, יָעַד expressionis amplificationis causa additur, vt nemo dubitare possit, quin omnino de æternitate loquatur. Eodẽ modo est in Hebræo Exo. 15. vbi Hieronymus vertit: Domin' regnabit in ęternũ, & vltra. Lxx. in sæculũ, & in sæculum, & ad huc: Chaldęus in sæculũ, & in sæcula seculorum. Similiter & Mich. 4. vbi transtulit Hieronymus: Nos autẽ ambulamus in nomine Dei nostri in æternũ, & vltra. Et Aquila vertit: sedes tua ò Deus in sæculum, & vltra, vt refert in eodẽ loco Eusebius. Præterea vbi Lxx. posuerunt Deus, in Hebræo est אֱלֹהִים qđ nomen & iudicibus tribui solet, & Angelis, vt in eo, quod supra exposuimus: Et adorent eum omnes Angeli Dei, vt adnotauimus. n. 67. Verum cum huic nomini, quod pluralis numeri est, verbum singulare additur, Deum magnum, & verum tantùm significat, vt Genes. 1. in principio creauit Deus cælum & terram. Fit hoc more scripturæ, quem indicaui in capitul. 5. Mich. numer. 38. Est autem adeò manifestum hunc Psalmum de Messia cani, vt neque impij Iudęorum Magistri negare potuerint: licet ad sacrilegas, & violentas expositiones confugiant, contra quos disputat Augustinus Eugubinus in eiusdem Psalmi explanatione? Denique, Chaldæus ita totum locum transtulit: sedes tua Deus in cælis, in sæcula sæculorum, regnum rectitudinis sceptrum regni tui. At ò tu rex Messia, quoniam dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ abundantius, quàm consortes tuos. Peruerse ergo interpretatus est Vatablus Salomonem Christi typum vocari hic Deum, id est, principem populi Israelitici. 77

Sæculum.

Virga æquitatis, virga regni tui.] Virgam sceptrũ vocat, ita enim verti solet, vt Gen. 49. Nõ auferetur sceptrũ de Iuda vtroq; in loco est שֵׁבֶט Addit his verbis alterũ regni insigne, sceptrũ enim regi est ppriũ, & æquitatis in Hebræo est מִישׁוֹר apud Lxx. & apud Paulũ εὐθύτητος, qđ idẽ est, rectitudinis. Siue aũt dicamus virga rectitudinis siue

Universidad de Deusto
Biblioteca

virga æquitatis, aut directionis, vt vertit Aquila & noster interpres in Psalmo, idem significatur, id est, sceptrum rectum & æquum regnum iustitia, & æquitate & sanctitate plenũ. Quibus verbis tacite etiam subindicari arbitror, Christum futurum esse iudicem hominum.

78 *Dilexisti iustitiam.*] Iustissimè tuum regnum administrabis, iustitiæ cultoribus fauebis, & iniquos supplicijs afficies.

Propterea vnxit te Deus Deus tuus.] Aquila trãstulit: Super hoc vnxit te ò Deus, Deus tuus oleo lętitię ab amicis tuis. quod Eusebius eodem capitu. 15. lib. 4. demonstr. Euang. affert, vt doceat nomen, Deus, primo loco vocandi casu positum esse, longe aliter Aquilã intellexit Hieronymus in Epist. ad Principiam; Primum inquit nomen Dei, vocatiuo casu intelligendum est, sequẽs, nominatiuo; quod satis miror cur Aquila non vt ceperat, in primo versiculo vocatiuo casu interpretatus sit, sed nominatiuo, bis nominans Deum, qui supra dictum vnxerit Deum, &c. dicemus ergo, Aquilam scripsisse, ὁ θεός, sicut, &. Lxx. quod cum nominatiui esse possit, etiam vocatiui est. Et ita Eusebius accepit. Hieronymus autem, quia non vertit, θέε, vt primò verterat, nominatiuo vertisse dixit. Adnotat autem Eusebius cùm dicitur: sedes tua Deus in sæculum sæculi, positum esse in Hebræo אֱלֹהִים quod vocatiui casus est, cùm verò ait: Deus tuus, esse אֱלֹהֶיךָ recto casu quare & hic vnxit te Deus, ipsum אֱלֹהִים intelligi vocatiuum casum. Verum in hoc ignoratione linguę Hebraicæ lapsus est Eusebius, nam אֱלֹהִים nõ magis vocatiui, quam aliorum casuum est, cum sint nomina apud Hebræos indeclinabilia, quamuis hoc in loco, omnino vocatiui casus est, idemque nomen eodem numero repetitur, cùm dicitur

79 Deus tuus, אֱלֹהֶיךָ Tria sunt hic explicanda, vt locus recte intelligatur, quænam hæc vnctio sit, qua Christus vnctus est, cur dixerit: Propterea vnxit te Deus, cum hanc vnctionem in conceptione sua acceperit, cur cætera addiderit cum ad probandum quod valebat satis esset illud: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi.

Quo ad primũ sciamus Christum Græce, & Hebraice, מָשִׁיחַ ab vnctione dici, hanc autem vnctionem eruditissimè explicat Eusebius lib. 4. demõstr. Euang. capit. 15. cuius ego sensum breuius & atque apertius referam. Diuinæ naturæ virtutem illam, quæ omnia valet, omne bonum præstat, omnem pulchritudinem submini- strat, oleum Dei appellat scriptura, oleum enim lumen auget, fessos subleuat, labores aufert, eos, qui ipso vnguntur hilares facit, instar luminis de se ipso vibrat splendores, nitidumque ac micantem eorum vultum reddit, qui ipso vtuntur, sicut est in psalmo. 103. vt exhilaret faciem in oleo. Atque olei quidem vna est natura. Sed vnguentum multarum in idem concursum significat. Proinde virtus illa Dei, quatenus simplex, nullique alij naturæ commistæ intelligitur, oleum vocatur. Quatenus autem vt multiplex consideratur. Vt quod facere potest, quod regnare, quod prouidere, quod iudicare, quod amore prosequi homines, quod salutem afferre atque alia huiusmodi, vnguentum dicitur. Hoc intelligens sanctus Moses selectum ex omnibus hominibus virum ad sacra Deo facienda idest, Aaron Pontificem, primus 80 Christum nominauit, quem sacro oleo vnxit eoque præstãtiorem cæteris hominibus declarans, simul docuit humanam naturam præstantioris cuiusdam fragrantiæ indigere. Qua quia maxime indigebant sacerdotes & reges, & prophetæ vt qui non prose ipsis solum, verum etiam pro tota gente Deo sacrati essent, eos vngi iussit. Hæc rerum diuinorum notæ erant, vt sciremus eos, qui diuinio spiritu afflati essent etiam sine terrestri vnguento Christos appellari. Vnde sanctus Propheta Dauid psalm. 104. agens de Abraham, Isaac, & Iacob, qui ante Mosem fuerunt & ante indicatam ab eo vnctionem eos propter diuini spiritus, cuius participes erant influentiam Christos appellauit: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Isaias quoque Christum fi- 81

Vnctio Christi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium Dei vnctum docet, non comparato vnguento. Sed eo, quod paternæ diuinitatis sit proprium Deumque maxime deceat, nec ab hominibus, sed ab ipso patre vnctũ. Dicit enim ex eius persona cap. 61. Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euãgelizare pauperibus misit me &c. Docet ergo Eusebius oleo vngi, esse participẽ fieri virtutis Dei, omnia valentis, & omnia bona præstãtis, addamus etiã omnia penetrãtis, quæ virtus olei est, vt ps. 108. Et intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleũ in ossibus eius, & ideo sacerdotes, & prophetæ, & reges, per quos populus sanctificandus erat vnctos fuisse in lege, quia maxime omniũ hac virtute indigebãt. Christos q; appellatos, nõ à visibili oleo, sed ab illo inuisibili, quãdoquidẽ & ante vnctionẽ visibilis olei, Christi dicti sunt. Christum autem, non oleo sensibili, sed hac Dei virtute fuisse vnctũ, atq; ab ea Christũ appellatum. Et quoniã huiusmodi dona tribuũtur spiritui Sancto, scriptũ est de Christo Act. 10. Quo modo vnxit eũ Deus Spiritu Sãcto, & virtute. Et cũ hæc virtus mirũ in modũ animã lętificet, merito
82 dicta est, oleũ exultationis, siue lætitiæ. Et quia Christo nõ ad mensurã datus est spiritus, vt reliquis hominibus, recte dicit: Præ participibus tuis. Hieron. ad Principiã: Participes aũt Apostolos, credẽtes q; significat, quibus vnctionis suæ vocabulũ tribuit, vt ab vncto vocẽtur vncti, idest
Vnctio. a Christo Christiani &c. Hinc factũ est vt gratia & charitas, & dona Spiritus Sãcti, quibus anima particeps diuinæ naturæ atq; virtutis efficitur, vocẽtur vnctio, quia illis efficimur mẽbra viua Christi & similes ei, ita vt etiã Christi & reges quodã modo dicamur. 1. Ioh. 2. sed vos vnctionẽ habetis ab Spiritu Sãcto, & nostis omnia. Et postea: Et vos vnctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis.

Illud secundò est explicandum, cur dictũ sit: propterea vnxit te Deus &c. S. Thomas affirmat cùm dicitur: propterea, nõ meritũ indicari sed finem, vt sit sensus: Ad hoc te vnxit De⁹ oleo lætitiæ, vt haberes hæc omnia quæ dicta sunt, scilicet thronũ perpetuũ, virgã æquitatis, dilectionẽ
83 iustitiæ, odiũ iniquitatis. Quod satis probabiliter dictum est, sæpe enim causa, quæ redditur non ad sequentia, sed ad

ad præcedenti referenda est vt Luc. 4. Alijs ciuitatibus oportet me euãgelizare regnũ Dei, quia ideo missus sum. Verum hoc etiã dicẽdũ est. Propterea, sæpe poni more *Propterea.* Hebræorũ, ita vt causa nulla reddatur, sed ita vt redũdet, & tantũ præcedentia continuet cum sequẽtibus, sicut, de Quia, & de Quoniã adnotauimus in Hos. c. 2. n. 41. & c. 10. n. 17. Iere. 30. propter multitudinẽ iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi. Propterea omnes qui comedũt te, deuorabũtur, & vniuersi hostes tui in captiuitatẽ ducẽtur: Ac si diceret: verum ne desperes, nõ enim sinã te ab hostibus affligi, &c. Hos. 2. & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur, dicit Dñs: Propter hoc, Ecce ego lactabo eã, & ducã eã in solitudinẽ, & loquar ad cor eius. Ioh. 7. vnũ op⁹ feci, & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circũcisionem (nõ quia ex Moyse est, sed ex patribus) & in Sabbato circumciditis hominem. Quod in eundem locũ adnotauit Euthymius: Ita & hic dictum est: Propterea vnxit te &cæt.

Tertium erat, cur tot verba ex Psalmo retulerit Paulus 84
cũ satis essent illa: Thronus tuus Deus in sæculũ sæculi? Fecit id Apostolus, vt manifestũ fieret, ea verba dici Messiæ, qui regnaturus erat in domo Iacob in æternũ, quod de Iesu Dño nostro Gabriel Angelus promisit Mariæ: Et vt hũc, qui Deus vocabatur, hominẽ futurum fuisse cõprobaret. Nõ enim Deus vngitur, sed homo, nec participes De⁹ habet eiusdem naturæ, sed homo. Præterea ostẽdere voluit regnũ huic Messiæ à Deo deferri, eũq; iustitiæ fauere & iniquitatẽ odisse, vt ij, ad quos scribit, libẽter in fide susceptа permaneãt, sciãtq; eũ esse per quẽ salus Dei in homines vẽturа esset, ac necesse esse vt omnes pereãt, qui ei nõ pareãt. Deinde vt semper in officio maneãt sciẽtes hũc regẽ delectari eorũ iustitia, eãq; nõ sine debita mercede fore relinquẽdã. Cõtra, iniquitatẽ summo odio prosequi, atq; ideo eorũ persecutores nõ euasuros esse Dei vindictã. Postremo addẽs: vnxit te De⁹, Dę⁹ tu⁹ oleo exultationis præ participibus tuis. Christum Moysi, & omnibus prophetis præfert, vt minime eos pœniteat Moysem reliquisse & transisse ad Christum.

Et tu

Universidad de Deusto
Biblioteca

85 *Et tu in principio Dñe terrā fundasti*] τὴν γὴν ἐθεμελίωσας, ideſt, terræ fundamenta ieciſti, quod eſt, à primis fundamentis terram feciſti, tu omnino eam creaſti. Dixit autē Et, vt nouū teſtimonium addat, quod inde incipit. Tu in principio &c. Quare inane eſt, quod ait Catherinus, Et poni pro Quia.

Ipſi peribunt] Quoniam nō ſecūdum ſubſtantiam perituri ſunt, ſed renouandi, & ab hac veteri forma in aliam multo præſtantiorem, & pulchriorem commutādi apertioribus verbis id exponit: Et omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & velut amictum inuolues eos, vt habetur in quibuſdam codicibus ἑλίξεις, ideſt, mutabis eos, ſicut amict⁹ inuerti ſolet & inuolui, vt exterior facies derrita, interius voluatur, & quæ interior erat, fiat exterior. De his 2. Pet. vltimo. Nouos vero cælos, & nouam terram ſecundum promiſſa ipſius expectamus. Et Apo. 21. Et vidi cælum nouum, & terram nouam, primum enim cælū, & prima terra abijt. Hæc verba omnia quæ refert Paulus deſumpta ſunt ex Pſalmo. 101. Atq; omnia conſentiunt cum Hebræo, & cum tranſlatione. lxx. Nam quod nos in vulgata tranſlatione legimus: Tu autem permanes, & apud Paulū Tu autem permanebis, ambiguitas fecit verbi Græci διαμένεις, quod ſi ita proferatur ſonat permanes: ſi vero accentū habeat in vltima, ſignificat permanebis, quod ma-
86 gis cōuenit cum Hebræo תַּעֲמֹד id eſt ſtabis. At hoc nihil officit ſenſui. Deinde vbi legimus: Et ſicut operiorium mutabis eos, in Græco eſt, in quibuſdam codicibus ἀλλάξεις, id eſt, mutabis, in alijs ἑλίξεις, ideſt vertes, quo modo inuenio in codice Aldino & Complutenſi, & Pontificio, & in multis Codicibus apud Paulū, atque ita legūt Chryſoſtomus, Theophilactus, Oecumenius, ſed idem ſenſus eſt, vt iam expoſuimus. Quamuis in Hebræo idem verbū repetitur cū dicitur: Et mutabūtur, וְיֶחֱלָפוּ תַּחֲלִיפֵם Hoc eſt, mutabis eos, & mutabuntur quare probabile eſt etiā lxx. idem feciſſe cumque legamus, καὶ ἀλλαγησονται, Et mutabuntur: recte conuenit prius dixiſſe ἀλλάξεις, eodem

dem modo legiſſe noſtrum interpretem conſtat ex eius tranſlatione, & velut amictum mutabis eos. Eſt autem difficilis quæſtio, quam ab ijs huius loci enarratoribus, quos vidi (Præterquam à Claudio Guilliaudio) prętermiſſam eſſe vehementer miror, quo modo hæc ad Chriſtum Paulus retulerit, cum in promptu eſſet, illi reſpondere de Deo dicta eſſe, quem cœli & terræ conditorem eſſe nemo negat, ad Chriſtum vero, aut ad id quod nunc agitur nihil pertinere. Claudius reſpondet hunc Pſalmum etiā 87
de regno Dei cani, cuius gubernatorem ſcriptura Chriſtum facit, & ideo ex eo verſiculos hos eſſe deſumptos. Nos dicamus Deum, quem Propheta in hoc pſa. alloquitur, eſſe Meſsiam, vt ex verbis ipſius, & ex ſanctorū patrū explicatione facile intelligitur. Titulus ei⁹ eſt: oratio pauperis cum anxius fuerit, & coram domino effuderit precem ſuam. lxx. τῷ πτωχῷ, ideſt, pauperi illi in quo mihi Adam ſiue genus humanum intelligi videtur, quod videns ſe miſerijs omnibus plenum, aduentum petit Chriſti liberatoris ſui, cui ait: Tu exurgens Domine miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus. Auguſtinus: Quod tempus? cum autem venit plenitudo tem- *Gal. 4.*
poris miſit Deus filium ſuum factum ſub lege. Et vbi Siō? vt eos, qui ſub lege erant, redimeret. Hieronymus breuiter ſequentia verba exponit in hunc modum: Et timebunt gentes nomen tuum, quæ prius idola meruebant, & dæmoniorum nomina inuocabant, nūc nomen tuum venerentur, & timeant. Quia ædificauit Dominꝰ, Siō, Eccle- 88
ſiam, ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarū: Et videbitur in gloria ſua, cum omne corpus eius glorificauerit ad ſimilitudinē imaginis gloriæ ſuæ Et reſpexit in orationē humiliū, & nōſpreuit preces eorū, ſed aduēt uſuo viſitauit mūdū, qui olim deſiderabatur. Scribantur hæc in generatione altera, in nouo teſtamento. Et populus qui creabitur laudabit Dominū, Chriſtianus vtiq;, qui prius peccatis mortuis, in eo eſt recreatus. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo &c. Reſpexit vt miſereretur. Deſcendit vt vincula, quibus nexi eramus abſolueret. Vt annuntient in Sion nomen Domini. In Sion, vel Ieruſalem nū-

tiatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

riatur, quia natus est in terris, is qui mundo peccatis mortuo vitam afferret. In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant Domino. Conuenient in vna credulitate, vt seruiant redemptori &cæt. Cum ergo hæc sit vera huius Psalmi intelligentia, eleganter Apostolus verba 89
ex eo accepit, quæ ad rem erant accommodatissima, his enim probat eum, qui exurrecturus erat vt misereretur Sion, illum ipsum esse, qui cælum & terram creauit, in quibus, & omnia, quæ continent, complexus est. Probat etiam ipsum esse, qui cælos renouabit, & omnem creaturam liberabit à seruitute corruptionis, vt qui pro eo labores, & inopiam, & mala multa tolerabant, permaneant in fide eius, & in caritate, scientes se ab eo aliquando esse liberandos, & in gloriam filiorum Dei asserendos, recte que addidit: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient, vt sciãt nõ tẽporariã, vt qui mortalibus regibus seruiunt, sed perpetuã felicitatem se ab eo accepturos esse.

Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede a dextris meis &cæt.] Dixit supra eum sedere ad dexteram maiestatis in excelsis: quod quid esset, diximus n. 20. & sequentibus. Nunc id ipsum confirmat autoritate Dauidis, qui ps. 90
109. patrem inducit loquentem filio: Sede à dextris meis sed addidit verba sequẽtia, quæ vt in cæteris testimonijs explicauimus, aptissima erant, non solum ad Christi maiestatem declarandam, sed etiam ad eorum animos confirmãdos, ad quos scribebat. Quo ad vsque ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Tantus ergo Christus est, vt quãuis multos inimicos habeat, omnes tamẽ sint ei subijciẽdi vt eos cõculcet, & pro arbitrio suo puniat. Quasi dicat Ne igitur doleatis plurimum infideles Iudæos aduersum vos posse: videbitis eos aliquãdo sub pedibus regis vestri conculcari, & vos victis, & conculcatis illudetis. Scriptũ vero esse hunc psalmum de Messia tã constans erat apud Iudæos, vt cũ Dñs quæreret Matt. 22. Quid vobis videtur de Christo cuius filius est? Et illi respondissent: Dauid: ac rursum rogaret: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominũ dicens: dixit Dominus Domino meo: sede &c. si ergo Dauid vocat eũ Dominũ, quomodo eius filius est?

est? nemo potuerit ei respondere verbum. Si enim illi de alio id dictum putarent, facile respondere poterant. Sed Iesus autem Christus dicitur sedere, quia rex est, & Dominus Angelorum, atque eos mittit quo vult. Propterea sequitur: *Non ne omnes sunt &cæt.* Cæterum Donec, & quo ad viq;, & vsque quò tẽpus quod signatur includũt, id aũt quod post illud futurum est, non excludũt, vt Matt. 1. nõ cognouit eam, donec peperit filium suũ primogenitum, idest, tẽpore illo nõ cognouit. Nec inde sequitur eã postea cognouisse. Ita nunc, sedet donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius, nec tamen inde sit eum postea non sessurum. 91

Non ne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi] εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, quod non præteriti temporis participium est, vt apud nos missi, sed præsentis: ideo Erasmus vertit: Qui in ministerium emittuntur. Sed noster interpres cum participiũ reddere vellet, nec haberet, vsus est participio præteriti pro participio præsentis quem ad modum supra adnotauimus. n. 16. &. 17. eũ vti participijs actiuis præsentis, pro participijs præteriti, qui bus actiua verba carent. Mittuntur ergo Angeli propter eos qui hæreditatẽ capient salutis, idest, qui æternã salutẽ hæreditabũt: omnia enim propter electos facta sunt, licet multa quoq; prosunt & nõ electis, quomodo Paulus dixit 2. Tim. 2. Ideo omnia sustineo propter electos. Et capiẽt, legendum est, nõ capiunt, vt est in Græco manifestissimũ διὰ τοὺς μελλόντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, quod Augus. li. 3. de Trin. c. 11. ad verbũ versum refert, propter eos, qui futuri sunt hæreditatem possidere salutis. Hiero. in illud Isai. 6. Seraphim stabant super illud, legit: propter eos, qui hæreditatem accepturi sunt salutis. Quod nã autem sit hoc Angelorum ministerium docet Dionysius in lib. de cæleſti Hierarc. c. 4. his verbis: Idcirco & præ omnibus Angelicum cognomen meruerunt, quod quum in eas primo claritatis diuinæ fulgor emanet, ipsæ post modum in nos enuntiationes illas sublimiores superne traijciant. Sic denique & lex (vt scriptura diuina testatur) per Angelos nobis indulta est, inclytosque illos patres nostros qui 92

ante

Universidad de Deusto
Biblioteca

ante legem, quique fuere, post legem, Angeli ad Deum subuexere, siue quid agendum esset admonentes, atque ab errore sacrilego, vitaque profana ad rectum veritatis iter traducentes, siue sacra quæuis instituta, seu cælestium sacramentorum occultas visiones, siue Dminas aliquas prædictiones docendo pandentes &cæt. de quibus latius Augustinus in tertio de Trinitate cap. vltimo.

93 *An omnes Angeli mittantur.*

Oritur tamen ex his verbis Pauli difficilis quæstio. An omnes Angelorũ ordines mittãtur ad nos. De quo Theologi non paria sentiunt. Quidam ex officio inferiores tãtum ordines mitti putant, sed interdum tamen diuina dispensatione mitti etiam supremos. Receptissima vero sententia est. S. Thomæ hic &. 1. p. q. 112. A. 2. & 4. nũquã mitti supremos, Seraphim, Cherubim, Thronos, Dominationes, sed quinque ordines inferiores, principatus, potestates, virtutes, Archãgelos, Angelos. Hui⁹ sentẽtiæ autores, & patroni citantur Dionysius in li. de cœl. Hier. c. 7. & 13. Et Grego. hom. 34. in Euan. verum ea multis sine dubio difficultatibus premitur. Nam scriptura ex qua vna cognitionem Angelorum accipimus manifestissimis verbis docere videtur mitti ad nos ex omnibus ordinibus. Gen. 3. Et collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, (non vnum videlicet sed multos) Et flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ Isai. 6. Et volauit ad me vnus de Seraphim &c. Deinde hic locus Pauli multum vrget: omnes sunt administratorij spiritus &cæt. Ad locum Isaiæ ita respondet Dionysius. c.

94 13. sunt, qui dicant non vnum ex altissimis illis, primisque spiritibus ad purgationem Theologi aduenisse, sed aliquem ex his, qui nobis præfecti sunt, Angelis purgandi prophetæ officio functum Seraphim appellatum esse cognomine ob incendendi ministerium, quo & peccata delata sunt, & is, qui purgatus fuerat, ad diuinæ obedientiæ reparatus ardorem. Vnam ergo aiunt esse ex ijs virtutibus quæ purgandis hominibus præsunt. Deinde alteram solutionem addit, quam alienam quidem, sed sibi non improbabilem esse dicit: Angelũ ex ijs, qui hominibus purgandis præfecti sunt, id quod ipse fecit retulisse primum ad

ad Deum, inde ad supremum illum ordinem Seraphim: acsi diceret: Purgationis, quæ in te ministerio meo perficitur, principium præcipuum Deus est, & post Deum supremus ille ordo Seraphim, à quo ipse purgare didici, ille te meo ministerio purgat, per quem Deus, autor totius purgationis prouidentiæ suæ opera ex abdito illo secretissimo ad nos quoque deduxit. At sibi non satis 95
fecisse in hac re Dionysium, ipse satis declarat cùm Timotheum monet vt vel alteram ex his solutionibus eligat, quæ verior videatur vel commodiorem aliam ipse excogitet, aut ab alio discat, eiusque ipsi Dionysio copiam faciat. Hæc sententia valde probabilis est, ac multi eam vnius autoritate Dionysij sequuntur. Sed non minus probabilis, sed magis fortasse illa est, quæ supremorum etiam ordinum Angelos interdum mitti ad nos docet, cùm diuinæ prouidentiæ ordo & res ipsæ id exigunt. Primum Dionysius vnde firmiter comprobet, quod dicit non habet, & illi obstant verba scripturæ, quæ semper proprie accipienda sunt, cùm proprie exponi possũt, ideſt, cum nihil habeant, quod sanæ doctrinæ fidei morũ ve aduersetur. Hic autẽ nihil sanæ intelligẽtiæ obstat, si dicamus vnum ex veris Seraphim missum esse ad Isaiã. Et cum cætera nomina propriè accipiamus Angelorum, Archangelorum, virtutum, potestatum, principatuum Dominationum cùm in scriptura occurrunt, ideſt, ipsos, qui nominantur non inferiores Angelos eorum nomen habentes esse intelligamus; cur non idem dicamus de Seraphim? Et si quidem id semel fieret, tolerabile videretur. At cum legamus in Isaia volasse ad prophetam vnũ 96
ex Seraphim & Gen. 3. positos esse Cherubim ante paradysum, & Ezechielis. 10. sæpe Cherubim appellentur, ij, qui in quatuor animalibus venerunt ad Prophetam, durũ videtur toties ea nomina improprie accipi, cum proprie omnes acciperemus, nisi Dionysius aliter accepisset. Verum grauissimi, & doctissimi Patres, Græci & Latini, qui Dionysium legerant, eius interpretationem sequi noluerunt, Basilius, & Chrysostomus & Cyrillus & Hieronymus & Procopius in cap. 6. Isaiæ & Ambrosius libr. 1. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritu ſancto.c.9. nequaquã mirati ſunt vnũ ex Seraphim mitti ad Iſaiam, aut Angelum minorẽ eum eſſe dixerunt, ſed proprie vocabulum acceperunt. Et Cyrillus quidem Seraphim dicit eſſe ſupremas poteſtates. Et cùm legit vnum ex eis miſſum ad Prophetam, Paulum teſtem citat dicentem: omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus &c. Deinde ait: atqui idem quaſi iugum eſt ommbus ſanctis ſpiritibus, & herili nutui ſeruiunt, non indignam cenſentes
97 ſeruitutem, ſed honori laudique ducentes. Chryſoſtomus autem in eundem locum, non obſcurè docet, eos, quos vidit Iſaias veros Seraphim eſſe, dicit enim eſſe virtutes incorporeas ſupernæ illius, ac numeroſiſsimæ multitudinis, quæ enim præſtantiores ſpiritus ſunt, eo ſunt numero plures. Et poſtea: eorum proinde dignitatem per hoc declarat quod proxime aſsiſtunt throno. Quemadmodum enim apud reges terræ, qui dignitate præpollent proxime aſsiſtunt regali throno: ad eundem ſanè modum ſeraphicæ virtutes propter præeminentiam virtutis ſublime illud ſolium vndequaque eingunt aſsiduè perfruentes meſſabili illa beatitudine, inque beata illa ſorte delegatæ ſibi functionis acquieſcentes. &cæt. Idẽ hom. 3. contra Anomæos manifeſtiſsime docet hos Seraphim Iſaiæ eſſe cœleſtes virtutes, quæ proxime ſunt Cherubim. Ex his autem, quos vidit Iſaias, vnus ſine dubio miſſus eſt ad Iſaiã, vt ait Baſilius. Hieronymus idem ſenſit: ita enim ait Seraphim incendentes ſiue comburentes iuxta illud quod alibi legimus? Qui facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignem vrentem. Vnde & Beatus Paulus Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræos, quam latina conſuetudo non recipit: Non ne omnes, inquit, ſunt miniſtri ſpiritus, in miniſterium miſsi propter eos qui hæreditatem acceptori ſunt ſalutis? Idem in Epiſto. quam de hac viſione Iſaiæ ſcripſit ad Damaſum ait: Quidam
98 Græcorum in ſcripturis apprime eruditus Seraphim virtutes quaſdã in cælis eſſe expoſuit, quæ ante tribunal Domini aſsiſtentes laudent eum, & in diuerſa miniſteria mittantur, maximeque ad eos, qui purgatione indigent, & ob priſtina peccata aliqua ex parte ſupplicijs purgari meren-

merentur &cæt. Et Iohannes Damaſcenus lib. 2. de fide cap. 3. cum Dionyſium nominet multaque ex eo de Angelis dicat, non mitti ad nos ſupremos dicere noluit, ſed potius de omnibus cæleſtibus ſpiritibus vniuerſe loquens ait, Fortes ſunt Angeli & prompti ad diuinam implendã voluntatem, & vbique confeſtim inueniuntur naturæ agilitate vbicumque diuinus inſſerit nutus. Et cuſtodiunt partes terræ & gentium & locorum præſides ſunt, vt à ſuo conditore ſunt ordinati. Et ea quæ apud nos ſunt diſpenſant, & auxiliantur nobis. Et paulò poſt: nouem Angelorũ ordines proprijs nominib⁹ enumerãs, Seraphim vocat ἑξαπτέρυγα, ideſt, ſex alas habentes, Cherubim vero πολυόμματα, ideſt, multos oculos habentes, quod propter Seraphim, qui ſunt apud Iſaiam, & propter Cherubim, qui ſunt apud Ezechielem omnino dictum
99 eſt, cum nuſquam niſi his in locis id inueniatur. Veros ergo Seraphim & Cherubim cenſet eſſe eos, de quibus hi duo prophetæ locuti ſunt. Imo & idem Dionyſius cap. 6. eiuſdem libri ait: oculis plurimis aliſque præditos ordines Cherubim ſcilicet & Seraphim &cæt. Ex quo etiam in eum validum argumentum deſumi videtur, eũ enim nuſquam Seraphim legantur in ſcriptura, niſi Iſaiæ 6. vnde confirmare poterit Dionyſius eſſe ordinem illum proprie dictorum Seraphim niſi ex eodem loco? Ac non probabitur ſi veri Seraphim illi non ſint. Dicet enim quiſpiam non eſſe Seraphim, ſed illos in eum dictos eſſe ali officio incendendi. Quod vero Gregorius Dionyſij ſententiæ ſubſcribere putatur, verum non eſt, ipſe enim poſtquam illius ſententiam retulit ad extremum infert, ſed, quia in quibuſdam ſcripturæ locis quædam per Cherubim, quædam vero per Seraphim agi didicimus: vtrum perſe hæc faciant an per ſubiecta agmina agãtur, quæ, ſicut dicitur, in eo quod à maioribus veniunt à maioribus vocabula ſortiuntur: nos affirmare noluimus, quod apertis teſtimonijs non approbamus. Ex quibus hoc potius conſtat eum noluiſſe Dionyſij dictis acquieſcere, ne forte ſcripturæ Diuinæ cuius verbis valde mouebatur aduerſari aliquomo dovide-

Universidad de Deusto
Biblioteca

retur. Quid autem eum dicturum fuisse putabimus, si ad scripturæ verba tot patrum autoritatem adiungi videret? Quantum multis crederet, qui vni tantum tribuit? Atque vt de Seraphim apud Isaiam dictum est, ita de Cherubim in libro Geneseos veteres ita vt sonant verba accipiunt, nec quidquam de minoribus Angelis dixerunt, qui eo in loco Cherubim dicerentur vt Augustinus lib. 11. de Genesi ad literam cap. 40. Chrysostomus hom. 18. in Genes. & Rupertus, & Glossa vtraque, & Lyranus,
100 Idem iudicio est de Cherubim Ezechielis. Hieronymus in illud ca. 10. Cherubim autem stabant à dextris domus, ait: Cherubim stabant à dextris domus, vt sanctæ supernæque virtutes dexteram domus Dei partem tenere viderentur. Chrysostomus vero in hom. 3. contra Anomæos plane eas virtutes quæ sunt vicinæ Seraphim interpretatur. Si quis autem tueri velit sententiam Dionysij illis verbis ex capit. 7. Danielis: millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei, quæ etiam testante Gregorio homil. 34. ei fauere videntur, frustra fortasse laborabit. Nam quamuis probabiliter dicatur alios Angelos assistere, alios ministrare, nec mitti eos qui assistunt: facile nos etiam dicere possumus eos
Assistere, siue Astare assistere, siue astare coram Deo, qui iussionem eius expectant intenti, vt eant quo missi fuerint. Vt Tobiæ. 12. ego sum Raphael Angelus vnus ex septem, qui astamus ante Dominum. Et Luc. 1. ego sum Gabriel, qui asto ante Deum; & missus sum loqui ad te, & hæc tibi Euangelizare. Apoc. 1. Et à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt. Zach. 3. Et dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic assistunt, idest, dabo tibi ex hoc Angelorum numero, qui ante me adstant, aliquos, quorum circum-
101 ualleris auxilio, & ab omni hostium fraude securus sis: vt exposuit Hieronymus. Idem in verba ipsa Danielis ait: Ista sunt millia & istæ myriades, de quibus in psalmis legimus: currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium; Dominus in eis. Et in alio loco: Qui facit Angelos suos spiritus: & ministros
Psal. 67. suos ignem vrentem. Duplex autem Angelorum officiū est,

est, aliorum, qui iustis præmia tribuunt, aliorum, qui singulis præsunt cruciatibus & cæt. Ex quibus satis intelligitur, quid Hieronymus sentiat de Angelis, qui vel assistere, vel ministrare dicuntur apud Danielem, nempe omnes ad nos mitti. Recte ergo dicere possumus multa Angelorum millia tunc cum hæc vidit Daniel in ministerio quod erga nos exercent occupata fuisse, sed multo plura coram Deo astitisse eius nutum intuentia, vt cito facerent quid quid Deus iuberet. Aut si eorum sententiam sequi volumus, qui Angelos ex hoc loco diuidunt in assistentes & ministrantes, id est, Gregorij lib. 17. Mor. capit. 7. & hom. 34. in Euang. & S. Thomæ. 1. p. q. 112. Art. 3. & 4. Eos assistere dicemus non qui nunquam exeunt ad nos, sed qui raro exeunt vt ipse Gregorius videtur intel-
102 lexisse. 17. Mor. capitul. 7. sed ad verba Pauli veniamus, qui nihil excludere videtur, cum dicat: Non ne omnes sunt administratorij Spiritus & cæt. S. Thomas hic &. 1. pa. q. 112. ar. 2. ad. 1. ita illa exponit, mitti quidem omnes Angelos non tamen exteriori missione, idest, ad exteriora ministeria omnes, sed eos, qui infimorum ordinum sunt, interiori tamen missione, quæ est, secundum intellectuales effectus, prout scilicet vnus Angelus illuminat alium, omnes mitti. Alteram etiam explicationem addit: Apostolum hæc dicere vt probet Christum præstantiorem esse Angelis, per quos data est lex, & inde efficiat nouam legem meliorem esse veteri: ita non de omnibus Angelis loqui, sed de illis per quos data est lex. Prior explicatio ex doctrina S. Dionysij desumpta est, qui cap. 5. cœlest. Hier. docet omnes cœlestes virtutes communi nomine Angelos in scriptura appellari, quoniam reuelationes, quas à Deo accipiunt, supremi
103 inferioribus enuntiant. Atque hoc quidem quod ait Dionysius, verum est, sed ad verba Pauli duriuscule profecto accommodatur: quoniam mitti in ministerium hi proprie dicuntur, qui ad nos exeunt, quando quidem Angelos diuidunt in ministrantes, & assistentes. Quid est autem ministrare, nisi in ministerium mitti? Posterior propius ad Pauli mentem accedere

Universidad de Deusto
Biblioteca

dere videtur. Verum cum Paulus obiter de Christi dignitate loquens, cum omnibus cælestibus virtutibus superiorem dicere soleat, vt Coloss. 1. Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, omnia ex ipso constant: cur nunc putemus ab eo tantum cum Angelis infimis conferri, cum in toto capite nihil aliud agat quam Christi maiestatem nobis ob oculos ponere? Quis
104 credat eum cum dixit: Cui enim dixit aliquando Angelorum: filius meus es tu, ego hodie genui te? Aut: Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: sede à dextris meis &cæter. de infimis tantum Angelis verba fecisse, cùm dixerit Ephesi. 1. suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestibus, supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & Dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Et cum omnia, quæ dicit, æque conueniant summis spiritibus, & infimis, quia nulli ex eis dictum est, sede à dextris meis, aut: filius meus es tu &cæter. Et firmius ac validius sit argumentum eius, si de vniuersis nouem ordinibus loquatur, cur negabimus eum de vniuersis loqui? Argumentum autem sine dubio firmius erit, quoniam si summis, etiam Spiritibus Christus superior comprobatur, quanto magis & illis, per quos lex data est, erit superior? Deinde cum fieri potuerint, vt ij, ad quos Paulus scribit, sicut & multi alij senserint supremos etiam ordines mitti, idque probabiliter sibi persuadere potuerint ex verbis Mosis, & Haiæ, & Ezechielis (neque enim habebant cur Dionysij sententiam sequerentur) ac dubitare non immerito; an ij, per quos data est lex, ex illis supremis fuerint: necesse profecto
105 fuit, vt de vniuersis Angelis Paulus loqueretur, quo omnis illis dubitandi ratio adimeretur. Præterea illud, quod affert ex Psalmo. 96, cùm ait: Et cum iterum introducit

ducit primogenitum in orbem terræ dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei: de vniuersis spiritibus cœlestibus dictum esse certum est, ab omnibus enim in iudicio adorabitur: similiter & illud: Qui facit Angelos suos spiritus, ostendimus superius de omnibus etiam scriptum esse. Omnia ergo eodem modo intelligenda sunt. Denique aut Angelus in hoc capite commune nomen est, aut proprium. Si commune, vniuersis cœlestibus virtutibus conuenit: si proprium tantum datur infimo ordini, illi enim propria vocantur Angeli; aut certe ordini Archangelorum tantum: at fieri potest vt principatus, aut etiam virtutes miracula illa ediderint & portenta, quæ visa sunt cùm vidente populo Moses legem accepit Exod. 19. aut si ab illis edita non sunt, putare certe potuerunt ij, ad quos Epistola scripta est. Quare æquum erat, vt omnem illis ambiguitatem ex animo exiberet Apostolus in re tanta, doceretque Christum & hic, & illis, & omnibus spiritibus esse maiorem.

Argumenta, quæ maxime Dionysij sententiæ fauere videntur, duo sunt. Primo est: ordo diuinæ prouidentiæ est, vt inferiora per superiora administrentur, ordo ergo diuinæ prouidentiæ est, vt superiores Angeli alumni sint inferiores, & hi illis nos homines, sobolem nutriatur ad nos. Rursum ordo gratiæ non habet aliquem superiorem ordinem, propterque prætermitti debeat, sicut ordinaturæ interdum præter mittitur propter ordinem gratiæ: ordo autem Angelicus est ordo gratiæ, non igitur potest vlla ratione prætermitti. Quod si solum potest si ordo est fixus, & ratus vt nunquam homines illo mutari possent, nisi ab infimis Angelis, nec illi ab his mutarentur nisi à proximis spiritibus, non præterminoratur hic ordo, dum non is ordo est, sed vt, cum omnes simul administrationi spiritus, omnes in ministerium mittantur quum altissimæ illius prouidentiæ ratio id exegerit propter causas, quas nos nec cogitare quidem possumus: Quare si eam tam abstrusam rationem nostra mente velimus, sæpe, multumque errabimus. Etenim Michaelem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angelorum & Archangelorum principem esse negare non possumus, cum scriptum sit Apocalyp. 12. Michael, & Angeli eius præliabantur cum draconе, & Ecclesia dicat: Sed præcipuè primatem cœlestis exercitus Michaelem &cæter. Et tamen ad rem, qua maior nulla excogitari potuit, ideſt, ad Dominicam incarnationem, non ipse, sed Gabriel missus est. *Luc. 1.* Idem ad Zachariam patrem Iohannis mittitur cum minor mitti potuisse videatur. Raphael vnus ex septem spiritibus, qui astant ante Deum, mittitur vt comitetur Tobiam, cum satis futurum fuisse videatur, si *Tob. 12.* eius custos mitteretur. Gabriel mittitur ad quædam nuntianda Danieli, quæ à quouis nuntiari posse videbantur. Præterea quamuis ordo gratiæ non prætermittatur propter ordinem naturæ, qui inferior est, prætermitti tamen potest, propter sublimius bonum in eodem ordine gratiæ. Ita gratia data est Iohanni *Da. 8. & 9.*
108 Baptistæ in vtero matris præter communem ordinem sine circuncisione: & gratia in Mariæ conceptione præuenit omnem culpam originis. Et Christus vt homo, simul fuit viator, & comprehensor. Posterius argumentum est. Proprietates Angelorum ex eorum nominibus cognoscuntur, teste Dionysio in lib. de cœlest. Hier. cap. 7. soli ergo ad exterius ministerium mittuntur Angeli illorum ordinum, ex quorum nominibus aliqua executio intelligitur, ideſt, Angeli, & Archangeli, qui nomen habet à denuntiando Virtutes & Potestates quæ ad aliquem actum respiciunt, & Principatus, qui (iuxta Gregor. homil. 34.) inter alios operantes priores sunt. Sed nihil nos hæc ratio cogit, dicemus enim id etiam in cæteris ordinibus animaduerti, & Seraphim dici, quod incendant, Cherubim, quòd doceant, Thronos, quod sedentem in se Deum ad nos cùm iubentur ferant. De illis enim ait Dionysius cap. 7. cœlest. Hierar. Deumque ferentes obsequij deuotione ad ipsius percipiendos fulgores semper patet. Si autem
109 principatus dicuntur, quia inter alios operantes priores sunt, ideſt, inter Angelos & Archangelos; cur non etiam

etiam dicamus Dominationes dici, quia Potestatibus, & Virtutibus ad ministeria præsunt, & inter illas priores sunt. Quod vero quidam existimant Dionysium hæc à Paulo Apostolo accepisse, nec ipse vnquam dixit, non taciturus tantum autorem in re tam subtili, & obscura, nec ipsi probant. Imo, ita sæpe loquitur, vt non certa, sed probabilia dicere se facile indicet. Vt in eodem cap. 7. cum nomina omnium ordinum interpretatus esset. Ista, inquit, nominum ipsorum, quantum ipsi intelligimus ratio est: dicendum verò quam esse ipsorum Hierarchiã arbitremur, & cæt. Et cap. 13. à quibusdam se accepisse dicit, quæ in eo scribit, nec eos nominat, sed potius meliorẽ nodi cuiusdam solutionem quæri admonet, & sibi tradi: semperque ita vt dictum est, in libro illo loquitur.

CAP. II.

PROPTEREA *Abundantius oportet obseruare nos ea, quæ audiuimus.*] Quoniam ex præstantia Christi, nouæ legis etiam præstantia indicata est, monet eos, vt diligenter attendant, 1
quæ à Christo dicta, & præcepta sunt, ne in Dei iram, & supplicia incurrant. Quod opportunè ac prudenter addidit, ne vexatione suorum á Christo desciscerent. Pro obseruare est, προσέχειν, id est, attendere, siue mentem adhibere. Erasmus: Propterea oportet nos vehementius attendere ijs, quæ dicta sunt nobis.

Ne forte pereffluamus.] Ne forte nobis memoria excidat. Metaphora sumpta est à vasis, quæ non continent, quod infunditur, sed citò totum effluit. Cui simile est illud Comici: Plenus rimarum sum, hac, illac perfluo. Græci aliter intelligunt. Theodoretus enim ait: Ne forte lapsum aliquem sustineamus. Chrysostomus magis explicat his verbis: Hoc est, ne forsitan pereamus, ne forsitã excidamus. Et demonstrat in hoc loco, quantum malum in se ruina ista possideat: siquidẽ difficile est, quod effluxerit, iterum resaluari, quoniam ex negligentiæ contigit vitio, & cæt. Similiter Theophylactus. Oecumenius: Hoc est, ne exci-

damus ab honesto & à via, quæ ducit ad salutem, &c. vtrunq; rectè dicitur, nam & vas perfluit, & aqua ipsa è vase dilapsa, & ab vtroque rectè ducitur metaphora.

Si enim qui per Angelos dictus est sermo.] Hoc est, si enim lex, quæ per Angelos data est Moysi, firma facta est, id est, confirmata est à Deo, quoquo modo sit, intelligendum dicemus numero. 3. & omnis inobedientia mandatorum Dei, & omnis præuaricatio supplicium à Deo accepit, quod meruerat, quanto leuerius ab eo punientur trãsgressores nouæ legis, quæ nõ per Angelos, sed ab ipso Dei filio data nobis est? Hoc Apostolus merito dicit, ne illi ad quos scribit, vexationibus, & persecutionibus cederent, & leuem putarent susceptæ legis transgressionem. Præuaricatio autem est legis, qũæuis transgressio, vt adoratio vituli Exod. 32. fornicatio cum filiabus Moab. Num. 25. Inobedientia est in cæteris quæ lege non continebantur, quamuis præcepta Dei essent. Vt cũm populus voluit reuerti in Ægyptum Num. 14. cum contra Dei voluntatem ascenderunt in montem, vt irent in terram promissionis in eodem capite. Cæterum legem non ab ipso Deo per se, sed per Angelos datam esse Moysi, dubitare non licet, cum id nunc Apostolus planè doceat consentientibus expositoribus: Et apertius id dictum sit Galat. 3. Quid igitur lex propter transgressionem posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per Angelos in manu mediatoris. Et Acto. 7. Qui accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custodistis. Ex quo etiam intelligitur cũm Deus olim patribus apparuisse dicitur, ante aduentum Christi, non per se, sed per Angelos apparuisse. Cui enim potius appareret, quam Moysi, de quo ait. Num. 12. ore ad os loquor ei, palam, & non per ænigmata videt Deum? cui tamen in augusta illa visione ardentis rubi, ipse non apparuit, sed Angelus, sicut legimus Act. 7. Et expletis annis quadraginta apparuit illi in deserto montis Sina Angelus in igne flammę rubi. Nec mouueri debemus verbis illius Angeli, aut aliorum, quæ nõ Angelorum, sed ipsius Dei videntur, dea enim loquuntur,

tur, vt non verba sua, sed Dei nuntiare intelligantur, & eius cuius nuntij sunt, & cuius personam sustinent, non solum verba, sed nomen etiam assumunt, vt regij ministri facere solent. Quod ex eodem loco cernitur, cum enim dixerit sanctus protomartyr Stephanus Angelum apparuisse Moysi in deserto montis Sina continuo verba eius referens, Dominum eum vocat: Et accedente illo vt consideraret, facta est ad eum vox Domini: Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. De quare S. Dionysius in libr. de cæle. Hierar. cap. 4. Hæc scripsit: Sic denique & lex vt scriptura Diuina testatur, per Angelos nobis indulta est inclytosque illos patres nostros, qui ante legem, quique fuerunt post legem, Angeli ad Deum subuexere sine quid agendum esset admonentes, atque ab errore sacrilego, vitaque profana ad rectum veritatis iter traducentes, siue sacra quæuis instituta, seu cælestium sacramentorum occultas visiones, siue diuinas aliquas prædictiones docendo pandentes & cæter. Et Augustinus libr. 3 de Trinit. capit. 11. vsque ad finem libri, hoc ipsum scripturæ testimonijs confirmat, quæ iam retulimus, & vet bis Genes. capitul. 18. Apparuit autem ei Dominus in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei, & tamen cum Dominum vocauerit, Angelos esse continuo ostendit, cumque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum, quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terram. Et dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum. Et cap. 22. Tentauit Deus Abraham & cæt. cum tamen postea Angelum eum esse demonstret dicens: Et ecce Angelus Domini de cælo clamauit dicens & cæt. Nunc cognoui, quod timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Aug. Quid ad hoc respõdetur. An dicturi sunt, Deum iussisse vt occideretur Isaac, & Angelũ prohibuisse: Porro ipsum patrem aduersum Dei præceptum, qui iusserat vt occideret obtemperasse Angelo vt parceret. Ridendus & abijciendus hic sensus est,

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed nec huic tam crasso, & abiecto vllum locum scriptura esse permittit, continuò, subiungens: Nunc enim cognoui quia times Deum tu, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me, & cæt. Idem: sed ait aliquis: cur ergo scriptum est: dixit dominus ad Moysem, & non potius, dixit Angelus ad Moysem? Quia cùm verba iudicis præco pronuntiat non scribitur in gestis: Ille præco dixit, sed: Ille iudex sic etiam loquente Propheta sancto, & si dicamus: Propheta dixit, nihil aliud, quàm Dominum dixisse intelligi volumus. Et si dicamus: Dominus dixit, prophetam non subtrahimus, sed quis per eum dixerit admonemus, & cæt.

6 *A bijs, qui audierunt in nos confirmata est.*] Ex his verbis colligunt aduersarij non esse Paulum scriptorem huius epistolæ, quo argumento triumphat Caietanus: Ecce, inquit, textus testimonium perhibens quod autor huius epistolæ non fuit Paulus, sed aliquis, qui non audiuit ab ipso Iesu salutem Euangelicam. Nam autor numerat se inter illos, in quos confirmata est salus euangelica ab eis, qui audierunt à domino Iesu: Paulus autem clarè dicit, quod nihil contulerunt sibi Apostoli, & quod ipse didicit, non ab homine, nec per hominem, sed per reuelationem Iesu Christi, & cæt. Eodem argumento pugnant Magdeburgenses. Ad hoc respondent multi, qui huius epistolæ autoritatem tuentur, Paulum non de se loqui, sed de hominibus sui temporis, inter quos se numerat, id est, non dicit se accepisse doctrinam euangelicam ab Apostolis, sed ita loquitur, quia homines sui temporis acceperant. Altera solutio est Paulum non accepisse doctrinam ab ijs, qui à domino audierunt, sed salutis confirmationem accepit enim ab illis sacramenta, quia ab Anania baptizatus est Act. 9. & doctrinæ confirmationem ab eijsdem accepit, venit enim ad Apostolos, vt ipse scripsit Gal. 1. & contulit cum eis Euangelium, quod prædicabat in gentibus, ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset. Ita soluit Canus
7 lib. 2. de locis Theologicis. c. 11. Et Fr. Michael Medina lib. 6. de recta in Deum fide cap. 25. Catharinus in commentarijs huius loci. Posteriorem solutionem adhibent etiam

Gal. 2. *Gal. 1.*

etiam Syxtus Senensis lib. 7. Bibliothecæ hæresi. 8. Catharinus lib. 1. contra Caietanum annotatione. 8. Propius ad verũ accederet, qui diceret, non agi de cõfirmatione per Doctrinam, sed per miracula, quoniã ait salutem confirmatã esse per Apostolos contestante Deo signis, & prodigijs. Verũ si scriptores quos nominauit verba Apostoli paulo accuratius inspexissent, neq; Caieta. haberet vnde argumentaretur, neq; ipsi ita respondissent, Nũquam enim Paulus dixit se Euangelium accepisse ab ijs, qui à Domino audierant, neque se confirmatum fuisse, aut per doctrinam, aut per miracula, sed ipsum Euangelium fuisse confirmatum, quod longè aliud est. Ex germana ergo Apostoli intelligentia facile cernemus, & male argumentatum fuisse Caietanum, & eos, qui ei responderunt, non satis apte eum explicasse. Primum animaduertimus (vt & Chrysostomus adnotauit) Apostolum sermoni opposuisse 8
salutem. Legem enim sermonem vocauit, quod doceret illa quidem, quid agendum esset, sed nihil præterea faceret, neque salutem animæ afferret. Legem vero Euãgelicã appellauit salutem, quod gratiã cõferat, & salutem afferat. Sicut & Ioannes dixit c. 1. lex per Moysem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Deinde à minori ad maius argumentatur in hunc modum. Si lex facta est firma, & omnes, qui ei non paruerunt puniti sunt, multo magis nos punientur, si legem Euangelicã neglexerimus, quæ gratiam confert, & salutem animæ affert. Docet etiam alia ratione Euangelium præstare legi, quod lex data est per Angelos, Euangelium verò cæpit primum enarrari per Dominum, id est, dici atque tradi: est enim in Græco λαλεῖσθαι id est, dici, sicut idem verbum paulo ante vertit: si enim, qui per Angelos dictus est sermo λαληθεὶς. Ac ne putaret quispiam hoc saltem meliorem fuisse legem, quod illa confirmata est, dixit enim: Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus & cæter. Docet legem etiam Euangelicam esse confirmatam: ab ijs, qui audierunt, in nos confirmata est: confirmatio Euangelij ex confirmatione legis intelligetur. 9
Quo modo lex facta est firma? Deo illam approbante &

con

Universidad de Deusto
Biblioteca

confirmante, ac suam esse declarante fulguribus & tonitruis & sono terribili tubarũ, vt legimus Exod. 19. Similiter lex Euangelica confirmata est à Deo miraculis magnis, & prodigijs per eius doctores editis, sicut ait Marcus cap. vltimo. Illi autem profecti prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Hoc ipsum nunc docet Paulus: Ab ijs qui audierunt in nos confirmata est. Quomodò? cõtestãte Deo signis, & portentis, & varijs virtutibus. Et quoniam dixerat de lege: Si omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, ex hoc similiter argumentatur: Quomodò nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem, &cæt. id est, quomodò non multò
10 seuerius puniemur. Est ergo sensus: Quæ salus, id est, lex salutem animæ afferens, cum cæpisset primum hominibus proponi, non per Angelos, sed per ipsum Dominum Angelorum, deinde prædicata est ab Apostolis, qui ex ipsius Domini ore audierunt: & in nos, id est, vsque ad nos cõfirmata est varijs miraculis, ac si diceret, vsque in hodiernum diem non desinit Deus miraculis & prodigijs eam confirmare, & varijs virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem, contestante Deo signis & portentis, &cæt. Signa vocat miracula, quæ ita dicta sunt apud Iudæos, quoniam per consueuerant tanquam indicia virtutis diuinæ cùm Deus rem admodùm difficilem pollicebatur, aut cùm nouus Propheta surgebat: tunc enim miracula petebant Iudæi, vt signa essent rei illius futuræ vt crederetur, aut vt Propheta ille missus à Deo existimaretur, vt Genes. 15. Domine Deus, vnde scire possum quod possessurus sim eam? Isai. 7. Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et posteà: Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, &cæt. Zacharias etiam audita generatione filij, signum petit,
11 Luc. 1. vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Signa etiam petebantur à Prophetis, vt Matth. 12. Magister volumus à te signum

videre

videre Luc. 11. Et alij tentantes signum de cœlo quærebant ab eo. Ioh. 2. Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Hinc Paul. 1. Corint. 1. Quoniã & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt. Quomodò, & illud Psalmi 73. intelligi potest: signa nostra non vidimus, iam non est Propheta, & nos nõ cognoscet amplius. Hoc est, non videmus iam signa, quæ noui Prophetæ edebant, vt missi à Deo putarentur, non enim surgit Propheta inter nos. Portenta autem vocat maiora & mirabiliora miracula, quæ vocantur τέρατα, id est, prodigia siue portẽta. Virtutes, id est, δυνάμεις, quæuis miracula dicuntur, quia potenti Dei virtute & potestate fiunt: more enim Hebræorũ virtus appellatur, qđ cũ virtute, id est potentia magna fit, vt morborum subita sanatio, mortuorum resuscitatio, & similia, Luc. 10. quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere sedentes pœniterent. Act. 19. Virtutesq; non quaslibet faciebat Deus per manũ Pauli, ita vt etiam super languidos deferrẽtur à corpore eius sudaria, vel semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebatur: Et quoniam omnis generis virtutes edebantur ab Apostolis, dixit varijs virtutibus. Spiritus sanctus distributiones, seu partitiones, quas vocat μερισμὸς sunt gratiæ, siue charismata Sancti spiritus, quæ secundum suam voluntatem, id est, prout Spiritus sanctus vnicuique diuidere volebat, dabantur initio prædicationis Euangelicæ credentibus: De quibus Dominus ait Marci vltimo: Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint non eis nocebit, super ægros manus imponent, & bene habebunt. Act. 10. adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum, & obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est, audiebant enim illos loquentes linguis. Et capit. 19. Et cum imposuisset illis manus Paulus venit spiritus Sanctus super

eos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. De his Spiritus sancti distributionibus loquitur Apostolus latius Roman. 12. & Ephes. 4.

13 Verum hoc iure quæritur cur tot, verbis Apostolus ca. 1. & verbis, quæ nunc interpretamur, Euangelicã legem multum præstare legi Moysis confirmet hoc argumento quod hæc per Angelos, illa per Christum data fuerit, cum parum firmum hoc videatur, siquidem vtraque autorem, & latorem habet eundem, id est, Deum, & cum de autore constat, non refert, per hunc ne, an per illum locutus fuerit. Ita Greg. lib. 1. Mor. cap. 1. de libro Iob ait. Sed quis hæc scripserit valde superuacue quæritur, cum tamen autor libri Spiritus sanctus fideliter credatur. Et postea: Cum ergo rem cognoscimus, eiusque rei Spiritum Sanctum autorem tenemus: quia scriptorem quærimus, quid aliud agimus nisi legentes literas de calamo perscrutamur? Denique, & si legi nonnihil dignitatis accedat ex eo, per quem data est, non tamen tantum accedit, vt eo argumento confici posse videatur, eam simpliciter præstantiorem altera esse, cum inde legis vera & germana dignitas non pendeat. Respondeo equidem legis præstantiam per se nõ accipi ab eo, per quem data est: potest enim optima lex per deteriorem ministrum dari, sed accipitur ab eius præceptis, & ab eius virtute. Illa enim præstantior censetur & est, quæ meliora & vtiliora præcipit, & meliores homines facit atque efficacius eos dirigit in vitã æternam. Verum hanc præstantiam sæpe secum affert dignitas
14 ministri. Nam sapientes viri maiora, & præstantiora præstantioribus ministris reseruant. Quemadmodum rex sapiens si quædam edicere suis velit per ministros, quædam per filium hæredẽ, sine dubio maiora, & vtiliora per filiũ edicet. Quid quod filius non merus minister est, vt Angeli, sed legis ipsius lator, & qui vim iustificandi legi ipsi dedit, & qui ea, quæ ante latebant docuit. Denique Angelus minister est, & tantum dare virtutis legi potest, quãtum dare iubetur, tantum de voluntate Dei scire, quantum eum scire Deus vult: filius verò cum æqualis patri sit, omnia, quæ sunt in patre cognoscit, & tantum virtutis legi suæ

gi suæ dare potest, quantum velit tantum homines de rebus diuinis docere, quantum ipsos cognoscere opus sit. Quam obrem ex eo quod illi sint administratorij spiritus, hic verò filius eiusdem cum patre substantiæ abundè intelligitur, & probatur quantum lex noua præstet veteri.

Non enim Angelis subiecit Deus orbem terræ futurum.] In 15
Græco non est Deus, nec apud Chrysostomum, & cæteros Græcos, nec in quibusdam codicibus latinis, sed ab aliquo in margine additum videtur: apertum enim est de Deo nũc loqui Apostolum etiã si nõ ponatur. Docet nunc etiam cur magis parendum sit Euangelio, quàm legi, & Christo, quam Angelis, quoniam Christum cõstituit pater dominum totius mundi, non autem Angelos. Quod quomodo probet paulò post videbimus. Illud est in hac ratione Apostoli perobscurum, cur dixerit orbem terræ futurum, de quo loquimur? Num hic mundus de orbe terræ loquebatur, nec Christo homini (de eo enim nunc sermo est) iubiecit orbem terræ futurum, sed cum quo iam erat. Tyranus, & Caietanus putant orbem futurum dici eum qui post resurrectionem futurus est, quod neque Thomæ displicuit. At videtur hoc abhorrere à fine Apostoli: cùm enim probat orbẽ futurũ subiectum esse Christo verba Psalmi 8. affert: Omnia subiecisti sub pedibus eius, continuò autem sequitur, oues & boues vniuersas insuper, & pecora campi, post resurrectionem autem non erunt oues nec boues, nec pecora campi. Recte ergo Chry-
16 sostomus ait: Nonquidnam de alio quodam orbe disputat? Non ita est, sed de illo præsenti, propterea hoc etiam addidit, de quo loquimur, ne enim auditoris errore relinqueret, dum alius quæreretur orbis. Deinde expinxit futurum dici, quomodo Paulus Rom. 5. de
17 Adam loquens, qui est forma futuri, id est, Christi, quamuis enim iam erat Christus homo, cum illud scripsit Paulus, tamen respectu Adam in cuius tempora versabatur, Christus futurus erat. Ita etiam cum filius Dei erat, mandus non erat, sed erat futurus, videlicet cùm Deus Christum, dominum vniuersi orbis cõstituere decreuit, mun-

dus, erat futurus. Dixit autem de quo loquimur, quia paulo ante dixerat: Et cum iterum introducit primogenitũ in orbem terræ. Chrysostomi sententiæ subscribunt Græci, & S. Thomas, & Adamus. Et est illa quidem vera, sed est diligẽtius explicanda additis, aut etiã mutatis quibusdam, cùm dicit orbem terræ, in Græco est, τὴν οἰκουμένην, id est habitatam, subaudiri aũt videtur γῆν, id est, terrã. Accipiturq; p habitationibus ipsis, id est p hominibus, & pro cæteris, quæ in terra sunt, & propter homines sunt
17 cõdita. Christo, ergo homini subiecit pater omnes homines, & omnia quæ sunt in terra, omnes inquam homines, qui futuri erant vsque ad finem sæculi ab eius conceptione: & ideo dixit orbem terræ futurum. Etenim Christus rex est, & dominus omnium hominum à patre declaratus, non quidem temporalis rex, sed cui omnes parere debeant, vt in vitam æternam adducantur, & cui omnes creaturæ obediant, ad faciendum omnia, quę ad hominum salutem necessaria, aut etiam vtilia viderentur. Propterea dixit ipse Psal. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Et Lucæ. 1. dictum est ab Angelo: Et regnabit in domo Iacob in æternum, id est, in Ecclesia. Et post assumptam humanitatem dixit, Matth. 11. omnia mihi tradita sunt à patre meo & Iohann. 13. sciens, quia omnia dedit ei pater in manus. Hoc etiam Apostolus dixit capit. 1. quem constituit hæredem vniuersorum. Et quæ à conceptione sua accepit vt filius, post passionem accipit tanquam mercedem
18 debitam suæ passionis humilitati, sicut ait Apostolus Philipp. II. humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortẽ, mortẽ aũt crucis, propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomẽ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiũ, terrestriũ & infernorũ. & cæt. Et post resurrectionẽ ait ipse Matth. vltimo: data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Dixit autem: orbem terræ futurum, quia noui homines futuri erant in mundo, nouum sæculum, noua respublica. Inde dictus est Isai. 9. pater futuri sæculi. Ita etiam, cum Ecclesia semper fuerit noua Ecclesia in Christo incipere

cipere dicitur, sicut ipse ait Matth. 16. Et ego dico tibi, quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meã: quoniã nouus rex apparebat, & nouas leges ferebat, ac noua Sacramenta, & nouam rempublicã instituebat. Huius ergo Ecclesiæ siue huius noui orbis (ipsa enim est, quam orbem futurum appellat) Christum regem constituit, vt filium; Angelos verò non reges, sed ministros esse voluit; sicut dixit: Nonne omnes sunt administratorij spiritus, & cæt. Cùm autem dicit de quo loquimur, potest referri ad illud: Et cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, ibi enim tantum vocabulum, οἰκουμένην, positum erat, id est, cùm reducit Christum ad homines vt eos iu
19 dicet. Sed quoniam id paulò remotius est ab ijs, quæ nũc dicuntur, & eo in loco nihil de hoc nouo orbe dictum videtur, hoc dicit Paulus: De quo locuti sumus, sed, de quo loquimur: fortasse aptius hoc referemus ad ea, quæ nunc dicuntur: Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem, quę cum initiũ accepisset enarrari per dominum ab ijs, qui audierunt, in nos confirmata est, & cęr. loquitur enim iam de hominibus noui testamenti, & sæculi, quod futurum appellatũ est Isai. 9. hoc enim sæculũ, cuius Christus pater dictus est, & orbem futurum, homines maximè esse diximus. Conuenit autem hoc rectè cum eo, quod nunc agit Apostolus, vt sit sensus: vos estis initium huius orbis futuri, & huius noui sæculi, quod non Angelis, sed Christo subiecit Deus: Quare non legi veteri parere debetis, sed Euangelium constanter retinere, cum non Angelis, sed Christo, Deus vos atq; omnes homines subiecerit. Illud postremo admonendum est, quod est in glossa interlineari: orbem futurum subiectum esse, de quo loquimur, dici nõ posse, id est, de quo loquimur referri ad Christum, est enim in Græco, περὶ οὗ λαλοῦμεν, id est, de qua loquimur, quod necessario refertur ad οἰκουμένην, id est, ad orbem terræ, quod nomen Græcis fœminei generis est.

Testatus est autem in quodam loco quis.] Testimonio Dauidis probat, quod assumpserat, orbem terræ futurum subiecisse patrem Christo, vt mox videbimus. Chrysostomus: 20

Universidad de Deusto
Biblioteca

cur non ipsum nomen propheræ posuit, sed abscondidit? Fecit hoc etiam in alijs testimonijs, sicut cùm dicit: Quã do autem introducit primogenitum in orbem terrarũ dicit: Et adorent eũ omnes Angeli Dei, &c. Et hoc ipsum existimo non abscondentis esse, sed ostendentis eos multam habere scientiam scripturarum, vt nec opus haberet nomen ponere dicentis, sed veluti de re admodum trita, & manifesta inducere testimonia, & cæt. Itaque non quasi super contemptum dicitur, quis, aut quidam, sed ita ac si diceretur: ille, quem nostis.

Quid est homo, quod memor es eius.] Hæc verba, & sequentia desumpsit Apostolus ex Psalmo. 8. Ex quo magna exoritur dubitatio vtrum de homine vniuersè loquatur propheta, an propriè de Christo? si de Christo loquitur, rectè hæc verba Paulus assumpsit: sed quomodo de Christo dici posset: Quid est homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Hic enim homo filius Dei est, & iure pater memor est eius. Deinde omnia homini conueniunt. Minuisti eum paulò minus ab Angelis. Gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, & cæt. Et cùm dicit postea: Eum autẽ, qui modico, quàm Angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum: satis indicare videtur se de homine vniuersè locutum fuisse, aduersantis enim more quasi de alio infert: Eum autem, & cæt. si autem hoc de homine siue de natura humana dici potest, & dicitur: Quomodo inde probat Paulus orbem terræ subiectũ esse Christo? Respondebunt enim aduersarij eũ constitutũ esse super opera manuũ Dei, sicut cæteros homines: certè ex hoc Psalmo nõ probari magis illi subiecta esse omnia, quã alijs hominibus, sunt qui dicãt Psalmũ hũc de homine intelligi historico sensu, mystico verò de Christo, vt Euthymius, & Santenius. Multi de homine, & de Christo simul interpretantur. Mihi longe alia sententia est: puto enim, nequaquam de homine, sed verè & propriè de Christo Psalmum scriptum esse, sicut etiam, S. Thomas exposuit. Hieronymus quoque, & Augustinus omnia de Chri-

de Christo interpretantur, & nihil de homine dicunt. Idem senserunt Græci patres, vt paulò post dicemus. Etenim si de homine intelligere velimus, occurrent quædam maiora, quam pro hominis conditione. Ex quo fiet cætera, quæ de illo dici videbantur, non ad illum, sed ad Christum esse referenda, iuxta canonem, quem tradidimus cap. 1. num. 51. & 52. Huiusmodi est illud: omnia subiecisti sub pedibus eius, quod homini non conuenit, quia multa sunt animalia, quibus non imperat. Est quidem dictum Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & cæt. at id de Adam dictum est, cui omnia animalia obediebant in statu innocẽtiæ: Psalmus tamen non de Adam loquitur, sed de cæteris, cum dicat: Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eũ? Itaque filius hominis constitutus est super opera Dei, & illi Deus subiecit omnia, Adam autem non est filius hominis. Deinde aliud est præesse animalibus, aliud animalia subijci sub pedibus eius, non enim sub pedibus subiecta habemus, nisi ea, quibus pro arbitrio nostro vtimur, & quibus ad nutum imperamus, quod præter Christum nulli hominum concessum est. Ne ipse quidem Adam eam tunc potestatem habuit, vt cum vellet feriores aues ad se volãtes adduceret, aut pisces ex imo mari ad se vocaret: sed vteretur omniũ animalium seruitio, sicut nunc vtimur mansuetorũ. Ita Chrysostomus & Hugo. S. Victoris in illud Gen. 1. Et præsit piscibus maris, &c. docent perpeccatum animalia, quæ non admodum vtilia erant, alienata esse ab homine, quæ verò vitæ nostræ multũ seruiunt, & vtilia & necessaria sunt, rebus facta esse in seruitute & subiectione sua. Et S. Thomas de hoc agens. 1. p. q. 96. art. 1. ait. In subiectos multa facere potest superior potestas, quæ non potest facere inferior, Angelus autem est naturaliter superior homine, vnde aliquis effectus poterat fieri circa animalia virtute Angelica, qui non poterat fieri potestate humana, scilicet, quod statim omnia animalia congregarentur, &c. Præterea cùm propheta dicit: Omnia subiecisti sub pedibus eius, Apostolus

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic docet, non accipi omnia, vt interdum accipi solet pro multis, sed ita vt præter Deū nihil omnino excluſū intelligatur. In eo enim, inquit, quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit nō ſubiectū ei. Quod magis explicat. 1. Corinth. 15. dicēs: oīa enim ſubiecit ſub pedibus eius. Cū autē dicat: omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eum, qui ſubiecit ei omnia. Intelligit ergo omnes creaturas poſitas eſſe
24 ſub pedibus eius: quod de nullo alio homine dici poteſt. Idē Apoſtolus in hoc. c. 2. ait: Nunc autē necdū videmus omnia ſubiecta ei, quibus verbis aperte ſubindicat aliquādo ei eſſe omnia ſubijcienda, at nunquam fiet, vt animalia, ita homini ſubijciantur, vt in ſtatu innocentiæ: nam poſt reſurrectionem nulla erunt bruta animalia, de Chriſto ergo omnia dicuntur, non de homine. Atque id non dubijs argumentis docet Spiritus ſanctus, quando quidem, & Chriſtus Matth. 21. ad ſe pertinere interpretatur illa verba: Ex ore infantium, & lactētium perfeciſti laudem, & cæt. & Apoſtolus ter de Chriſto exponit illa: Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Hebr. 2. 1. Corint. 15. Eph. 1. Et quod modo diximus Apoſtolum polliceri omnia aliquando eſſe illi ſubijcienda, quod homini non continget vnquam: Idem docet. 1. Corint. 15. fore vt Chriſto contingat. Oportet autē illum regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Nouiſſima autem inimica deſtruetur mors: omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius: cum autem dicat: omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eum, qui ſubiecit ei omnia, cum autem ſubiecta illi fuerint omnia, tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia. Hoc etiam indicat titulus Pſalmi: In finem pro torcularibus. Pſal-
25 mi enim, qui habent in titulo: in finem, de Chriſto ſunt, & in eius laudem canuntur. Nam pro, in finem, quod tranſtulerunt. Lxx, & ſexta editio, Aquila, & Theodotio, & quinta editio vertunt τῶ νικοποιῶ, id eſt, victoriam faciēti, & Hieronymus atq; alij vertūt, victor, victor autem eſt Chriſtus, qui vicit diabolum & mortē, & ipſe eſt finis, id eſt, finiens diaboli, mortiſq; tyrānidem, de qua re multa diximus in capit. 3. Habacuc, numer. 56. &

ſequen-

ſequentibus. Rurſum cùm ponitur: Pro torcularibus: veteres: Torcularia Eccleſias interpretantur, Auguſtinus, Theodoretus, Euthymi⁹, Remigius, quos & multi ex recē tioribus ſequuntur. Quod in hunc quidem Pſalmū recte conuenire poteſt, vt canatur Chriſto victori nomine Eccleſiarum poſt Chriſti aſcenſionem in fide exultantium, & illi de victoria gratulantium. Verùm quoniam Pſal- *Pſalmi pro torcularib⁹*
mus. 80. & 83. eundem etiam titulum habent, nec videtur illi ad Eccleſias pertinere, fortaſſe non ineptè explicabimus Pſalmos inſcriptos pro torcularibus continere voces lætitiæ, & laudum pro ſpiritualium bonorum copia per Chriſtum inuecta vt in his tribus Pſalmis videre licet. Nam torcularia fertilitatem vinearum, & vini co- 26
piam atque lætitiæ indicant, vt Prouer. 3. & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Eccleſi. 33. Et quaſi, qui vindemiat repleui torcular, ſolent autem in vindemia, atque in torcularibus voces exultantium propter vbertatem latè audiri, quas noſter interpres Celeuſmata vocat, vt Ierem. 25. Rugiens rugiet ſuper decorem ſuum, Celeuſma quaſi calcantium concinetur aduerſus omnes habitatores terræ. Et capit. 48. Et vinum de torcularibus ſuſtuli: nequaquam calcator vuæ ſolitum Celeuſma cantabit. Quare non eſt *Celeuſma.*
in Hebræo legendum הַגִּתִּית vt nunc legitur, ſed עַל הַגִּתּוֹת, id eſt, pro torcularibus, vt. 70. & Hieronymus conſtanter tranſtulerunt ex Hebræo, ridiculumque eſt, quod Hebræi, & Auguſtinus Eugubinus, & alij ſectatores Hebræorū vertunt, pro cithara Gethenſi, vt Pſalmus caneretur cithara ex vrbe Geth adducta. Pſalmus ergo 27
octauus ex quo verba, quæ nunc interpretamur mutuatus, eſt Apoſtolus, canitur Chriſto victori mortis atque diaboli, poſtquam aſcendit in cælum, & eius nomen prædicantibus Apoſtolis per totum orbem terræ cognitum atque adoratum eſt, & fideles gratia & donis ſpiritus per eum pleni exultabant lætitia. Poteſt igitur totus Pſalmus ita exponi: ò Chriſte domine noſter, quā ad mirabile eſt nomen tuum, quomodo te omnes admirantur, & ſuſpiciunt, non in Iudæa tantum, ſed etiam in

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersa terra: imo & supra cælos laudes tuæ canuntur
ab Angelis, quia victor super omnes cælos ascendisti, atq;
ita celebratæ sunt in terra tuæ laudes, vt etiam eas infantes
& lactentes prædicarint, cùm ante passionẽ tuam ingres-
sus es in Hierusalem, vt ora obstruerentur inuidorũ Phari
sæorũ & scribarũ, qui inimici tui erant, & de te vltionem
sumere volebant, q̃ eorũ vitia non taceres: spero me etiã
per gratiam, & passionem tuam aliquando in cælos ascen
surum, vbi eorum visu, & lunæ atque stellarum delectet,
28 & tibi pro his, etiam laudes canã. Quid est homo, quod eũ
ad tãtum honorem prouexisti, vt eius memor esse velles,
& cum mortali corpore indutus inuiseres. Tanta fuit
tua erga homines bonitas & misericordia, vt eorum
naturam in te Angelicæ æquaueris, dum illam ad cla
ram Dei visionem prouehis, qua illi fruuntur, &
hoc tantum minor illis fuerit, quòd morti eam subiec-
tam, esse voluisti. Eandem in te gloria, honore coro
nasti, & cæt. quæ postea diligentius explicabimus. Ve
rum quoniam Paulus, 1. Corint. 15. patrem docet es-
se eum, qui subiecit Christo omnia: Tunc & ipse filius
subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia. Quamuis re-
spondere possemus patrem illi subiecisse omnia, & fi-
lium ipsum, vt Deum subiecisse sibi omnia, vt homi-
ni: multò melius est, vt propheram cum patre loqui
dicamus de laudibus filij. Itaque laudes, quas filio di-
xeramus, facile in patrem paucis mutatis referemus, in
hunc modum, ò pater, quomodo in vniuersa terra prę
dicaris, & coleris per Iesum Christum filium tuum? Su
pra cœlos etiam laudaris ab Angelis, quod eum resuscita-
ueris, & ad dexteram tuam collocaueris. Tibi eius gloria
adeò curæ fuit, vt eum ingredientem in Ierusalem miri
ficè laudari feceris ab infantibus, & lactentibus, & cæt. vt
paulò ante, quid est homo, vt adeò eius memor esse, adeò
illi benefacere volueris, vt filium tuum ad eum miseris?
Ita illum honorasti vt naturam eius in filio tuo ad tuam
29 visionem leuaueris, & hoc Angelis minorem reddide-
ris, quod corpus mortale habebat. Coronasti illũ gloria &
honore in eodem filio tuo & omnia ei subiecisti. Itaque
illud:

illud: Quid est homo, aut filius hominis &cæt. nequaquã
de Christo intelligitur, vt Augustinus, in Psalmum. 8.
& S. Thomas hic & Glossa vtraque putarunt, nec enim
id de eo dici poterat, qui est primogenitus omnis crea-
turæ, & vt homo, omnibus præstat. Deinde, homo & fi
li⁹ hominis sine articulo ponitur apud Hebr. & apud Grę
cos. Christus aũt nusquã in scriptura vocatur filius homi
nis sine articulo, imo nec sine duplici articulo. ὁ υἱὸς τοῦ ἀν
θρώπου, nec aliud putare debem⁹ hominẽ & aliud filiũ homi
nis, sed ita ẽ iuxta vulgatã Hebr. cõsuetudinẽ vt Num. 23.
nõ est Deus quasi homo vt mẽtiatur, nec vt filius hominis
vt mutetur. Iob. 16. Atque vtinam sic iudicaretur vir cum
Deo, quo modo iudicatur filius hominis cũ collega suo
& cap. 25. quanto magis homo putredo & filius homi-
nis vermis? sed amplificationis causa eadem sententia gemi
natur. Nec dicimus cum infertur: Minuisti eum paulo mi
nus ab Angelis transiri ab specie ad personam vt Titelma
nus & alijs. Ita vt: Quid est homo dicatur de natura huma 30
na, & minuisti eum, dicatur de Christo. sed eodem mo
do semper hominem accipiamus, & eum nõ in se, sed in
Christo minutum ab Angelis dicimus, & gloria atque
honore coronatum. Atque hanc expositionem germa-
nam esse Pauli satis ex eo intelligitur, quòd sæpe ita lo-
quitur, vt quod Christo datur, nobis datum esse dicat,
vt Ephes. 2. Et cum essemus mortui peccatis, conuiuifica
uit nos Christo (cuius gratia estis saluati) & conresuscita
uit, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu. Eo-
dem modo loquuntur sancti patres cùm de resurrectione
aut ascensione Christi agunt, vt S. Leo Papa in serm. 1.
de ascensione, & re vera magna erat & ineffabilis causa
gaudendi, cum in cõspectu sanctæ multitudinis superom
nium creaturarum cœlestium dignitatem humani gene-
ris natura ascenderet. Et serm. 2. Naturæ nostræ humilitas
in Christo super omnem cœli militiam ad Dei patris est
prouecta consessum? Chrysostomus in homilia de ascen
sione: cognoscamus, quis est ille, qui audiuit: sede ad
dexteram meam. Quæ natura est, cui Deus dixit, Esto
meæ particeps sedis: Illa natura est, quæ audiuit: terra es

Universidad de Deusto
Biblioteca

in terram ibis. Greg. hom. 29. in Euang. Illa enim natura, cui dictum est: Terra es, & in terram ibis, hodie in cœlũ iuit. Ita etiam cæteri patres. Hoc ipsum sensit Chrysostomus cùm dixit: Hoc enim, & si de communi humanitate dictum est, verum tamen proprie aptatur ad Christum secundum carnem. Nam illud: omnia subiecisti sub pedibus eius ad eum magis pertinet, quàm ad nos. Quasi dicat: Et ideo nõ est dictum de nobis, sed de natura nostra vt est in illo. Et Theophilactus: Hæc quidem generatim de vniuersa humana natura sunt dicta: speciatim tamen Christo secundum humanitatem quadrant. Theodoretus: Dictum est quidem de communi natura, conuenit autem primitijs ex nobis, nempe Christo &cæt. Ita etiam loquitur Oecumenius. In quo duo consideranda sunt, eos de humanitate loqui, non autem de vllo homine, ni si de Christo. Deinde omnia de eodem Christo interpretari, idem enim omnino dicunt, quod nos.

Minuisti eũ paulo minus ab Angelis] Pro paulo minus est βραχυ τι, idest, breue quid, aut paruum quid, quod & ad tempus pertinere potest, & ad dignitatem, vt sit sensus: Per breue temporis spatium, aut paruum, eum inferiorem fecisti Angelis. Idem valet מְעַט quod est in Hebræo. Est ergo sensus: longe eum Angelis superiorem cõstituisti. Sed in re parua eis minor fuit, quod corpus illi
31 dedisti mortale & patibile. Et quoniam per resurrectionẽ redditũ est corpus immortale, recte ait: Minuisti eum breue quid ab Angelis, breui spatio temporis. Si autem de natura humana loqueretur, non posset dici: Minuisti eum ab Angelis breui temporis spatio: semper enim natura humana in se inferior est Angelica. Vere autem nos exposuisse naturam humanam in Christo æquatam esse Angelicæ, quoniam à conceptione sua vidit Deum, aut etiam multo superiorem effectam, quia multo melius Deum videt & solo corpore mortali ei inferiorem fuisse, quia pati poterat, quod alienum est ab Angelis: inde intelligitur, quod cũ nos Deum viderimus, & corpus immortale habuerimus æquales omnino Angelis dicemur Luc. 20. æquales enim Angelis sunt, & filij sunt Dei cum sint filij

filij resurrectionis. Ettamen tunc etiam natura nostra minus perfecta erit quam Angelica. Pro eo autem quod nos habemus, ab Angelis, in Hebræo est מֵאֱלֹהִים quod
32 lxx. & Græci Epistolæ huius interpres vertêre, ab angelis. Ita etiam verterunt Chaldæus & omnes Hebræi. Et quidem merito. Sæpe enim hoc nomen אֱלֹהִים in scriptura Angelis tribuitur, vt psal. 81. Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat, nonnulli ex Hebræis, Angelos interpretantur. Psal. 139. In conspectu Angelorum psallam tibi. Psalm. 96. Adorate eum omnes Angeli eius. Puto autem lxx. & interpretem Pauli ita transtulisse ne offensioni essent ijs qui hæc verba non de Christo, sed de homine intelligerent, quem ipsa sensum primo inspicientibus offerunt: multum enim homo à Deo distat. Sed potest etiam non incommode verti: Minuisti eum paulò minus à Deo, sicut vertit ex Hebræo Hieronymus & ante eum Theodotion, & Quinta editio, si intelligamus hic de Christo verba fieri, in quo natura humana paululum minuta est à Deo, quoniam & si creata sit, habet tamen existentiam increatam, & filio Dei adiuncta est in vnitate personæ, ita vt hic homo dicatur, & vere sit Deus. Est illa quidem in se considerata tãtum Deo inferior, quantũ creatura creatore, at in Chri
33 sto non est talis, qualis in se consideratur, sed cum existentia filij Dei. Ita S. Leo dixit in serm. 1. Ascensionis de natura humana in Christo super omnes Angelos elevata: Nec vllis sublimitatibus modum suæ prouectionis habitura, nisi æterni patris recepta confessu illius gloriæ sociaretur in throno, cuius naturæ copulabatur in filio. Verum si ita intelligamus, dicemus in eo, quod est in Græco βραχυ τι, breue quid non significari breue temporis spatiũ, sed tãtũ, quod latina verba indicant, paulo minus.

Gloria & honore coronasti eum] Gloria vt eius nomẽ vbi q; prædicetur, & laudetur, honore: vt eũ omnes adorẽt. Et quoniã hæc duo passione sua Christus meruit, recte dicit, Coronasti eũ, quasi legitime certãtẽ, & corona dignũ. Omnia Pau. expressit illis verbis Phil. 2. Humiliauit semet ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomen. Hæc est gloria, deinde de honore ait: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium terrestrium, & infernorum. Hæc autem homini non cõ-
34 ueniunt, nam quod Euthymius, & alij exponunt, hominem gloria coronatum esse, quia ad imaginem Dei creatus est, & honore, quia omnia ei subiecit: in eo non accipitur proprie gloria, quo modo in scriptura accipi solet cùm adiungitur honori. Deinde, hæc eius natura est, vt sit ad imaginem Dei, & præferatur alijs animalibus: nemo autem natura sua coronari dicitur, sed labori & certamini datur corona vt 2. Timot. 2. Nam & qui in agone certat, non coronabitur, nisi legitime certauerit. Iac. 1. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ. Iob. 3. Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quod vita eius, si in probatione fuerit coronabitur.

Et constituisti eum super opera manuum tuarum] Leuasti eum ad te, & super omnes cœlos, & super omnes Angelos ad dexteram tuam collocasti. Quod enim multi exponunt: præfeciſti eum creaturis, id continuo dicitur, omnia subiecisti & cæt.

Omnia subiecisti sub pedibus eius] Hoc iam exposuimus num. 23. & 24. cum eo quod sequitur, in eo autem, quod omnia ei subiecit, nihil dimisit, non subiectum ei.

Nunc autem nec dum videmus omnia subiecta ei] Chryso-
35 stomus & Theophylactus recte docent quorsum hæc dicantur. Poterant dicere Hebræi: Quo modo omnia subiecta sunt Christo, cum nos ab eius hostibus multa mala patiamur? huic tacitæ obiectioni respondit Apostolus nondum aduenisse tempus quo prophetia omnino expleatur, sed aliquãdo tandẽ explebitur in fine sæculi, vt idem explicauit 1. Cor. 15. Chrysostomus: Nec dum imperator noster manifeste cuncta obtinuit: quid ergo turbaris dum aliqua mala pateris?

Eum autem, qui modico, quàm Angeli minoratus est] Cum dicit: Eũ aũt, videtur de alio loqui, ac non de eo, de quo dixe

dixerat: Minuisti eũ &c. quod verũ quodã modo est. Prius enim de natura humana loquebatur in Christo exaltata: nũc proprie de Christo ipso loquitur. Sed melius ita dicemus cõiunctionẽ aũt esse quidẽ aduersantis, nõ tñ aduersari superiori sententiæ, sed proximæ, ideſt, illi: Nunc autem nec dum videmus omnia subiecta ei. Est enim, quod nunc infert, altera consolatio vt eleganter exposuit Chrysostomus, vt sit sensus: Nondum sunt omnia ei subiecta nunc, ac propterea mirari non debetis, si vos 36
impij persequuntur. At hoc vobis dicere possum dum tẽpus integræ subiectionis aduenit, illum ipsum Iesum, in quem Iudæi vsque ad mortem crucis sæuierunt gloria & honore, à patre iam esse coronatum, idque nos omnes videre, vt sciatis, quamuis Deus patiatur impios in vos insurgere, ac vos multis molestijs afficere: etiam ante tempus, quo integre omnia Christo subijciantur, vos à Deo præclaram patientiæ vestræ mercedem & gloriam atque honorem esse accepturos. Augustinus lib. 3. contra Maximinum cap. 25. ex quo loco glossa huius loci desumpta est, illud Propter passionem mortis, iungit, cum minoratus est, vt sit: Eum autem, qui modico quam Angeli minoratus est propter passionem mortis, videmus Iesum &cæt. at non est sine causa durum hyperbaton in verbis Pauli ponendum cum ipse scripserit: Eum autem qui modico quàm Angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum &cæt. quem ad modum Græci & multi alij distinxerunt.

Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem] Glossa quam 37
S. Thomas & Augustini esse dicit & ipse sequitur Christum vocari censet gratiam Dei; quam expositionẽ Græca verba non ferunt, cum non sit scriptum χάριτι, sed χάριτος, quod ablatiui casus est, ideſt, per gratiam Dei volentis omnium hominum misereri. Vbi nos habemus pro omnibus, in Græco est, ὑπὲρ παντὸς, ideſt, pro vniuerso, pro toto mundo, quod est pro omnibus hominibus. Interpres legisse videtur ὑπὲρ πάντων. Pro omnibus autem gustauit mortem, quantum ad sufficientiã attinet. Ita enim

mor

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortuus est, vt omnes eius morte vti & seruari possint, si ipsi sibi non desint. Ita locutus est. 2. Cor. 5. si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus. Mortem autem gustare dicitur iuxta glossam interlinearem, & Thomam, vel quia eius amaritudinem sensit, vel, quia cito resurrexit, vt magis gustasse, quàm comedisse videatur. Oecumenius etiam ait: Recte autem ait: gustauit, neque enim in morte permansit, sed ipsam tantum quodam modo degustauit & cæt. eadem est expositio Chrysostomi. Verum hoc de alijs etiam, quibus nec amarissima futura erat mors, nec ante diem iudicij resurrecturi erant, in scriptura similiter dicitur. Matt. 16. sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno suo. Quod à Marco & Luca eisdem verbis dictum est. Volgari ergo Hebræorum consuetudine ita dicitur, gustare mortem, pro mori, sicut videre mortem, quod in Ioan cap. 8. manifestissimum est. Domi nus enim dixit: si quis sermonem meum seruauerit non videbit mortem in æternum. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognoscimus, quia Dæmonium habes. Abrahã mortuus est, & prophetæ, & tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Quod ille dixit: Non videbit mortem, hi dicunt, non gustabit mortem, quoniam idem sine dubio sensus vtriusque verbi est.

Gustare.

38

Est autem difficile explicatu quomodo hæc verba cum præcedẽtibus cohæreant. Videmus, inquit, Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem: Quomodo videmus eum coronatum post passionem, vt gustaret mortem? Glossa & S. Thomas, in quorum sententiam multi eunt putant, hæc ita accipienda esse ac si diceretur: Eum autem, qui modico quam Angeli minoratus est vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem: videmus Iesum propter passionẽ mortis gloria & honore coronatum. Quã
39 expositionem probabilem esse non inficior, sæpe enim in Apostolis & præsertim in Paulo huiusmodi hyperbata vi-

ta videre licet. Sed quoniã illa duriora sunt, & orationem vehementer obscurant, atque hoc maxime, quod in his verbis inesse putatur, non censeo admittendã, nisi cùm aliter res exponi nullo modo potest. Fortasse autem aliter exponi non incommode poterit, si dicamus legendum esse: gustarit mortem, facile enim pro gustarit, poni potuit, gustaret. Si ita legamus, sensus apertus & expeditus est in hunc modum: propter passionem mortis gloria, & honore coronatus est Christus. Ex quo fit eum non propter peccata vlla, quæ fecerit mortem pertulisse, sed propter gratiam & bonitatem Dei, qui voluit eius morte omnes homines redimi. Sæpe enim in scriptura, vt, ita ponitur, vt consequentiam quandam indicet, vt psal. 50. Tibi soli peccaui & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis & cæt. Hoc est, hinc fiet, vt tu iustificeris in sermonibus tuis, id est, iustus ab omnibus iudiceris, qui me etiam peccante promissa tua implesti. Ioh. 12. cũ tanta signa fecisset coram eis non crediderunt in eum, vt sermo Isaiæ impleretur. Et cap. 18. nobis non licet interficere quemquam, vt sermo Iesu impleretur, quem dixit significãs qua morte esset moriturus. Iud. 2. Quã ob rẽ noluit delere eos à facie vestra, vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam. Chrysostomus homil. 27. in. 1. Epist. ad Corinth. eodem modo exponit illud ca. 11. oportet enim & hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiãt in vobis. Et ait: Illa enim particula vt, non causalis est, sed etiam nonnunquam rerum euẽtum significat, in qua significatione à Christo posita est cùm dixit: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant: ita & Paulus de lege disputans inquit: lex autem subintrauit, vt abundaret delictum. Sed non propterea lex data est, vt augerentur peccata Iudæorum: sed id euenit: Neque Christus propterea venit vt qui viderent cæci fierent, sed contrà, contigit autem id. Ideẽ adnotarunt in eadem verba Theophylactus & Oecumenius, legẽdũ autẽ esse gustarit, ex Græco manifestũ est γεύσηται, enim nõ præteris tẽporis est, vt gustaret, sed præteriti, vt gustarit. Ebre vera, cũ de re, quã iã factã dixerat

40

Ioha. 9. Rom. 11.

loquero-

Universidad de Deusto
Biblioteca

loqueretur, præteriti temporis verbo vtendum fuit, & Græci non obscure præteriti esse indicant idexponentes.
41 Hoc multo apertius est in translatione Syriaca, quæ ita habet: Ipse enim Deus pro sua bonitate pro omni homine gustauit mortem. Postremo sciendum est, in quibusdam Græcis codicibus olim lectum esse χωρὶς θεοῦ ideſt, sine Deo vbi nunc habemus χάριτι θεοῦ, ideſt, gratia Dei. Quod Oecumenius & Theophylactus à Nestorianis deprauatũ esse dicunt, ponentibus in Christo duas personas ex quibus humana passa sit sine diuina. Et eodem modo legit Theodoretus. Et quidem hoc testimonio abusos fuisse Nestorianos, verum est, non est autem ab ipsis locus deprauatus quando quidem Ambrosius antiquior Nestorio ita legit lib. de fide cap. 4, vt sine Deo pro omnibus gustaret mortem, quod ita interpretatur, profuisse omni creaturæ passionem Christi, & ideo dici eũ sine Deo aut præter Deum pro reliquis omnibus mortuum esse. Ambrosius hoc refert ad illud Rom. 8. quia omnis creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Ita etiam Theodoretus, qui ne quis putaret Angelos redemptos fuisse sanguine Christi, vt homines, explicat, quo modo hoc ad Angelos pertineat. Iam vero, inquit, Angeli quoque perpetua lætitia afficientur hominum salutem aspicientes. Et
42 Theophilactus: Absque enim Deo, siue dempto Deo, pro quouis alio mortem obiit Dominus, pro Angelis etiã ipsis, vt inimicitiã eorũ erga nos solueret, ac lætitiã ipsis acquireret. Similiter expoſuit Oecumenius. Verũ nos cũ his duobus, quos modo nominauimus, negamus ita legẽdum esse apud Paulum, sed vt nos habemus, & vt legit, Chrysostomus gratia Dei.

Decebat enim eum propter quem omnia] Quoniam de passione Christi sermo incidit, ne à quoquam ille ob eam contemneretur, dixit paulò antè causam: vt gratia Dei pro omnium gustaret mortem: & nunc alteram reddit decuisse scilicet Deum vt ita Christus consummaretur, quod postea explicabimus. Nunc verba quædam huius sententiæ obscuriora interpretemur: atque illud in primis. Propter quem omnia & per quem omnia quod Græcè ea

cè eadem præpositione διὰ, variatis casibus dictum est διὰ οὗ καὶ δι' οὗ; Chrysostomus & Theophilactus hoc de patre dictũ volunt & Theophilactus ita interpretatur: Quoniã dixerat: propter quem omnia, quo tale quiddam intelligi videtur; ac cùm dicimus: propter hominẽ omnia creata sunt, ne quis putaret patrem creaturis indigere, eã ob causam intulit: per quem, ideſt, à quo facta sunt omnia, interpretans illud: propter quem. Præterea cum dicit: Qui multos filios in gloriam adduxerat, gloriã. i. δόξαν, vocat cœlestẽ beatitudinẽ sanctorum, quo modo dictũ est Luc. 24. 43
Nonne hæc oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriã *Gloria.*
suam? quod ideo dicit, quia in cælo ad dexterã patris collocatus est in glorioso & immortali corpore. Gloria enim sæpe felicẽ quẽdã vitæ statũ & omnibus bonis affluẽte significat vt Gen. 45. Nũtiate patri meo vniuersã gloriã meã, & cũcta, quæ vidistis in Ægypto. Gloriã his verbis expreſſerat: Qui fecit me quasi patrẽ Pharaonis & Dominũ vniuersæ Domus eius, ac principẽ in omni terra Ægypti. Iob 19. Spoliauit me gloria mea & abstulit coronã de capite meo. Psal. 7. cõprehẽdat, & cõculcet in terra vitã meã & gloriã meã in puluere deducat. Matt. 6. Dico aũt vobis quoniã neq; Salomõ in omni gloria sua coopertus est, sicut vnũ ex istis. Quare sanctorũ beatitudo, quæ est stat⁹ omnium bonorũ aggregatione perfectus, quasi per Antonomasiã gloria dicitur. Loquitur aũt Paulus de omnib⁹ sanctis, qui 44
ante Christi passionẽ obierãt, quos adductos fuisse in gloriã dicit, nõ q̃ ea ante Christũ passũ fruerentur, sed q̃ electi erãt, & lege Dei illis decreta gloria erat, cũ primũ cœli. Sãguine Christi aperirẽtur. Qd enim lege aut volũtate Dei decretũ est factũ cẽsetur & dicitur vt adnotauimus in c. 11. Zach. n. 18. Atq; vbi in multis codicibus legitur: autorẽ salutis eorũ per passionẽ cõsũmari in Græco & apud Chrys. & cæteros Græcos est, Per passiones cõsũmare. Si per passionẽ diceret, mortẽ tãtũ crucis intelligere videretur: at nõ hãc solã intelligit, sed omnes afflictiones, quas in tota vita sua pertulit, & ideo maluit dicere per passiones. Porro pro cõsummare dixit, τελειῶσαι quod est perfectũ facere vt Chrysost. &cæt. Græci interpretantur & vt vocabulũ

ipiũ ostẽdit: Propter quod Erasm⁹ vertit: per afflictiones perfectum redderet. Ex quo satis constat & mendose legi consummari, & consummare non esse extinguere, aut finire, sed perfectũ facere. Consummare aũt Christũ est quod paulo ante dixit, gloria & honore coronare, idest, omnem illi bonorum cumulum dare, quem natura humana capere potest, vt scilicet ad dexterã Dei sedeat, & eius nomẽ vbiq; audiatur, & adoretur, & reges ac sapiẽtes
45 terræ ei libẽter pareãt. Quod elegãter sane dictũ est, perfectũ enim est, cui nihil deest, Christo aũt homini hæc deerãt ante resurrectionẽ. Theop. ita. D. aũt Cyril. perfectionẽ immortalitatẽ dicit, quæ deerat Christo secũdũ hominẽ: cõpleuit aũt hãc ipsũ pater per resurrectionẽ. Eodẽ modo exposuit Oecumen. & citauit præter Cyril. Seuerũ, in Philalethe. Quib⁹ nos eadẽ ratione cætera addidim⁹, quę ad gloriã Christi pertinent. Est ergo sensus: decebat Deũ patrẽ propter quẽ sunt omnia, & qui creauit omnia, vt ipse qui multos filios in gloriã adduxerat, per varias afflictiones etiã filium suum ad summam gloriã proueheret, qui autor salutis illorũ fuerat. At cur hoc patrẽ decebat? Quoniam sancti plurima in vita perpessi sunt, vt ad gloriam peruenirent, ac propterea oportebat, vt ipse qui propter eorum salutẽ homo fieri voluit, & adeo hominibus similis vt fratres eos appellet, per afflictiones etiã obtineret, vt gloria & honore coronaretur. Atq; hãc rationẽ Paulus exponit in ijs, quæ vsq; adfinẽ capitis supersunt, præcipue vbi ait, vnde debuit per omnia fratrib⁹ assimilari &c. Nec idcirco Christus dicitur imitari homines, sed ipsum poti⁹ omnes sancti imitati sunt patiendo. Christus quidem pati voluit, quia hominũ peccata luẽda susceperat. Homines verò patiuntur vt eum pro nobis passum imitentur, eique similes fiant: nõ solum in nouo testamento, sed etiã ante illud, quoniam multi cognouerunt eũ esse passurũ & vt ei similes fierent magni passiones fecerũt. Sicut de Mose scriptum, est. Heb. 11. Maiores diuitias æstimãs thesauro
46 Aegyptiorũ improperiũ Christi. Vnũ restat explicãdum, quod à nobilissimis expositoribus prætermissum est, nec prætermitti debuit. Cur nunc patrem his Epithetis ornarit.

rit. Propter quem omnia, & per quem omnia, quæ nihil ad id quod agitur pertinere videntur, cum tamen vbique scriptura illis tantum vti soleat, quæ ad rem præsentem sunt maximè accommodata. Hoc ita videtur explicandũ: Deus pater omnium finis est, prouerbiorum. 16. vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. Cum ergo ipse omnia fecerit, vt in omnibus bonitatem & gloriam suam ostendat, & ad hunc finem omnia dirigat, æquũ fuit vt homines & autor salutis eorum Christus, quod sibi deerat, per passiones obtineret, quoniam ita maximè elucet gloria Dei. In passionibus quidem elucet iustitia, oportuit enim vt peccatores punirentur, & Christus quamuis non peccauit, quia autor salutis eorum esse voluit, & eorum peccata assumere, pateretur etiam. Sed bonitas & misericordia, & sapientia ac potentia Dei in eo cernuntur, quod noluit peccatores perire, nec pœna deteriores fieri, sed per pœnas debitas peccatis eos 47
ad summam gloriam adducere & voluit & potuit. Idem decebat eum per quem omnia facta sunt, vt tam hominem, quàm Christus autor salutis eorum consummarentur per passiones, quoniam eius qui fecit est non solum conseruare, quod fecit, sed etiam omni ex parte absolutum reddere, si possit, & per huiusmodi passiones omnia in melius commutantur, homo enim immortalitatem adipiscitur, & omnes creaturæ cum eo renouabuntur, sicut ait Paulus Rom. 8. Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertate gloriæ filiorum Dei: Quod licet sine passionibus efficere posset Deus, tamen oportebat, vt homo pateretur, quia peccauerat & cõmodissima ratio seruandi ac perficiendi hominem fuit, vt passionibus gloria redderetur, & per eas ipse summam exaltationem mereretur. Illud etiam hic notandum cum Chrysosto. & cæteris Græcis contra Arrianos præpositionem Per, nihil potentiæ filij adimere, cũ omnia per Per,
ipsum facta dicũtur. Iohannis. 1, nec propterea eũ minorẽ Patre declarare, quoniã hac præpositione solet vti scriptura etiam cùm causa præcipua indicatur, quando quidem & de ipso patre ait nũc Apostolus per quẽ omnia, & pau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

loante dixit. Quæ cum initium accepisset enarrari per dominum, &. 1. Cor. 1. fidelis Deus per quem vocati estis
48 in societatem filij eius. Prouerbiorum. 8. per me reges regnant. Postremo ex dictis constat furere Nestorianos cùm ex his verbis Pauli probare volunt duas in Christo personas, contendentes eum propter quem omnia, & per quē omnia esse filiū Dei, qui Iesum, id est, per sonā humanā consummauit per passiones, vt refert Iohannes Maxētius lib. 2. Dialogi Nestoriani, & Catholici. c. 10.

Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur ex vno omnes.] Explicat hinc vsque ad finem capitis vt iam diximus, cur dixerit, decuisse Deum vt autorem salutis hominum per passiones consummaret: Quoniam ipse est eiusdem naturæ cum hominibus, & ideò debuit eis per omnia assimilari. Hoc ergo ait: Christus qui sanctificat homines, & quem autorem dixi salutis eorum, & homines, qui sanctificantur ex vno patre Adam sunt, eiusdem naturæ sunt, & ex eadem stirpe orti sunt. Itaque ex vno ita accipit, vt cùm dixit apud Lucam Actor. 17. fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ. Quare cùm dicit: Qui sanctificat, propriè de Christo loquitur, non de omni sanctificante, vt nonnulli intelligunt: neque enim id in alijs verum est, Deus enim sanctificat ho
49 mines, qui nō est eiusdē naturę cum illis. Et de Christo loquitur, vt de Pōtifice, quē eiusdem naturę esse oportet cū ijs, quorum Pōtifex est, sicut. c. 5. dicit, omnis nāq; Pōtifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cōstituitur, &c. Propterea paulò post, in hoc eodem. c. ait: Debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors, & fidelis Pōtifex fieret ad Deum, vt repropitiaret peccata populi. Chrysostomus, & multi alij intelligunt ex vno patre Deo, quod recte etiā dicitur, sed germanior videtur prior expositio, primum, quoniam magis congruit cum verbis sequentibus, nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahę apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari, & cæt. deinde quoniam Christus vt Deus sanctificat nos, nec tamen ea ratione est frater noster, aut eiusdem natu-

naturæ nobiscum, licet sit ex eodem patre Deo, cuius naturalis filius est. Præterea Angeli sunt ex eodem patre Deo, sicut & homines, nec tamen eos vocat Christus fratres, sed nos quia non sunt ex Adam, vnde nec fratres nostri sunt. Christum autem ita esse dicit ex vno nobiscū vt frater noster sit, sicut continuò probat. Quare multo melius sine dubio exponitur: ex vno, scilicet patre Adam.

Nuntiabo nomen tuum fratribus meis] Ex Psal. 21. hæc verba desumpsit, quem de Christo scriptum esse, notissimum est, indicantibus nonnullis in locis Euangelistis, & Apostolis. Atque merito hæc potius, quam alia attulit, quoniam in eis non solum se fratrem hominum vocat, sed etiam venturum se promittit, vt eos per sermonem suum & per sacramenta legis suæ sanctificet. Eodem 50
pertinet quod sequitur: In medio Ecclesiæ laudabo te, his enim verbis multitudo hominum sanctificandorum indicatur, qui venient ad Ecclesiam, & sanctificans eos laudabit patrem cuius voluntate homines vocati & sanctificati sunt, sicut fecit Lucæ. 10. In ipsa hora exultauit Iesus in spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi pater Do- *Luc. 10.*
mine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quod hic promisit: Nuntiabo &cæt. fecisse docet Iohan. 17. manifesta
ui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mūdo.

Ego ero fidens in eum] Chrysostomus & Theophylactus & multi alij dicunt hæc afferri à Paulo vt probet Christū esse hominem, & similem nobis, quando quidem, sicut quilibet nostrum, sperat in patre. At si hoc rātum probat, potuit id multis alijs locis probare, vt cùm dicitur Christus sensisse dolorē, aut esuriisse, aut orasse &c. Sine dubio aliquid, latet in hoc testimonio mai°. Scied ergo, hæc verba non esse desumpta ex Psal. 17. vbi legimus: Deus me° adiutor meus, & sperabo in eum, vt multi putant. Ibi enim est apud lxx. ἐλπιῶ ἐπ' αὐτῷ, quod Paulus hic non habet, ex Isaia potius desumpta videri possent: nam Isai. 12. pro eo quod est in vulgata translatione: Fiducialiter agā

& nō timebo. In translatione lxx. quā sæpe Paulus sequitur, sunt eadē verba, quæ nunc ipse refert πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ καὶ ὁ φοβηθήσομαι, Ero fidens in eo & non ti-
51 mebo. Verum neque hinc sumpta sunt, quoniam hic, non Christus loquitur, sed populus, ait enim: Et dices in die illa: confitebor tibi Domine: quoniam iratus es mihi &cæt. Sed omnino sumpta sunt ex cap. 8. eiusdem prophetæ, in quo sine dubio Christus loquitur: Expectabo Dominum: qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & præstolabor eum. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus &cæt. Quæ verba continuo vt à Christo dicta referuntur à Paulo. Vbi nos habemus: Et præstolabor eum, leguntur apud lxx: eadem verba, quæ & apud Paulum: καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ, Et ero fidens in eo. At quorsum hæc ab Apostolo afferuntur? Suscepit probandum Christum esse sanctificatorem hominum atque eiusdem naturæ cum illis, quod vt faceret, retulit illud: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te: ex quo satis intelligitur eum hominem futurum fuisse, sed sanctificaturum esse homines, non satis plene atque aperte ex eo cognoscitur. Propterea adiunxit aliud testimonium: Ego ero fidens in eum:
52 hoc est: Quamuis obdurati fuerint Iudæi ad quos ego missus sum, non tamen idcirco diffidam homines à me esse sanctificandos, nam & ex eodem populo non nullos mihi dabit pater & per eos reliquæ nationes ad me venient. Atque hæc quidem intelligentia haud obscurè accipitur ex præcedentibus & sequentibus in eodem Propheta: sed quoniam Apostolus peritis legis & prophetarum scribebat, satis sibi putauit locum attingere, præsertim cum sequentia apposuerit: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus, quod de Apostolis & primis in illo populo credentibus dictum est. Præcessit autem illud: Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, id est, quamuis Deus iratus Iudæis in sua eos incredulitate relinquat expe-

ctabo

ctabo tamen eum vt ad prædicationem meam paucos saltem conuertat, & ero fidens in eo, per illos ad alias gentes esse reducendas. Vnde & ante hæc dixerat Isaias: Liga testimonium, signa legem in discipulis meis, idest, claudetur, atque obsignabitur lex Euangelica per discipulos meos, qui inde ad gentes eam deferent.

Ecce ego & pueri mei.] Ne frustra speraſſe videatur, meri 53
to hæc etiam retulit ex eodem Isaiæ loco citato, quorum sensus est: En ego & pueri mei præsto sumus, vt per nos homines vocentur & ad Deū adducantur. Pueri Hebraicè יְלָדִים ducitur quenomen יֶלֶד à יָלַד quod est parere, aut generare: quare sæpe filium significat, cum nomen additur eius, cuius puer est, vt. 1. Reg. 1. Fuerunt Phenennæ filij, Annæ autem non erant liberi. Pro filij, & liberi in Hebræo est יְלָדִים Hos. 1. sume tibi vxorem fornicationum & filios fornicationum. Est ergo ac si diceret: Ecce ego & filij mei, sicut interpretantur Chrysostomus & cæteri Græci. Quod cū dicit, eiusdē naturæ se esse ostendit cum illis, vt Pōtifex & magister, & eos perse esse sanctificatos, propterea enim eos vocat filios suos. Cæterū apud Isaiā nō legitur, Mei, sed tantūmodo: Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Deus: neq; apud lxx. neque in Græco apud Paulum, sensus tamen nequaquā variatur appositione illius particulæ quin potius explicatur magis.

Quia ergo pueri cōmunicauerunt carni & sanguini.] Quia illi quos ipse filios suos vocare dignatus est, verè homines fuerunt, ipse etiam verè homo esse voluit, vt eos ad se alliceret & sanctificaret. Carnem & sanguinē vocat naturā humanā, ex his enim corpus nostrū cōstat vt Matt. 16 quia caro & sanguis nō reuelauit tibi & Gal. 1. cōtinuo nō acquie- *Caro & sanguis.*
ui carni & sanguini, nec veni Hierosolymā ad antecessō
res meos Apostolos. Nō itaq; nūc in malā partē hæc accipiūtur vt interdū solēt. Quid aūt sit cōmunicare, cōtinuo interpretatur cū dicit, & ipse similiter participauit eisdē, quare cōmunicare carni & sanguini, nihil aliud est: quā 54
naturæ humanæ participē fieri. Iure aūt hūc locum cōmēdant Chrysostomus & Theophilact. quoniā apertissime ex eo probatur aduersus hæreticos humanitatē Christi non

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti non apparentem sed veram prorsus fuisse, qualis & nostra est, præsertim cum dicat: Et ipse similiter ὑπῆρξεν αἵματος.

Vt per mortem destrueret &c. Hoc est, vt mori posset. Deus enim mori non poterat: at oportebat vt moreretur vt morte sua Diabolum superaret, qui habebat mortis imperium. Videri autem potest improprie dictum: Qui mortis habebat imperiū, cum constet non aliā ob causam hoc dici, quā quod, vt est in libro Sapientiæ c. 2. Inuidia Diaboli mors introiuit in orbē terrarum. Verè enim introiuit mors per peccatum primi parentis, nec tamē idcirco ipse dicitur habere mortis imperium, magis quā si diceremus Helenam apud Troiam imperiū mortis habuisse. Mortis imperium habet, qui occidit, quos vult, etiā si vitam dare non possit, non enim vitæ, sed mortis imperium habere
55 dicitur, & Diabolus occidit quos vult, quia omnes homines occidit. Ipse enim mortē inuexit generi humano cupiens illud perdere ac delere. Et quia post peccatum primorum parentum, ipse quasi accusator est omniū hominum vt moriantur, & iuxta legem Dei id necesse est fieri quod ipse cupit & petit, & mors omnes aufert, sicut ipse vult. Mortuique omnes, ipsius subjacerent ditioni in perpetuum, nisi Christus sua nos morte liberasset ab eius potestate, nō immerito mortis habuisse imperiū dicitur. Quē admodū in historia illa Dan. 6. cum satrapæ Babylonis accusarunt Danielem apud Darium, quod contra legem ipsius regis domi suæ orasset, & rege cupiente liberare Danielem, illi vrgebant dicentes: Scito Rex, quia lex Medorum atq; Persarum est, vt omne decretum, quod constituerit rex, non liceat immutari. Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielem, & miserūt eum in lacum leonum. Hi profecto in causa Danielis mortis imperium habere dicentur. At Adam causa mortis nobis fuit, sed nihil tale cupiens, neq; homines accusat vt moriantur, nec mortuos sub sua habet potestate. Et quoniā Christus per passionem suam, resurrectionem, & immortalitatem nobis peperit, & diabolo hanc potestatem ademit, destruxisse dicitur eum, qui mortis habebat imperium, id est, vicis-

so

se atque spoliasse, tunc enim rex destructus dicitur, cùm vincitur, & regno atque opibus spoliatur.

Et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam.] Hoc est, vt hominibus terrorem mortis adimeret, qui dum viuebant, erant in misera quadam seruitute, dum recordabātur necessariò sibi esse moriendum. Nunc autem per mortem Christi spes nobis certa data est immortalitatis, nec metu mortis angimur. Theophylactus: Obnoxij itaque erāt seruituti, hoc est, semper tremebant, ceu serui dominum, amaram ipsam mortem, nullam planè voluptatem ex aliqua re percipientes. Collige hinc, quod mortem metuens expers est libertatis, omniumque seruus est, &c. 59

Nusquam enim Angelos apprehendit, &c.] Communis Græcorum, & Latinorum fere expositio est: Non assumpsit naturam Angelicam, sed humanam. Quæ & si venerāda, & valde probabilis sit, habet quiddam duriusculum, quod vtroque in loco apprehendit non præteriti temporis est, sed præsentis ἐπιλαμβάνεται. Si enim diceret: Nusquā assumpsit Angelos, sed semen Abrahæ assumpsit: quæ causa esse potuit huius locutionis, vt præsens pro præterito vsurparet? Quomodo propriè dici potest, Christū nūc 57
assumere naturam humanam? Adde quod non dicit, naturam Angelicam, aut certe Angelum, quod ita intelligerotur, atque cùm patres dicunt: assumpsit hominem: sed Angelos: nec vllus vt opinor dicet: Christus assumpsit homines, id est, naturam humanam: cur ergo dicatur assumpsisse Angelos? Similiter nescio, an Theologi ferrent quemquam, qui diceret: Filius Dei assumpsit semen Abrahæ, semen enim personam, id est, filium aut filios significat. Me quidem mouent hæc, nam etsi possum ea, vtcumq; soluere, mihi tamen ipse non satisfacio, sed libentius fatebor me non intelligere sensum Pauli, quam tot patrum explanationi contradicere: tentabo tamen & aliter hūc locum exponere, si prius vim verbi, ἐπιλαμβάνομαι, explicauero. Significat hoc verbum manus in rem injicere, sicut injiciunt qui pignora à debitoribus non soluētibus capiunt, aut tenere siue apprehendere, vt cum hominem fugientem apprehendimus, aut occasionem, ne elabatur tene-

 mus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

58 mus. Sensus ergo est, alienati erant à Deo Angeli per peccatum, nec tamen vnquam videmus Deum manus injicere in eos, tanquam in rem suam vt eos retinoat, & ad se reuocet: at in semẽ Abrahę, id est, in filios & posteros Abrahę manus injecit quotidie, & eos per fidẽ ad se reducit. Vel, Angelos fugientes non apprehendit, homines vero, qui se fugerant, & abiecerant quotidie apprehendit, vt à fuga reuocet, & ad se reducat, ita enim, Chrisostomus, & reliqui Græci acceperunt verbum ἐπιλαμβάνεται. Quid autem vocet semen Abrahæ, ex eodem Apostolo intelligimus Rom. 9. in quo elegãter docet omnes electos ex vtroque populo, id est, ex Iudæis, & ex gentibus, filios, siue semen Abrahæ dici. Non enim, inquit, omnes, qui ex Israel, ij sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij sed in Isaac vocabitur tibi semẽ: id est, non, qui filij carnis, ij filij Dei, sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine. Conuenit hic sensus verbis ipsis, quorum proprietatem seruat: conuenit optimẽ, & cũ præcedentibus. Dixerat enim eum factũ fuisse hominem vt mori posset, & morte sua liberaret homines à morte, & infert continuo: Nusquam enim Angelos, & cætera si dicat: Atque ita
59 videbitis, non liberari ab eo Angelos, quos si liberare voluisset, Angelus factus esset, vt qui sanctificat, & qui sanctificantur essent ex vno omnes, sed homines quotidie liberat, quia vt illos liberaret homo factus est. Ex quo etiam sequitur, nec pro Angelis qui remanserunt, sanguinem fudisse Christum, si enim hoc facturus esset, naturã eorum assumpsisset.

Vnde debuit per omnia fratribus assimilari.] Quia eorum pontifex fieri voluit, oportuit vt naturam eorum assumeret, qua assumpta etiam oportuit vt in omnibus similis fieret ijs quos fratres appellare dignatus est, in omnibus inquam quæ redemptorem & sanctificatorem decẽt, peccata autem aut tentationes internæ peccatorum non decẽt eum qui venit vt peccata deleret. Quæ sint autem omnia ita explicat Theodoretus: Nam & nutrimenti, sicut nos fuit particeps, & laborẽ sustinuit, & anxio animo fuit, & fleuit, & mortem subijt.

Vt mi-

Vt misericors fieret, & fidelis Pontifex.] Docet cur debuerit fratribus assimilari in ijs, quæ diximus, vt fieret pro nobis Pontifex misericors & fidelis. Pontifex fit cùm pro nobis offert sacrificiũ, Misericors, quia ipse labores & dolores nostros expertus est, & quasi expertus nostri miseretur, recte enim dictum est. 60

Non ignara mali miseris succurrere disco.

Et infra. c. 4. ait idẽ Apostolus: Nõ enim habemus Põtificẽ, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatũ autem per omnia pro similitudine (id est, vt nobis, quos redimere volebat similis in omnibus fieret) absque peccato. Fidelis autem dicitur, verus, vt aiunt Chrysostomus & Theophylactus, qui verè efficit id, quod nomine & officio suo pollicetur, id est, vere Deum nobis placat, hoc est enim officium Pontificis, & hoc efficit patiendo. 1. Æneï.

Ad Deum Πρὸς τὸν θεόν. Et subauditur more Græcorũ κατὰ, id est, secundum ea, quæ ad Deum pertinent aut, in ijs, quæ apud Deum forent agenda, vt vertit Erasmus. Eodem modo loquitur cap. 5. vbi interpres vertit in ijs, quæ sunt ad Deum, & Erasmus: in ijs, quæ apud Deũ agũtur. Omnis nãque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum.

Vt repropitiaret delicta populi. Vt placaretur Deus peccatis populi: Erasmus: ad expiandũ peccata populi. Docet quod nã sit officiũ veri & fidelis Põtificis, quod Christus vt præstaret, naturam nostram assumpsit. Dixit autem populi, vt similitudinem retineret Pontificis, qui pro peccatis populi sui orat. Populum præterea vocat totum electorum cœtum, sicut Matth. 1. ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. 61

In eo enim in quo passus est ipse & tentatus &cæt.] Hoc est Quia ipse passus est, & tentatus. Erasmus: Nam ex hoc quod ipsi contigit tentatum esse & cæter. Tentationem autem vocat Apostolus perpessionem laborum, & dolorum, & mortis, his enim homo tentatur. i. experimentũ de eius virtute & patientia sumitur, iuxta illud Sapientiæ 2. Contumelia & tormento interrogemus eum, & probemus patientiam ipsius. Ita capitul. 4. Tentatum autem

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per omnia pro similitudine absque peccato. Et Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiã operatur. Et postea: Beatus vir, qui suffert tentationẽ, & cæt. Cæterum in Græco non legitur. Et tentatus, sed sine coniunctione: ἐν τῷ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθείς, ideſt, in eo enim, quod passus est ipse tẽtatus, quod ita videtur intelligendum: Ex eo enim, quod ipse multos labores tulit afflictus, & vexatus. Sed idem est, cũ sensu nostræ translationis. Erasmus autem accepit, πέπονθεν, quomodo Græci dicere solent eum pati, cui aliquid contigit, quod licet non videatur in Apostolo vsitatum, non est improbabile; ita enim interpretatus est Oecumenius cũm ait: Hoc est, quando quidem ipsi accidit, vt ipse proprio corpore tentaretur, & affligeretur.

Tentatio. 62

Potens est & eis, qui tentantur, auxiliari] Theophylactus Itaque potest auxiliari, hoc est, promptus est & pronus, vt manum porrigat afflictis condolescens. Similiter & Chrysostomus & Oecumenius. Idem Oecumenius alteram etiam explanationem Photij affert, quæ mihi valdè placet. Quia Diabolus corpus Christi, quod peccati expers erat afflixit per Iudæos, & Christus cum peccatum nullum haberet tentatus ac passus est, iuste fortitudinem habet aduersus Diabolum, vt etiam homines, qui sub peccatum redacti sunt, ab inductis inde afflictionibus eripiat, & auxiliator constituatur ijs, qui tentãtur, & affligantur. Hæc expositio melior est, quia magis retinet proprietatẽ vocabuli: Potẽs est. Et de affectu Christi iam dictum erat: vt misericors fieret, & fidelis Pontifex: de potestate restabat dicere, & id nunc dicitur.

CAP. III.

1 VNDE *fratres sancti vocationis cælestis participes.*] Sanctos vocat (quod tunc erat cõmune nomen Christianorum) quasi laudans eos, quod Christiani esse voluerint, & hortans, vt semper in ea sanctitate maneant vocationis cælestis participes,

ticipes eadem ratione, ac si dicat: Non vobis terrena promittuntur, vt ijs qui sunt sub lege, sed ad cœlestia bona vocati estis: ne ergo de lege cogitetis aut de Mose, sed cõsiderate Christũ, qui vos ad tã sublimia bona vocauit.

Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum.] Vult eos considerare Christum vt videant quanto præstantior sit Mose. Prætulerat iam eum Angelis, nunc eum præfert Mosi, vt videant Euangelium ex omni parte præstare legi. Sed quæret quispiam, quid necesse fuerit præferre illum Mosi cum Moses minor sit Angelis, quibus maiorem esse Christum docuit. Non nisi obiter id facit, & quidem sumpta ex ijs, quę dicebantur occasione, quasi ea ipsa magis explicaturus. Dicit enim de Christo, qui fidelis est ei, qui fecit illum: & quoniam Num. 12. Moses fidelis vocatus est, ne id consulto tacuisse & quasi de fugisse videretur, addidit: sicut & Moses in omni domo eius. Deinde ne putarent pares esse in hac fidelitate, & in hoc munere ministrandi Deo, Christum & Mosem necesse habuit dicere quid Christus Mosi præstaret. Nec hoc quidem sine causa. Magna enim erat apud Iudæos Mosis autoritas, & quamuis natura Angelos superiores esse non ignorarent, putare tamen poterant in ijs, quæ ad institutionem populi, & ad salutem gentis suæ pertinebant plura fortasse Mosem à Deo accepisse, quam Angelos, ideo neminem illi præponendum putabant. Hinc illi dicunt Ioh. 9. Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus: nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit. Iure autem Christum, Apostolum appellat Hebræorum, quoniam eius quidem discipuli Apostoli erant gentium, ipse Apostolus proprie Iudęorum fuit, sicut testatur Matth. 15. non sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israel: Et hoc est, quod scribit Paulus Roman. 15. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis (ideſt, Apostolum Iudęorum, qui vocantur circumcisio) propter veritatẽ Dei ad confirmandas promissiones patrum, ideſt, vt impleret, quod promissum fuerat patribus. Pontificem cur vocet, paulo ante diximus in 3

fine

fine cap. præcedentis. Quodque dicit: Apostolum, & Pontificem confessionis nostræ, potest ita intelligi, quem nos Apostolum, & Pontificem confitemur, sicut S. Thomas, & Adamus exposuerunt. Aut ita: Apostolum, & Pontificem confessionis nostræ, id est, fidei & doctrinæ, quã confitemur, sicut Theodoretus, & Oecumenius, & Theophylactus interpretati sunt. Quod mihi etiam magis placet. Et sine dubio hoc voluit Apostolus. Quoniam ita accipere solet confessionem, vt cap. 4. Habentes ergo Pontificẽ magnum, qui penetrauit cœlos, Iesum filiũ Dei, teneamus confessionem. Et cap. 10. Et abluti corpus aqua munda teneamus spei nostræ confessionem in declinabilem, fidelis est enim, qui repromisit. 2. Cor. 9. Glorificãtes Deum in obedientia cõfessionis vestræ in Euangelium Christi. Confessio vocabatur, quoniam, qui baptizabantur publicè fidem confitebantur. 1. Tim. 6. certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in quam vocatus es, & confessus bonam cõfessionem coram multis testibus. Ex quo intelligimus cur dictum sit Rom. 10. corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Christus

Confessio.

4 ergo Apostolus est confessionis illorum, quia illos fidem docuit, quam in baptismo confessi sunt. Pontifex est, quia Pontificis etiam est docere populũ vt cognoscant Deum, quem pro eis orat, & quem ipsis placare quærit. Postremò cùm dicit: vnde fratres, & cæt. ostendit, id quod dicit colligi exprædcentibus, ac si dicat: cum itaque Christus verus Dei filius vt nos sanctificaret, nostræ naturæ particeps esse voluerit, & pontifex noster effectus, nos à mortis timore, & seruitute liberauerit, cõsiderate quem Apostolum, & Pontificem habeatis, vt nulla persecutionum & vexationum acerbitate ab eo dimoueamini aut à confessione, & doctrina, quam vobis tradidit.

Qui fidelis est ei, qui fecit illum.] Subaudi Apostolum & Pontificem. Erasmus: Qui constituit illum. Alij: Qui præfecit illum. Quod ita intelligendum est: Fidelis est ei, qui illum Apostolum fecit, & Pontificẽ, in omni domo eius, sicut & Moyses, de quo num. 12. in omni domo mea fidelissimus est. Quænãsit hæc domus, in qua Christus fidelis est,

est, mox indicat dicens: Christus vero tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos: fidelis apostolus est, ea nuntians, quæ à patre suo accepit, à quo missus est. Fidelis pontifex nihil prætermittens eorum, quæ ad expiationem peccatorum, & ad salutem hominum necessaria viderentur.

Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus.] Quoniam quod fuit dignitatis in Mose, Christum etiam habere dixit, & illi similem esse, nequis forte in hac similitudine æqualitatem etiam intelligeret, docet Christum tanto præstantiorem gloriam Mose accepisse à patre, quanto maior domo est, qui illam fabricauit. Cur hoc dixerit continuo ostendit. Cæterum, domus, pro, domo, dictum est, Græcam enim locutionẽ imitatus est interpres, vt apud Matth. cap. 10. scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & sapientiæ. 10. Et ferret, quoniam omnium potentior est sapientia. Ita etiam est in nonnullis codicibus Ioh. 5. Ego testimonium habeo maius Iohãnis, in alijs: maius Iohanne, & in huius Ep. cap. 6. homines enim per maiorem sui iurant. Quod quia nonnulli non animaduerterunt, male verba Apostoli interpretati sunt. S. Thomas enim subaudit, Dominus, Titelmanus, quanto ipsius domus, vel, ex ipsa domo maiorẽ habet gloriã, qui eã fabricauit. Interlinearis: domus, id est, in domo, vel, ex domo facta. Lyranus etiã exponit in domo. Sed nostrã expositionẽ amplectũtur Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus, Oecumenius, & alij Græci expositores, quos ex Latinis sequũtur Primasius, Caietanus, & sequẽtur ꝑculdubio oẽs, qui Græcã phrasim, vel mediocriter obseruarint.

5

Omnis namque domus fabricatur ab aliquo.] Hoc est: dixi Christum habere tanto maiorem gloriam Mose, quanto artifex maior est domo, quoniam Moses pars erat domus, in qua fidelis erat, vnus enim erat ex populo Dei. At Christus est artifex, & fabricator huius domus. Si domus est, ab aliquo eã fabricari necesse est, ita Moses, qui erat pars domus, à Deo creatus est: Christus autem est Deus, qui omnia fabricauit. Theophylactus: Animaduerte itaque quomodo cæperit comparationem à carne, conscenderit

autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem ad diuinitatem, vbi incõparabiliter conditorem & autorem operibus præstantiorem esse demonstrauit.

Tanquam famulus] Non tanquam Dominus domus, sed vt conseruus, vt procurator fidelis dicitur in domo Domini sui.

6 *In testimonium eorum, quæ dicenda erant.*] Vt fideliter referret populo, quæ à Deo nuntiare iubebatur, vt tanquam testis verax diceret, quæ audierat, & viderat, ideo enim dicit in testimonium. Ita Apo. 1. Qui testimonium perhibuit verbo Dei, ideſt, qui vt verus testis dixit, quod de Christo audierat, & viderat.

Christus vero tamquam filius in domo sua.] Aliter fidelis est in domo famulus, aliter filius, qui vt Dominus res patris administrat & toti familiæ præest. Interpres Chrysostomi & Theophylacti verterunt perspicuitatis causa. Christus autem sicut filius administrat domum ipsius, Chrysostomus: vides quo modo factorem & factorem discernit, quomodo seruum & filium? Et ille quidem in paternas res sicut Dominus ingreditur, iste autem sicut seruus.

Quæ domus sumus nos] In Græco & apud Chrysostomũ, Theophylactum, œcumenium, Theodoretum legitur: cuius domus sumus nos, sed sensus est idem.

Si fiduciam & gloriam spei &c.] Tacite eos hortatur vt firmi sint in vocatione sua, nec reuerti velint ad legem Mosis. Nos inquit, sumus domus Dei, quia in nobis habitat & ei curæ sumus, si modo nos non amittamus tantum bonum abijcientes fiduciam & gloriam spei, quam habemus. Fiduciã retinet, qui non erubescit, nec timet Chri-
7 stum confiteri, quamuis ob eam confessionem, affligatur ab inimicis. Quare eleganter hanc fiduciam appellauit παῤῥησίαν, quod significat libertatem in loquendo. Gloriã spei retinet, qui quamuis à perditis hominibus multa patiatur, perdurat in confessione Christi & in obedientia præceptorum eius, sciens sibi magnam mercedem repositam esse in cælo, & illa se spe consolatur. Pro gloria est καύχημα, quod proprie significat gloriationẽ, quasi dicat: si semper in hac spe gloriemur, quod idẽ expressit Rom. 5. cum

3. cum ait: Et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Chrysostom⁹: Benedixit spei, quoniã oĩa bona in spe sunt cõstituta. Oportet autem illam ita certam tenere, vt nõ secus gloriemur, quàm si iam cõfecta essent, quæ speramus: propter hoc dicit: gloriationem spei. Idem: Deinde laudat eos etiã dicens: Siquidem fiduciam, & gloriationem spei vsque ad finem firmã tenuerimus. Ostendit eos cæpisse: oportet aũt vsq; ad finẽ, & nõ simpliciter stare, sed firmam habere spẽ in certa fidei persuasione, non nutabundos, aut loco motos à tentationibus. Cæterum quoniam fiducia fœminei generis est, & gloria apud Græcos est neutrius, καύχημα, si legamus firmam, tãtum ad fiduciam referetur: sensus aũt postulat vt ad vtrũq; referatur, & ideo legẽdũ cẽseo firma, & in Græco nõ βεβαίαν, vt nũc habent codices, sed βέβαια.

Qua propter, sicut dicit Spiritus sanctus.] Cum dicit: Qua 8
propter, quasi cõclusionem colligit ex præcedentibus, id est, ex eo quod dixerat: Quę dom⁹ sumus nos, si fiduciã & gloriam spei vsq; ad finem firmam retineamus. Hortatur ergo eos, vt in cõfessione Christi stabiles sint dum vixerint, etiam si ob id persecutiones patiantur. Hoc autem facit verbis Spiritus sancti, qui per Dauidem locutus est.

Hodie si vocẽ eius audieritis.] Ex Ps. 94. hæc desumpta sunt, quæ paulatim exponemus, & adnotabimus siquid cum verbis Dauidis cõgruere minime videbitur. Quid ex his verbis colligat Apostolus, & quorsum ea in medium protulerit indicat paulò post cùm ait: videte fratres ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedẽdi à Deo viuo: sed adhortamini vosmet ipsos per singulos dies donec hodie cognominatur. Colligit autem optime quod vult, quoniam Psalmus continet mirificam quandam exhortationem, qua populus Iudaicus excitatur ad Christum cum venerit, recipiendum, & adorandum vt ex primis verbis intelligitur: Iubilemus Deo salutari nostro, & ex illis: Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius: salutare enim nomen Christi est, vt Luc. 3. ex Isaia: Et vi- 9
debit omnis caro salutare Dei. Et capite 2. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Gen. 49. Salutare tuum expectabo

domine, similiter, & pastor Isai. 40. sicut pastor gregē suū pascet: in brachio suo cōgregabit agnos. Ezec. 34. Et suscitabo super eos pastorē vnum qui pascat eas, seruū meum Dauid: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ad quę dominus alludens Ioh. 10. Ego, inquit sum pastor bonus, quod cum duplici articulo positum est ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός Recte ergo ait: Iubilemus Deo salutari nostro, id est, exultemus quātum possumus, quandoquidem venit iā salus Dei, quā tot annos expectauimus. Eodem modo intellexerunt hunc Psalmum Arnobius, & Hieronymus vt recentiores omittam. Eleganter etiā in verbis ab Apostolo allatis hoc indicatum videm⁹, cum enim dicit: Hodie si vocem eius audieritis, Dauid loqui videtur, loquitur aūt pater vt ex sequentibus manifestum est: vbi tentauerunt me patres vestri, &c. Et de Christo ait: vocē eius. Est ergo sensus: cū vocē Christi audieritis, nolite duro corde illā repellere, sed obedire ei, sequimini eum, & nullomodo ab eo recedatis.

Sicut in exacerbatione.] Videte ne imitemini duritiem patrum vestrorum, qui in deserto exacerbauerunt me, id est, vehementer me ad iracundiā concitarunt. Tentationem rectè illam intelligemus de qua Exod. 17. Qui iurgatus cōtra Moysem ait. Da nobis aquam vt bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid iurgamini cōtra me? Cur tentatis Dominum? Et postea. Et vocauit nomen loci illius, tentatio, ppter iurgium filiorum Israel, & quia tentauerunt Dominum dicentes: est ne Dominus in nobis, an non.

Secundū diē tētationis.) Quoniam dixerat, sicut in exacerbatione vt magis explicaret addidit: Secundum diem tentationis, id est, sicut in die tentationis, quēadmodum vertit Hieronymus, quod ex Hebræo manifestissimum est, similiter enim dixit, secundum exacerbationem, & secundum diem tentationis כְּמְרִיבָה & כְּיוֹם Ita loquitur scriptura vt Iob. 29. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me, id est, sicut in mensibus pristinis, sicut in diebus, &c. Ierem. 44. Et versæ sunt in solitudinem, & vastitatem secundum diem hāc, id est, sicut in die hac, subaudi, cernitur. Eodem modo intelligitur illud Dan. 9. Et nunc Domine Deus noster,

Secundum.

ster, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc. Hosee. 2. Et canet tibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascēsionis suæ de terra Ægypti, id est, sicut in diebus iuuentutis, sicut in diebus ascensionis &c. Mich. 7. pascentur Basan & Galaad iuxta dies antiquos secundū diem egressionis tuæ de terra Ægypti ostendam ei mirabilia. Neq; refert vtrum, iuxta, vertatur, an secundum, cū semper sit eodem modo in Hebræo. Quare non est exponendū: Secundum diem tentationis, in die tentationis, sed, sicut in die tentationis. Notandum etiā eadem vocabula quibus hic vtitur Dauid, id est, מְרִיבָה quod est exacerbatio, & מַסָּה id est, tentatio poni apud Moysem Exod. 17. vbi legimus: Et vocauit nomē loci illius tētatio, propter iurgiū filiorū Israel. In Hebræo pro tētatio sūt hæc duo vocabula ac si dicam⁹: Et vocauit nomē loci illi⁹ exacerbatio & tētatio propter iurgiū filiorū Israel. lxx. πειρασμὸν καὶ λοιδορησιν, id est, tentatio & iurgium. Ex quo intelligimus Dauidē illā historiam respicere, quam diximus, & eandem rem signatam esse duobus nominibus cum dicitur: sicut in exacerbatione secundum diem tentationis, secundumque additum vt melius res intelligeretur. Nec male quidam exacerbationem & tentationem nomen loci illius esse voluntate, vt ex loci nomine historiæ recordentur.

Vbi tētauerunt me patres vestri.] Antequam hæc exponamus videndum est, vtrum verba illa: Quadraginta annis sint finis huius sententiæ, an initium sequentis, pendet enim hinc reliquorū expositio. Etenim in Ecclesia semper ita legitur, & canitur: Quadraginta annis proxim⁹ fui, &c. neque in Hebræo neque in translatione lxx. quid quam est, quod huic lectioni obstet. In codice pontificio eodē modo legitur & ita legerunt Aquila & Symmachus. At vero quoniam Paulus manifeste hæc iungit cum præcedentibus dicens: Probauerunt me, & viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod infensus fui generationi huic, Nec potest vllo modo ita sentētia incipere: Quadraginta annis, propter quod infensus fui generationi huic: omnino ita legēdum & distinguēdū censeo. Quod

etiam admonet scholium Græcum: Oportet, inquit, legere: probauerunt me, & viderunt opera mea quadraginta annis: Deinde inferre, quasi ab alio principio: Propter qđ
13 infensus fui, &c. Ita etiam Basilius & Theodoretus, si modo duo, ac nō idem sunt. Sed recte vtiā legi pōt in Psalmo: quadraginta annis offensus fui, qm̄ revera totos quadraginta annos Deus offensus, & molestia (vt ita dicamus) affect' est, ppter tentationē, & incredulitatem illius populi, qui nō fuit penit' cōsumptus vsq; ad annum quadragesimum, nam tempus quadraginta annorum datum est etiā vt possent mori omnes qui egressi sunt ex Ægypto à vigesimo anno, & supra, illi enim exacerbauerunt Deum ad aquas cōtradictionis vt videmus Exod. 17. Et num. 20. Et illi voluerunt reuerti in Ægyptum territi verbis exploratorum, cum Dominus iratus iurauit neminem eorū ingressurum esse in terram promissionis. Num. 14. viuo, ait Dominus, sicut locuti estis audiente me sic faciam vobis: in solitudine hac iacebunt cadauera vestra omnes qui numerati estis à viginti annis, & supra, & murmurastis contra me non intrabitis terram, super quam leuaui manum meam vt habitare vos facerem, & cæt. Et postea: Filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationum vestram donec consumantur cadauera patrum in deserto, & cæt. Quare Euthymius in
14 eundem Psalmum tantum dixit: Et quod ait: Quadraginta annis, aliqui superioribus verbis coniungunt, aliqui vero subsequentibus, & cæt. quoniam vidit vtrumque recte dici. Et Aquila & Symmachus iunxerunt sequentibus vt diximus. Imo, & apostolus ipse postea ait: Quibus autem infensus fuit quadraginta annis? quoniam re vera quadraginta annis tentauerunt eum, & quadraginta annis infensus illis fuit: De horum quadraginta annorum computatione copiose disputauimus in capit. 5. Hamos. n. 6. & sequentibus. Ex his iam tota sententia intelligitur. Illud non prætereundum vbi Paulus legit: Probauerunt me, vsu Ecclesiastico legi, Probauerunt, & viderunt opera mea. Verum in Hebræo est: probauerunt me, & apud. Lxx. quamuis in codice Pontificio tantum

tum legitur: probauerunt. Sed scholium Græcum admonet legendum esse: probauerunt me, certe si non legitur mesubaudiri debet: Et idem sensus est. Præterea in Hebræo est, opus meum, sed lxx. vertentes opera mea docuerunt singulare in Hebræo positum esse pro plurali.

Propter quod infensus fui generationi huic] Apud lxx. & in 15
nostra vulgata editione psalmorum, & apud Paulum in Græco est, generationi illi, in Hebræo neque est huic neque illi, sed generationi. Quare sive dicamus hūic sive illi nihil refert, cū constet eū loqui de hominibus illis, quos eduxit ex Ægypto. Pro infensus fui, in Hebræo est ותקע quod Hieronymus vertit: displicuit mihi generatio illa: Aquila & Symmachus δυσηρεστήθω, ideſt, displicui mihi in generatione illa, tædio affectus sum & molestia. lxx. προσώχθισα. quod Euthymius interpretatur: inimicus ei eram atque implacabilis, quod significatur, sive vertas: infensus fui sive offensus fui: vtrūq; enim est in nostra vulgata trāslatione, alterū apud Paulū alterū in psalmis. In psalterio Romano legitur: proximus fui. Causa varietatis est verbū προσοχθίζω, qđ significat irasci & inimicū esse, & appellere ad littus, sive appropinquare: sed intelligendū est, proximus fui, sempercum eis fui, puniens eos vt interpretantur Titelmanus, Iansenius, Genebrardus, & quidem cum proximum esse & in bonam & in malam partem accipi possit, sicut & visitare, nam & qui prodest nobis, & qui obest prope nos est, hoc in loco in malam esse accipiendum ex præcedentibus abunde intelligitur. Simile hoc videtur illi, quod est in prophetis frequentissimū cum imminens supplicium denuntiatur: Ecce ego, ideſt, citò tecum ero.

Et dixi: semper errant corde.] In Hebræo non est, semper, 16
sed ita ad verbum: Et dixi: populus errantium corde ipsi. Quare potest aduerbiū, semper, pertinere, vel, ad verbū dixi, vel, ad verbum, errant, quo modo accipiunt fere expositores, estque sensus: Nunquam sapiunt, semper in errore & in stultitia versantur recedentes à me, & sibi ipsis labores & interitum quærētes, semper illos per Moysem & Aaron admonebam vt resipiscerent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ipsi autẽ non cognouerunt vias meas.] Ne his quidem admonitionibus meis resipuerunt, vt per vias mãdatorum meorum ambularent.

Quibus iurauí in ira mea.] Iratus iurauí eis, vt legimus numerorum. 14. In Græco est, ὡς ὤμοσα, vt iurauí, sicut iurauí, quod Euthymius testatur esse seriò, & cum deliberatione iurãtis, vt ὡς, valeat Quam. Iansenius, & Genebrardus admonent apud Paulum legi οἷς, id est, quibus, vt habet translatio Psalmorum vulgata, & Psalterium Romanum & vt legit Augustinus, idq; multo melius cõuenire cum Hebræo, in quo est אֲשֶׁר: verum hoc ego nusquã inueni, cum multos codices Græcos castigatissimos viderim, in omnibus tam apud Paulum, quàm apud. Lxx. legitur ὡς ὤμοσα, sicque legisse interpretem nostrum manifestum apparet, nam capit. 4. vertit: sicut iurauí in ira mea, & quamuis, ὡς, interdum augeat, vt iam diximus ex Euthymio vt ὡς ἀληθῶς, Quàm verè, id est, verissimè. Frequentius tamen est coniunctio similitudinis vt sit sensus: sic iurauí in ira mea. Quod vero est in Hebræo אֲשֶׁר rectè quidẽ vertitur, quibus, sed poni etiã solet pro כַּאֲשֶׁר, id est, quẽadmodũ, aut sicut. Si ergo aperti° hæc dicere velim°, ita interpretabimur: sicut illi nõ cognouerũt vias meas, sic ego iurauí, &c. vt Ps. 131. Memẽto domine Dauid, & omnis mãsuetudinis eius, sicut iurauit Domino, &c. Pro sicut in Hebræo est similiter אֲשֶׁר Quod Hieronym° vertit: Qui iurauit Domino in Græco est ὡς vt in hoc loco, id est, sicut Dauid iurauit Domino se templum illi ædificaturum, ita tu eius miserere. Probabilia hæc omnia, sed si diligenter obseruemus, inueniemus, sicut & sic, ex illarum particularum numero esse interdum, quæ initio sentẽtiæ positæ, ornatui magis deseruiunt, quã significationi, & tãtum ponuntur, vt sequẽtia connectãt cum præcedẽtibus. Propterea Hieronymus vertit: Et ipsi non cognouerunt vias meas, & iurauí in furore meo, & cæt. Et Psal. 55. vbi nos habemus: Sicut sustinuerunt animã meã pro nihilo saluos facies illos, vertit idem: Plantas meas obseruabunt expectantes animam meam. Quare rectè hoc explicauit Syriaca tran-

17 Sicut.

ca translatio, in qua est, itaque iurauí in ira mea.

Si introibunt in requiem meam.] Si cum verbis iurãdi aut affirmandi, vel, expressis, vel, tacitis idem est, qd non vt Psal. 88. semel iurauí in sancto meo, Si Dauid mentiar. Ps. 131. sicut iurauit Domino, vôtũ vouit Deo Iacob: Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationem. Titelmannus, & Vatablus & Genebrardus in hunc Psalmum, & Adamus in hunc locum Pauli putant quędam suppleri debere, vt, nõ sim Deus, aut, mendax habear, aut aliquid simile, si introibunt in requiẽ meã, nec probant hoc, quod diximus, si, cum huiusmodi verbis accipi pro, non. Quod in Hamos cap. 8. num. 21. falsum esse satis vt arbitror ostendi, quoniam scriptura nusquam exprimit hæc, quæ ipsi tacere dicunt, sed potius addit interdum quædam cum quibus illa non rectè cohæreant, vt. 1. Reg. 14. viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram. Mar. 8. Quid generatio ista signum quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum, vide locum indicatum. Quam autẽ requiem intelligat, rectè explicauit Theodoretus in Psa. 94. his verbis: Quoniam enim in solitudine iter facientes, frequentes loci mutationes faciebant præeunte tabernaculo, in quo Deus habitare existimabatur: in terra vero promissionis, & ipsi ab itinere cessarunt, & tabernaculum in præscriptis locis fixum fuit, iure requiem promissionis, terrã nuncupauit, & cæt. Requiem autem meam dicit, id est, à me illis paratam atque promissam. 18 19 20

Cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo.] Docet cur superiora dixerit, cũ enim Hebræi propter fidem Christi multa à Iudæis persequentibus mala tolerarent, ne forte victi, promissis Christi diffiderent, & ad Iudaismum redirent, accommodat ad eos verba Prophetica: ac si diceret: videte fratres ne forte vnquam efficiamini incredeli, sicut patres vestri, & promissa Christi non credentes recedatis corde malo, & incredulo à lege eius, quã suscepistis. Recedere enim à lege, & fide Christi, est recedere à Deo viuo, quoniã eũ Deus cõstituit hæredem

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersorum, & ipsi voluit omnia subijci, nec Deum te
nere potest, qui Christum reliquerit. Nec sine causa addi
tur, viuo, vt significaret eum videre omnia, quæ fiunt,
vt supplicium sumat de impijs, & permanentes in iusti
tia coronet. Ita cap. 10. dixit, Horrendum est incidere in
manus Dei viuentis. Pro discedêdi est in Græco ἀποστῆναι,
vnde apostasia dicta est.

20 *Sed exhortamini vosmetipsos*] Rationes quærite quibus vos met ipsos exhortemini, vt firmissime permaneatis in fide susceptа. Pro adhortamini est παρακαλεῖτε, vnde
Paracletus Paracletus dictus est. Theophylactus: Hoc est ædificate vos mutuo & confirmate ac fulcite ne cadatis.

Donec hodie cognominatur] Vrget illud quod dictum est
Hodie, Hodie, & latentem eius dictionis vim aperit. Hodie significat in scriptura tempus præsens, siue breue sit, siue longum, vt diximus cap. 1. n. 29. Atque hic tempus vitæ vnius cuiusq; significat, vt Chrysostomus & cæteri Græci autores sunt. Sed quoniam hæc non vni sed multis dicuntur, imo omnibus scripta sunt, mora temporis præ-
21 sentis vsque ad finem sæculi recte appellabitur, Hodie, ita tamen vt ad singulos relatum tempus dumtaxat vitæ singulorum significet. Hoc ergo ait: Dum viuitis (hoc enim tempus per Hodie significatum est à Propheta) facite vt semper in fide & in lege Christi permaneatis, & ad id vos met ipsos exhortemini.

21 *Vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati*] Ne forte illecebris peccatorum capti nolitis audire vocem Dei obdurato corde: cum enim cupiditate ardentes in aliquid rapimur obdurescimus ad voces dehortantium, & audire recusamus, quod nos ab eo auertit.

Participes enim Christi effecti sumus] Agnoscamus dignitatem nostram, tam per baptismum membra Christi sumus & participes spiritus, & gratiæ eius, ne perdamus tot bona, & spem cœlestis hæreditatis recedentes ab eo.

Si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus. Quod interpres vertit substãtiã, Græce ὑπόστασις, dicitur, quod ita interpretatur Chrysostomus. Quid est principium substantiæ? fidem significat, per quam sub

sistimus

sistimus & nati sumus, & essentiales vt ita dicam, facti sumus. Theophylactus: Per ipsam enim subsistimus, & diuina, necnon spirituali essentia fundati sumus atq; regeneratione. Hic ergo firmiter nos ad finem vsque in fide persistere exigit à nobis. Theodoretus eodem modo initium substantiæ, fidem interpretatur. Per illam enim inquit, renouati, & Domino Christo coniuncti sumus, & sanctissimi spiritus gratiam accepimus. Idem fere Oecumenius. Itaque hypostasim intelligunt subsistentiam, & 22
fidem vocant initium subsistentiæ, quia fides est initium subsistentiæ nostræ spiritualis, ideſt, iustificationis & gratiæ, per quam efficimur diuinæ naturæ consortes. Sensus ergo est. Participes quidem Christi effecti sumus per baptismum, sed id nobis nihil proderit nisi ad finem vsque vitæ fidem eius firmam seruauerimus. In codicibus Græcis & apud Græcos expositores non legitur substantiæ eius, sed substantiæ: sed si non legitur, eius, certe subaudiendum est, & noster interpres legit. Ita autem de fide loquitur vt charitatem minimè excludat: quare nihil hinc habet hæreticus, quo suum errorẽ de fide sola tueatur. Si enim fidem necessariam esse docet, quia est initiũ diuinæ substantiæ, non est dubium id etiam fore necessarium, quod est complementum & perfectio participationis eiusdem diuinæ naturæ in nobis, ideſt, gratiam & charitatem. Sed de fide maximè loquitur Apostolus, quoniam Iudæi fideles persequentes, aduersus hanc virtutem præcipue pugnabant, quam si semel amittebant, omnino à Christo alieni reddebantur.

Dũ dicitur, Hodie si vocẽ eius] In Græco est ἐν τῷ λέγεσθαι, 23
quod videtur sonare in eo, quod dicitur, Hodie &cæt. Atque ita Chrysostomus & Græci acceperunt, & quoniam pendet sententia, neque exprimitur, quid factum, aut, quid faciendum sit in eo, quod dicitur: Hodie si vocem eius &cæt. dicunt in his esse hyperbatõ vsque ad initium cap. 4. vbi legimus: Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem &cæt. At noster interpres optime Hebraicam phrasim intellexit, & eleganter vertit, dum dicitur, ita enim nullum hyperbaton est,

Translationis vulgatæ præstantia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed sensus integer & plenus, cum enim docuisset nos esse Christi participes si initium substantiæ hoc est fidem eius vsq; ad finem firmũ retineamus, nũc docet, quid sit vsq; ad finem, dum scilicet dicitur nobis, Hodie si vocẽ eius audieritis, id est, dum in hac vita sumus. Hebræi enim dicũt, Indici aut indicere, pro dum dicitur, In cõuerti, aut In cõuertere, pro dũ, cõuertitur, & similia. Vt ps. 41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie: vbi est, Deus tuus? בְּאָמְרֹ אֵלַי indicere ad me, id est, dũ dicitur mihi. Quo in loco lxx. ita omnino verterũt, vt hic Paulus ἐν τῷ λέγεσθαι, Ps. 125. In cõuertẽdo
24 Dñs captiuitatẽ Siõ, id est, dũ cõuertit ἐν τῷ ἐπιστρέψαι, in conuertere בְּשׁוּב quod idẽ est. Ps. 9. dũ superbit impius incẽditur paup ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι, in superbire Ps. 26 dũ appropiãt super me nocẽtes. ἐν τῷ ἐγγίζειν, Ps. 27. Exaudi Dñe vocẽ deprecationis meæ dũ oro ad te ἐν τῷ εὔχεσθαί με πρὸς σέ, noluit aũt dicere tantum dum dicitur: Hodie si vocem eius audieritis, sed vtile putauit reperire: sicut in exacerbatione &cæt. Vt & dum viuerent timerent exacerbare Deum more patrum suorum, ne à requie Domini arcerentur, & vt cum illis aptius connecteret sequentia.

Quidam enim audientes exacerbauerunt.] Hoc est, nõ omnes, qui ex Ægypto profecti sunt exacerbauerunt Deũ vt Caleb, & Iosue, & paruuli atq; ideo non omnes mortui sunt in deserto, nec omnes prohibiti sunt ingredi in terram promissam, sed illi, qui per incredulitatem Deum exacerbauerunt desperãtes se posse ingredi, vt videmus
25 Num. 14. Quod dũ dicit, tacite hoc agit vt eos ad permanendũ in fide hortetur, etiã si forte videãt nõnullos è suis deficere: ac si dicat: Si illi forte à Christo discesserint, vos manete, nec illos imitemini, illi enim nõ ingrediẽtur in requiem Domini, vos tamen ingrediemini. Fuisse autem in his Hebræis nonnullos, qui persecutionibus cedentes ad Iudaismum redirent, multa in hac Epistola subindicant, sed illud maxime capitul. 10.

Non

Non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem. Hoc agit vsque ad finem capitis.

Per Moysem] Duce Moyse, quod Hebraice diceretur in Moyse, sicut Hos. 12. In Propheta autem eduxit dominus Israel de Ægypto, & in Propheta secutus est.

Quibus autem infensus est quadraginta annis] De hoc iam diximus num. 15. Etiam filijs illorum interdum infensus 26
fuit. Sed quadraginta annis non fuit infensus nisi patribus. Cæteri enim aut postea nati sunt in deserto, aut certe postea viri facti sunt, atque ideo aliqua eorum annorum parte non totis quadraginta annis illis infensus esse potuit.

Nisi illis qui increduli fuerint: Qui enim crediderunt, introierunt in terram, vt Caleb, & Iosue. Atque hi sunt, quorum cadauera iacuerunt in deserto, quinõ crediderũt Dei promissis de terra & volebant in Ægyptum reuerti.

Et videmus, quia non potuerunt ingredi. Hoc est vt Deus iurauit ita factũ est. Ita illis nocuit incredulitas vt eius causa in terram promissionis ingredi nõ potuerint. Multum immoratur in detestatione incredulitatis, quoniam maxime eos confirmare in fide contendebat, vt diximus.

CAPVT. IIII.

TIMEAMus ergo &cæt.] Versatur etiam num in verbis propheticis, & ex illis eos exhortatur. Timeamus, ait, omnes ne forte aliquãdo negligamus Christi promissionẽ de requie, quã daturus est nobis, atq; ita illa excidat aliquis vestrũ, id est, à requie illa excludatur, sed vt doceat bonã se spẽde illis cõcedisse, nõ ita dixit, sed: Existimetur aliquis ex vobis deesse. i. ne forte ita viuatis vt videri possit aliquis vestrũ iã ab illa requie excluſus. Pro existimetur est δοκῇ videatur qđ idẽ est. Pro deesse est ὑστερηκέναι qđ est priuari, aut frustrari, aut deficere Heb. 12. cõtẽplãtes nequis desit gratiæ Dei

Et i.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἐπισκοποῦντες μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ, quod vertit Erasmus: Ne quis sit, qui deficiat à gratia Dei. Ex quo intelligitur, quid significet deesse. Trãslatio Syriaca habet: Nequis inueniatur in vobis, qui deficiat ab introitu. Theophylactus: Hoc est, nequo modo deficiat, aut frustretur ingressu in requiem hanc promissam. Hilariorem autem & minus molestam orationem faciens, non dixit: Ne deficiat, sed ne videatur deficere, vel, frustratus esse.

Etenim & nobis nuntiatum est, quemadmodum & illis.] Docet cur timere debeant. Putare poterant se non esse priuandos hac requie, quandoquidem sibi, quasi electis, verbum Euangelij prædicatum esset. Non hoc, inquit, satis est nam & illi audierunt, & multi ex eis non introierunt in requiem Domini. Pro etenim & nobis nuntiatũ est, dixit καὶ γάρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι, id est, etenim sumus Euangelizati. Euangelizari enim dicuntur ij, quibus lætus nuntius affertur. Ex quo videmus quid sit illud Matth. 11. Pauperes Euangelizantur, ideſt pauperibus lætus nuntius affertur, quod in aduentum Messiæ promissum erat Isai. 61. Euãgelizare pauperibus misit me. Theophilactus: Animaduerte autem, quo modo de nobis loquens rem ipsam εὐαγγελισμὸν, hoc est, bonam nuntiationem appellauit, tanquam verorum bonorum promissionem, quæ veluti à trophæis & victoria dentur: cùm de illis autem loquitur, sermonem auditus dixit &cæt. At si recte Theophilactus intueatur, de nobis, & de illis dictum est Euangelizari, est enim in Græco, Etenim sumus Euangelizati sicut illi, sed postea dixit, sermo auditus quasi diceret, Non etiam fidei, ideſt, prædicatus, sed non creditus. Et de illis qui non crediderunt ait paulò post: Et ij, quibus prius annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem. In Græco est: Et ij, qui prius Euãgelizati sunt &c. Possumus ergo dicere Euangelizatos nos & illos dici (ita vt proprie hoc verbum referatur ad Euangelium Christi quod per Antonomasiam dicitur Euangelium) quia per requiem illam terræ promissionis æterna nobis, atque illis requies promittebatur: aut certe hoc verbo vsum esse

Euangelizari.

Apostolum, ita vt vulgo accipi solet, quia læta nobis & illis promissa sunt.

Sed nõ profuit illis sermo auditus] Auditus non participiũ est, sed nomen λόγος ἀκοῆς, ideſt, sermo auditionis vt cum dicitur Habac. 3. Domine audiui auditionem tuam. Rom. 10. Isaias enim dicit: Domine quis credet aditui nostro? ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi: sensus tamen idem est, ac si participium esset, sed nomine vti maluit vt responderet ei, quod sequitur: non admistus fidei. Hoc est, nõ profuit illis sermo auditionis quia nõ fuit sermo fidei. i. quia non fuit creditus. Vbi nos habemus: Nõ admistus fidei, in Græco est συγκεκραμένος, ideſt commistus. Sed Chrysostomus & Theophilactus & Oecumenius legunt συγκεκραμένους, ideſt, commistos, aut cõmistis: quod Teophil. & Oecum. ita interpretantur: sermo auditus, non profuit non cõmistis fide, ijs qui audierunt: ita enim est in Græco, hoc est, non profuit populo illi, qui non commistus est per fidem Iosue & Caleb, qui audierunt, ideſt, crediderunt. Græca exemplaria vsque in hodiernum diem variant, & quædam hoc, quædam illud habent. Hanc Chrysostomi & Theophilacti lectionem valde germanam esse negare non possumus, optime enim omnia intelliguntur, si ita legamus. In lectione nostri interpretis duriuscule verba videntur interse cohærere. Non admistus fidei ex ijs, quæ audierant, nam, Ex., non est in Græco, sed τοῖς ἀκούσασιν, ideſt, ijs, qui audierunt, quod recte conuenit cum expositione Theophylacti. Latini expositores verba, vt possunt, interpretantur, quo modo tamen ea cum Græcis congruant, non docet, quod est sane difficillimũ. Mihi alterum èduobus necessario dicendum videtur, aut nostrum interpretem, vt alijs in locis, videmus, habuisse meliora exemplaria Græca, quæ ita haberent vt ipse transtulit, aut mendum inesse in Græcis verbis, vel, in latinis vt nunc leguntur, quoniam nisi correctio fiat, conciliari inter se non possunt. Caietanus legendum esse dicit: Non admistis fidei, ijs qui audierunt, ideſt, quia ij qui audierunt, non erant admisti fidei,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidei, & ablatiuum absolutum esse dicit, Admistis. At quia Græce nesciebat & de Græcis loquebatur, non est mirum eum errasse: si enim legendum est: Admistis pro eo, quod est in Græco συγκεκερασμένους, accusatiuus est, nō ablatiuus, & pertinet ad verbum ὠφέλησεν, quod accusatiuum habet, sicut datiuum habet apud nos verbum profuit, quare Admistis, datiui est. Non profuit sermo illis non admistis. Sed magis arbitror nostrum interpretem ita vertisse vt plures Codices habent, non admistus fidei: quo modo legit Augustinus in illud Psal. 77. Non custodierunt testamentum Dei. Non profuit, inquit, sermo auditus illis non contemperatus fidei eorum, qui obedierant. Quare sine dubio legendum est in nostra translatione, qui audierunt, non, Quæ audierunt, neque enim Græca aliter intelligi possunt. Sed neque illud: Fidei eorum, qui obedierunt, video quo modo cum Græco con
6 ueniat τοῖς ἀκούσασιν, Suspicor ergo interpretem nostrum transtulisse: sed non profuit illis sermo auditus non admistus fide ijs, qui audierunt, ideſt, in ijs, qui audierunt. Sed ex fide ijs, deprauatum videtur: Fidei is, deinde aspiratione addita His: Et quoniam His, per se positum nec sensum aptum efficiens videbatur, addita est præpositio Ex, Ex his: Quibus positis consequens erat, vt scriberetur, Quæ audierunt, potius quam Qui audierunt. Causa meæ suspicionis est, quod ita habent Græci Codices, nec aliter cum illis conciliari possunt Latini. Deinde quod ita etiam est in Syriaca translatione, quæ habet: sed non profuit illis verbum, quod audierant, propterea quod non admistum esset fide ipsis, qui audierant ipsum. Eleganterque dicitur: Non admistus fidei, miscere enim bibentium est, qui vino vt salubriter bibatur aquam admiscent. Et sermo diuinus, nisi admisceatur fidei, non vtiliter percipitur, sed nocet potius. Propterea dicit: Non profuit illis sermo, quem audierunt, quia non admiscuerunt illum fidei, sed quasi merum hauserunt. Dicimus autem, misceo tibi, ideſt, propino tibi vt Apoc. 18. in poculo, quo
7 miscuit, miscete illi duplum. Atque ea locutione dictum potius videtur: sermo non admistus fidei ijs, qui audierunt

runt, ideſt, non erat bene temperatus illis vt biberent, vt sit datiuus acquisitionis. Putaret quispiam ita dictum: Non profuit illis ijs inquam, qui audierunt: sed ne puret videat in Græco illis, accusatiui casus esse ἐκείνους, exigente id verbo ὠφέλησεν, Quod autem sequitur ijs, qui audierunt datiui est τοῖς ἀκούσασιν. Latina vt nunc sunt ita exponi possunt: Ex his, quæ audierunt, ideſt, secundum ea, quæ audierunt, aut, non fuit admistus fidei propter illa, quæ audierunt, cum scilicet exploratores dicerent terram illam habere viros fortissimos, nec posse ab Hebræis obtineri.

Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus] Quoniam dixerat: Timeamus ne existimetur aliquis ex vobis deesse: nunc ait: Ingrediemur enim &cæt. Hoc est, quia sine dubio ingrediemur in requiem eius si fidem viuam habuerimus idque à contrario sensu probat, non enim est negata requies nisi incredulis, credentes ergo, in eam admittentur.

Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis.] In non 8
nullis codicibus est, Factis sicut & in Græco γενηθέντων, Sed idem est sensus, & apertius dicitur, perfectis. Sensim prudenterque eos ducit ad sublimiorem intelligentiam, vt intelligant quæ nam requies sit, quam per Dauidem promisit Spiritus sanctus, & quam vt obtineant necesse est, non diffidere promissis Christi, nec ab illo recedere. Duplex requies poterat ex scriptura intelligi, Et requies sabbato debita, quoniam eo die requieuit Deus ab operibus suis. Et requies terræ promissionis: probat autem de neutra earum locutum esse Spiritum sanctum sed de tertia cœlesti, quæ in duabus illis significabatur. Nunc probat non esse requiem sabbati, quæ per Dauidem promissa est, quoniam in requiem sabbati, iam diu ingressi fuerant, & tamen post illam promittit Deus per Dauidem nouam requiem. Iam diu autem eos fuisse ingressos in requiem sabbati ostendit, quoniam opera creationis rerum sex illis primis diebus sæculi absoluta sunt & septimo Deus requieuit, atque inde in cultum Dei solennitas, & requies sabbati instituta est. Ex quo intelligitur

telligitur ab initio mundi primos illos homines sabbatum colere cœpisse, nec fuisse eam diem tantum à tempore Mosis celebratam aut cognitam vt putauit Alfonsus
9 Episcopus Abulensis in cap. 23. Leuitici, quæstione tertia. Hûc enim locum ita intelligere necesse est, quoniam si sabbati requies non fuisset in vsu vsque ad legem, non oportebat dicere: Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis cum post plurimos annos ingressi fuissent in illam. Deinde si probat Paulus non agi de requie sabbati, quoniam post illam requiem, quam septimo die Deus habuit, Dauid alteram requiem ponit, vt Chrysostomus & Græci interpretantur, laborabit ambiguitatis vitio argumentatio, quoniam in Genesi verba sunt de requie, quam Deus habuit, in quam nos non intrauimus, in Dauide autem de requie, quam nobis daturus est. Quare vtroque in loco necesse est, vt de requie in quam homines ingrediuntur sermo sit.

Dixit enim quodam loco de die septima sic.] Locum indicat Gen. 2. sed vt solet & librum & autorem tacet, quoniam ad doctos homines scribebat. Cum, inquit, dictum sit requieuisse Deum ab omnibus operibus suis, Ex quo requies sabbati instituta est: Iterum dicit in hoc loco psalmi: Si introibunt in requiem meam, vt plane intelligamus, non esse requiem sabbati, de qua Dauid loquitur, quoniam in illum iam ingressi erant: Sed alteram multo meliorem ab eo promitti, quod verbis sequentibus apertius explicat.

Quoniã ergo superest introire quosdam.] Pro superest est ἀπολείπεται, quod est verbum ratiocinantium ac si dicat, Quandoquidem ex ijs, quæ dicta sunt colligitur & concluditur. Quod apertius vertit Erasmus: Postea quam igitur illud reliquum est &cæt. concluſum est, quosdam debere ingredi in requiem Domini, quoniam non omnes excluſi sunt, sed increduli. Et illi quibus prius hoc nuntiatum est, non potuerunt ingredi propter suam incredulitatem: Iterum in Psalmo designat diem quendam, vt nos ante quam dies ille finiatur, ingrediamur.
10

Iterum

Iterum terminat diem quendam: hodie, in Dauid dicendo.] Proterminat est ἐπιζεῦ, qđ proprie significat, Præfinit, vt vertit Erasmus, præstituit, atque etiam terminat, idest, signat quoddam spatium temporis, quod est tempus vitæ nostræ ita vt illo tempore possimus obtinere hunc ingressum, & post illud nulla sit facultas introeundi. Et id circo interpres eleganter vertit, terminat, eo enim die terminatur facultas introeundi.

Post tantum temporis.] Post tot annos elapsos à die quo iurauit Dominus incredulos non esse ingressuros in requiem suam. Tacite nunc viam munit ad rationem quam continuo reddit cùm ait: Nam si eis Iesus requiem præstitisset &cæt.

Nam si eis Iesus requiem præstitisset.] Ad rationem Apo- 11
stoli facile hoc responderi poterat: Fateor aliquos fuisse ingressuros in requiem Dei, in quam increduli quidem non ingressi sunt, illi tamen introierunt, qui non fuerunt increduli vt Iosue & Caleb, & qui vigesimum annum non attigerant cum egressi sunt ex Ægypto, qui non fuerunt increduli more patrum suorum. Huic obiectioni respondet nunc si tempore Iosue (qui à lxx. semper appellatur Iesus, & à Græcis. Vnde & Eccl. 46. Scriptum est: Fortis in bello Iesus Naue successor Moysi &cæter.) consecuti fuissent requiem, de qua loquitur Dauid, non esset opus iterum eam promittere quandoquidem iam illi possidebant, quod erat promissum, & erant in terra illa, quæ requies appellata est. At Dauid intellexit in requie illa alteram multo meliorem promissam esse, id est, cœlestem beatitudinem, & patriam quam terra illa significabat fluens lacte & melle, & velle spiritum sanctum, vt qui iam terram illam & requiem tenebant alteram quærerent, & tempus quærendi dedit, dum viuerent: atque ideo dixit Apostolus capitul. 3. Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus: Hodie si vocem eius audieritis &cæter. Idcirco etiam dixit: Iterum terminat diem quendam hodie in Dauid dicendo post tantum temporis, id est, cum iam diu impleta fuisset illa promissio quod ad terram Palæstinæ attinebat. Et 12

I quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam de requie cœlesti potissimum loquitur semper Paulus, & dicit quosdam non esse ingressos in eam propter incredulitatem, haud obscure significare videtur, nec in cœlestem requiem eos introisse, quibus Deus tunc iurauit in ira sua, non ingressuros esse illos in requiem suam. Verùm hoc illi obijci potest, Dauidem nullam requiem promittere, sed tantum monere homines futuri temporis ne imitentur perfidiam & scelera patrum suorum, quibus ita Deum offenderunt vt ab ingressu in terram promissionis prohibiti sint vt verba ipsa demonstrant. Respondeo in verbis Dauidis latere sensum altiorem, quem Apostolus ab Spiritu sancto didicit illa verba non populo illi tantum dicta esse, sed etiam nobis sicut ait: Etenim & nobis nuntiatum est, quemadmodum & illis. Et in requie illa potissimum requiem cœlestem significari, cuius typus fuit terra promissionis. Didicit etiam ab eodem spiritu cum dicit Dauid: Quibus iurauí in ira mea: si introibunt in requiem meam, damnari omnes incredulos & ejci à requie cœlesti; contra admitti omnes qui in fide viua permanserint. Propterea dixit: ingrediemur enim in requiem, qui credidimus, quemadmodum dixit: sicut iurauí in ira mea: si introibunt in requiē meam?

9 3 *Itaque relinquitur Sabbathismus populo Dei.* Populo Dei, id est, illi populo, qui non est incredulus, sed fide viua adhæret Christo, relinquitur Sabbatismus, id est, celebratio veri sabbati, veræ & perpetuæ quietis in cœlo, illa requies quæ non est data incredulis, sine dubio populo Dei dabitur. Σαββατίζειν, Quod nos dicimus Sabbathizare est celebrare sabbathum requie illa, & solennitate, gaudioque Sabbati perfui: sicut de terra metaphorice dictum est a Paral. vltimo: vt compleretur sermo Domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra Sabbatha sua, cunctis enim diebus desolationis egit Sabbathum. Inde Sabbathismus quies Sabbathi & feriatio ab omni labore cum tranquillitate animi & lætitia. Sed cur non dixit: Itaque relinquitur requies populo Dei, ita enim potius concludendum videbatur, quam: relinquitur Sabbathismus, de requie nam-

namque illa agebat. Quoniam cùm Sabbathismum dicit eandem requiem indicat, & docet præterea qualis sit illa requies nempe, quæ in Sabbathi requie significabatur & quæ similis est quieti Dei, & per laborem bonorum 14
operum comparatur. Hoc enim dicere oportebat, vt illos spe tanti boni ad laborandum & ad toleranda mala excitaret: atque ideo continuo ait: Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut à suis Deus.

Qui enim ingressus est in requiem eius.] Docet non sine causa requiem illam dictam esse à se Sabbathismū, quoniam quiete Domini in septimo die significata est. Etenim sicut Deus requieuit ab operibus suis, ita quicumque ingreditur in hanc requiem Domini, requiescit ab omni labore & ab omnibus operibus, quibus in hac vita exercebatur.

Festinemus ergo ingredi in illam requiem. Nulla afflictio, nulla persecutio cursum nostrum retardet. Colligit ex omnibus, quod illis vtilius fore intelligebat.

Vt ne in id ipsum quis incidat incredulitatis exemplum.] Nihil nobis satis sit, vt diffidamus Christi promissis, nullo labore vincamur, ne similes simus illis qui ob incredulitatem, non potuerunt ingredi in requiem. Theophylactus: In idem cum Israelitis. Quomodo namque illi plurimum itineris emensi, & multa sanè aduersa perpessi, propter incredulitatem tamen exciderunt, sic & vos videte ne quo modo post tot tantaque quæ sustinuistis certamina, cadatis, quippe si ad finem vsque non vos vt viros fortes geratis &c.

Viuus est enim sermo Dei & efficax.] Locus est explicatu difficilis, nam & per se verba ipsa sunt perobscura, & quo 15
modo cū superioribus copulētur dicere difficile est. Sed verba prius exponamus, quæ multi ita interpretātur, vt sermo Dei, sit doctrina Dei, siue sermo, quem exterius loquitur Deus. Alij vero ipsum filium Dei esse volunt, est enim ὁ λόγος, quod filium Dei significat & modo verbum interpretatur, modo sermonem & vbi nos legimus In principio erat verbum, multi veterū legerunt: In prin-

cipio erat sermo. Vide, vt alios omittamus, Cypriani lib. 2. contra Iudæos. c. 3. & c. 5. & Augustinum tractatu. 108 in Iohannem, atque ita omnino exponendum est, sicut exposuerunt Theo. Oecumenius, S. Thomas, Glossa vtraque Lyran. Caiet. Ita etiam Ambrosius lib. 4. de fide. c. 3. vbi legit, viuum est enim verbum Dei &c. Et postea: verbum igitur audis Dei filium, Et Cyril. lib. 2. in Ioh. c. 37. eodem modo intellexit. Et sane si verba Apostoli sigillatim consideremus, difficillime referri possunt ad doctrinam Dei, ad Christū autem proprie & accōmodatissime vt illud: Et discretor cogitationum & intentionū cordis id est, Iudex, κριτικὸς: & quod sequitur: Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quē nobis sermo. De Christo ergo interpretemur, de quo sine dubio dicta sunt. Quoniā dixerat: Festinemus ergo ingredi in illam requiem, vt ne in id ipsum quis incidat incredulitatis exemplum: nūc pœnam eius ostendit, qui Christo incredulus fuerit. Nemo, 16 inquit poterit effugere eius potentiam, qua incredulos puniet, nemo quamuis incredulitatem imo in pectore seruet, cum latebit. Principio; non Christus dixit, sed verbū aut sermo Dei, aptius enim erat hoc nomen ad ostendendam tam potentiam ad puniendum, quàm vim intelligentiæ ad intima quæque penetrāda. Verbum enim Dei Deus est, cuius potentiæ nemo resistere valet & in eo vt in speculo videntur omnia etiam occultissima. Sed cum multis rationibus filius Dei dicatur λόγος, & verbum, ac sermo, nunc mihi videtur Paulus ad illam maxime alludere, quæ magis aperta & popularis est, qua verbum dicitur quia per illum nobis loquitur pater, & ipse interpres est paternæ voluntatis, quod est proprium verbi, sicut ipse ait Iohannis. 15. vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo nota feci vobis, nam hac etiam ratione Christum verbum dici docent Origenes Tomo. 1. in Iohan. Chrysostomus hom. 1. in eundem. Theophilactus & Euthymius. Ac propterea fortasse noster interpres cum verbum vertere soleat, maluit hic dicere sermo quod ad ser-

sum

sum Apostoli videretur sermo accommodatior, quā verbum: verbum enim simplex est, sermo multis verbis constat. Christ⁹ ergo sermo Dei viuus est id est, omnia vidēs & considerāns vt digna factis rependat, & in impios animaduertat, non vt Dij Gentium, qui oculos habent, & non vident, manus habent, & non palpant. Eadem ratione dixit c. 3. Ne forte sit in aliquo vestrum cor malūincredulitatis discedēdi à Deo viuo vt exposuim⁹. n. 19. ἐνεργὴς efficax. 1. potens ad puniendum quæ malefacta viderit, & mirabili virtute puniens: pœnas enim infligit damnatis multo acerbiores, quam nos cogitare possimus. 17

Et penetrabilior omni gladio ancipiti] Quo pertineant hæc & sequentia intelligitur ex illis verbis: Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Illud enim penetrare dicitur, quod ingreditur profunda rei: nihil itaque est tam profundum, quod Christum lateat. Hoc de doctrina Dei dici non poterat. Theodoretus: nihil potest latere illum incorruptum iudicem, recte autem ac perfecte scit omnia vel, ipsarum cogitationum, motus &c æ. Gladius anceps siue vtraque parte secans, aptior est ad penetrandum, quam qui altera tantum secat, separat enim vtrimque partes corporis, & celerius ac fortius penetrat. Vtitur autem rei corporeæ similitudine vt melius virtutem Dei in penetrando intelligamus, sicut & in Ps. 108. videmus: Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Sed cur gladij ancipitis similitudine potius vsus est, quàm alterius cuiusuis rei? Mihi videtur 18 Apostolus ita voluisse significare vim penetrandi vt simul vim nocendi ostenderet, vt etiam sensit Chrysostomus. Ideo enim & in psalm. 108. vbi de vindicta agebatur rerum valde penetrantium, sed simul etiam penetrando lædentium similitudinem attulit: Et intranit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Videtur ergo perinde esse, ac si diceret: Nihil est, tam absconditum, quò non perueniant oculi Christi, & quo non perueniant eius manus & potestas si supplicium sumere velit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et pertingens vsque ad diuisionem animæ ac Spiritus.] Nō obscure aut cōfuse cognoscit, quæ sunt in homine, sed in intima quæque penetrat, nouit distinguere animam ab spiritu, nouit, quid anima cogitet ac velit, quid Spiritus cogitet ac velit: ita nulla vestra cogitatio, quamuis occulta, aut hæsitatio in fide latere eum potest. Anima dicitur inferior pars, quæ cupiditates & affectus habet, vnde animales homines dicuntur in Scriptura: Spiritus est superior pars fide & gratia illustrata, quæ Deo obedit, & meliora videt ac sequitur, vnde Spirituales appellantur.

19 *Compagum quoque ac medullarum.*] Compages ligamenta illa sunt, quibus ossa inter se ita valide colligantur vt sine magno labore diuidi non possint. Medullæ in intimis ossibus sunt. Diuidit igitur filius Dei ossa cognata & penetrat in illas compages densas, & quasi nodis quibusdam occlusas. In medullas etiam penetrat quamuis ossium duritie concludantur. Hac congerie verborum res abditissimas significantium docet nihil esse in corpore aut in anima tam abstrusum, quo non perueniat Dei cognitio, & vbi non possit per supplicia, suam declarare potentiam.

Et discretor cogitationum & intentionum cordis.] Pro discretor est κριτικὸς, Critici autem dicuntur iudicio valentes iudices, & seuere ac more Censorum minima etiam reprehendentes: vt poematum iudices, ac censores alienorum operum quales fuerunt Aristarchus & Aristophanes Grammatici, qui versus quos volebant, ex Homero reijciebant tamquam nothos, & subditicios. Cicero lib. 9. Epist. familiarium Ep. 16. Ego tanquam Criticus antiquus iudicaturus sum vtrum sint γνήσια, an παρεμβεβλημένοι, id est, vtrū posita sint an subditicij. Intētiones Græce ἔννοιαι quod sonat, intelligentiæ, conceptiones animi, intentiones, ac si dicat: Nouit quid quisque intra se cogitet & quo animo quidq; faciat, quo cogitatione & voluntate tendat. At nō satis illi fuit dicere: Nouit cogitationes & intētiones, sed: Et discretor, siue criticus cogitationū & intētionum

Critici.

num, hoc est, optime eas nouit & sigillatim discutit vt rigidus & exactus iudex, videt quid quid in illis vitij est, & si minimum sit, vt puniat more censoris, & iudicis.

Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius.] Non solum humana creatura, verum neque Angelica aut quæuis alia oculis eius est occulta, aut non apparens, quod sonat ἀφανὲς.

Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius] Vbi interpres vertit aperta, in Græco est τετραχηλισμένα, cuius vocabuli vim Chrysostomus & cæteri Græci adnotarunt. Chrysostomus hoc verbum conuenire putat in animalia excoriata. Sicut enim, inquit, cum pecudes occiderit quis, & ex carnib⁹ detraxerit pellem, omnia interiora reuelantur, & aperta sunt oculis nostris, sic & Deo aperta subjacent omnia. Ita etiam Theophylactus intellexit, tametsi eius interpres τετραχηλισμένα, iugulata interpretatus est, cum Theophylactus Chrysostomum secutus à pellis detractis metaphoram duci censerit. Quod apertius dixit Oecumenius τετραχηλισμένα, autem dicit nuda, à metaphora ouium, quæ à collo excoriatæ sunt, & pelle nudatæ & cæt. Itaque quoniam τράχηλος, cervicem significat, τραχηλίζειν, est à cervice ad caudam vsque pellem detrahere. Significat etiam hoc verbum in cervicem vertere, siue resupinare atque inde manifestum facere quid vis. Quare recte interpres vertit, Aperta, nec male Erasmus Resupinata.

21

Ad quem nobis sermo,] Chrysostomus: Cui reddituri sumus actuum nostrorum rationem. Ita etiam Theophilactus & Oecumenius & S. Thomas. Alij λόγος, verti malunt Ratio, vt Adamus, Caietanus, & Catharinus, qui ait: Ad quem nobis, siue, ratio, causa, siue negotium cum illo agendum. Nos autem facile dicemus hoc dictum esse, Pro, In quem nobis est sermo, aut de quo nobis est sermo, sicut explicauimus c. 1. n. 25. vbi Apostolus ait: Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus, ad filium autem: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi.

Habentes ergo Pontificē magnū.] Quoniam hortatus eos fuerat vt ingrederentur in requiē promissam, & ab incredulita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dulitate cauerent: i rerum monet vt nullo modo timeant aut diffidant se posse consequi illam requiem, quoniam habemus magnum Pontificem Deo gratissimum, qui nihil nobis à Deo nõ impetret, qui peccata nostra expiauit, & cœlos clausos nobis aperuit.

22 *Qui penetrauit cœlos.*] Tacite docet quantum hic Pontifex præstet Pontificibus legis, non, inquit penetrauit in sancta sanctorum, vt reliqui Pontifices, sed in cœlos ipsos, quorum figura erant sancta sanctorum, vt videbimus c. 9. & eos nobis aperuit. Non sicut Moyses, qui neque in terrã promissã populũ introduxit, neq; ipse ingressus est.

Teneamus confessionem.] Ne deseramus fidem Christi quam in baptismo professi sumus, quod iam explicauimus cap. 3. n. 3: In nonnullis codicibus perperam legitur Teneamus spei nostræ confessionem, cum neque in Græco neque apud Græcos expositores, neque in castigatioribus codicibus Latinis legatur, spei nostræ.

Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati. Quoniam respondere poterant cupere se quidem tenere confessionem, tantas tamen esse persecutiones, quas ab infidelibus Iudæis patiebantur, vt difficillimum esset non vinci: pollicetur Christum eis opem allaturum, nam ipse etiam pro veritate tuenda, & pro salute hominum varie multumque afflictus est, & experimento laborum edoctus, afflictorum miserebitur, & illis opportune succurret. Itaque quod ait: Qui non possit compati, idem est, ac si diceret: Non habemus inexpertum afflictionum pontificem. Qui enim inexperti sunt sæpe non compatiuntur afflictis, certe non possunt ita ex animo compati vt experti, at noster Pontifex compatietur, non poterit non compati tot, & tanta expertus. Infir-
23 mitates, id est, ἀσθενείας, vocare solet Paulus afflictiones & persecutiones & dolores, quod (vt diximus in c. 6. Hamos. n. 26.) ex Hebræorũ locutione desumptũ est, qui dicũt infirmari pro dolere vt Hamos. 6. & nihil patiebatur super contritione Ioseph, in Hebræo est: Et non infirmabantur super contritione Ioseph. & Mich. 4. vbi habemus: Dole & satage filia Sion, In Hebræo est:

Infirmitas & infirmari.

Infir-

Infirmare, & satage Hos. 4. propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea. 1. Mach. 1. Et factus est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorum, & ingemuerunt principes, & seniores & iuuenes, & virgines infirmati sunt. Ita etiam Paulus ait. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et: cùm enim infirmor tunc potens sum. Inde infirmitas pro dolore ponitur, vt Isa. 53. virum dolorum, & scientem infirmitatem. Psal. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraue runt. Quod vt dixi apud Paulum frequentissimum est, vt 2. Cor. 11. si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Cum dicit: quæ infirmitatis meæ sunt, subaudi tur, κατὰ, more Græcorum, id est, secundum. Secundum ea, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor, id est, in doloribus, quos pro Christo passus sum. Et cap. 12. Pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis: quo nomine sæpe in illo cap. vtitur. Causa huius locutionis est, quod animus dolore languescit quasi morbo.

Tentatum autem per omnia pro similitudine absq; peccato.] 24
Pendet ex præcedentibus: Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, sed potius, qui optime illis compatiatur, quoniam omnes expertus est absque peccato. In Græco est: Tentatum autem secundum omnia, secundum similitudinem, id est, quia similis nobis fieri voluit. Tentatum autem, dicit afflictum, vt ex posuimus capit. 2. num. 61. Et pro Absque peccato, χωρὶς ἁμαρτίας, id est, extra peccatum, secundum omnia, præter quam secundum peccatum. Dixit, Absque peccato, ne quia dixerat: Tentatum autem per omnia, in omnibus peccatum quispiam intelligeret. Deinde vt Hebræos admoneat posse etiam se affligi, & non peccare, atque ita debere ad Christi exemplum, sine peccato perferre omnes Iudæorum persecutiones. Ita etiam. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. Qui cum maledicereretur, nõ maledicebat, cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniustè.

25 *An Christus habuerit tentationes.*

Sed existit in hoc loco quæstio non prætereunda, an passus sit tentationes peccatorum? Nam peccare quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tationespec catorum.

non poterat cum esset Deus, sed tentationes pati potera[t] sine peccato, qd magnam nobis fiduciã præberet eius misericordiæ, si has ipse passus esset, & earum vim experimẽto cognosceret. Hoc enim est maximũ malorum, quę patimur, cùm tentationibus peccatorum succumbimus, & qd nobis fiduciam eum adeundi maxime adimit. In reliquis siquidem laboribus facile est ad Deum cõfugere, & nõ desperare salutẽ, sed peccata cum Deum à nobis abalienent, iratumq; nobis reddant, spẽ peccatoribus præcidunt, quæ multùm in eis excitaretur, si scirent Christum tentationes peccatorum aliquando sensisse. Respõdeo Christum expertum esse, quod experiri potuit, idest, quod personam & cõditionem eius non dedecebat, & quod vtile erat fini, quem sibi proposuerat, id est, redemptioni hominum atq; ita tentatus est à diabolo, sed per exteriorem tantum suggestionem. Damascenus lib. 3. de fide, c. 20. Malignus igitur de foris suggerebat, non per cogitationes, & cæt. Per interiorem enim suggestionem nec à diabolo, nec à
26 carne, nec à mundo tentari potuit: Nam tentatio interior non fit sine aliqua delectatione, quæ non est nisi in natura peccatrice, id est, quæ per peccatum vulnerata, nec plenè sanata est: non decebat autem Christum talem naturam assumere, sed ab omni peccati contagio liberam, ne ipse etiam secundum assumptam naturam redemptore, & liberatore egeret. Hanc rationem bene explicat Abulensis quæstione. 21. in cap. 4. Matthæi his verbis: Tentatio per delectationem est quando sine aliquo suggerente incipit aliqua res placere contra ordinem rationis, & inde oritur desiderium illius vt cum aliquid delectabile secundum carnem homini incipit placere, non quidem per deliberationem, sed quia in homine est naturaliter complacentia illa, in quantum talia videntur bona secundum carnem. In Christo autem non potuit esse tentatio aliqua ab intra, quia ista incipit per quandam deordinationem virium nostrarum, in quantum vires affectiuæ incipiunt aliquid concupiscere, quod est contra desiderium rationis, & non subijciuntur immediatè illæ vires imperio rationis. Et ista deordinatio vocatur pec-

catum

catum quoddam, quia est quædam repugnantia ad legem, cum vires superiores sint lex, & mensura virium inferiorum. Non est tamen peccatum, quod nos Deo faciat reos, & cæt. Deinde huiusmodi tentatio, etiam si in nobis possit esse interdum absque peccato, in Christo sine peccato non esset: in nobis enim præcedit sepe iudicium rationis, in Christo autem præcedere non poterat, qui omnia præuidebat, nec erant in illo motus, qui primo primi appellantur: vt ait Damascenus libr. 3. cap. 20. tentatio siquidem propriè dicitur, cùm est in nostra potestate, & aduersatur rationi. Ex dictis intelligitur optimè cur. S. Thomas. 3. part. quæst. 41. art. 1. dixerit tentationem carnis non posse fieri sine peccato, quia fit per delectationem & concupiscentiam.

Sed quæritur an saltẽ morbos corporis senserit, qui pos- 27
sunt esse sine peccato, quandoquidẽ Apostolus dicit: Tentatum autem per omnia absq; peccato. S. Thomas. 3. p. q. 14. artic. 4. affirmat Christum nullum morbum habuisse, estque communis sententia Theologorũ. Ratio. S. Thomæ est huiusmodi: Sunt quidam defectus, qui in omnibus hominibus communiter inueniuntur ex peccato primi parentis, sicut mors, fames, sitis, & alia huiusmodi: Et hos defectus omnes Christus suscepit, quos vocat Damascenus naturales, & indetrectabiles passiones, consequuntur enim totam naturam humanam, nec defectum, scientiæ aut gratiæ important, hic enim in Christo esse non poterat. Sunt autem alij defectus, qui non consequuntur communiter totam humanam naturam propter peccatum primi parentis, sed fiunt in aliquibus hominibus certis ex causis, sicut lepra, & morbus caducus & alia huiusmodi. Hi fiunt aut ex inordinato victu, aut ex defectu virtutis formatiuæ, quorum neutrum conuenit Christo, quia & caro eius de Spiritu sancto concepta est, & ipse nihil inordinatum in regimine vitæ suæ exercuit. Hæc S. Thomas. Christum nul-
lo vnquam morbo laborasse, ac præsertim ex ijs, qui 28
vsum rationis adimunt, aut perturbant, certissimum est, neque de hac re dubitare licet. Atque ita neque

scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptura neque concilia neque sancti Patres, cum tot de eius passionibus scribant, vllũ ei morbi genus tribuunt. Etenim Christus vt diximus ea nunquam cum natura nostra assumpsit quæ suam personam aut dignitatem, aut officium dedecerent. Dedecebat autem eum assumere defectum scientiæ aut gratiæ, qui venerat vt homines doceret, & eos Deo gratos redderet. Ita etiam dedecebat eum, qui venerat vt sanaret naturam, & optimum animi, ac corporis statum pollicebatur, assumere morbos præsertim cum illi non consequantur totam naturam humanam, sed fiant in aliquib⁹, peculiaribus ex causis. Propterea licet corpus eius esset patibile, morbos tamen pati non poterat, & quia erat optime temperatum, & quia eius prouidentia seruabatur à noxijs. Et denique quod tale corpus assumpsit, vt etiam si extrinsecus affligeretur, eius constitutio, & temperamentum non posset ita solũi vt in morbum incideret. Itaque Christus neque laborauit neque laborare potuit morbo aliquo, nam neque intrinsecus habebat vnde laboraret, neque extrinsecus. Causa autem fuit, quod corpus ita temperatum assumpsit, vt morbos pati non posset, quia non decebat eius personã & officium, vt eos pateretur. Hanc causam reddit. S. Thomas, si bene intelligatur, & apertius ac fusius Abulensis in cap. 3. Matth. Quæst. 52. Et Damascenus lib. 3. de fide cap. 20. ait: Confitemur autem, quod omnes naturales, & innoxias passiones assumpsit. Vetus trãslatio, quam secutus est. S. Thomas, habebat indetractibiles passiones, id est, in quas detractio cadere nõ poterat, irreprehensibiles, quas nemo accusare queat ἀδιάβλητα πάθη. Et postea denique naturales nostræ passiones secundum naturam, & supernaturam fuerunt in Christo, secundum naturam quidem, nam mouebantur in ipso quando sinebat carni. Vt pateretur propria: super naturam vero, quod non præcedebant in domino voluntatis naturalia. Nihil enim in ipso coactum conspicitur, sed omnia spontanea: volens enim esuriuit, volens sitiuit, volens timuit, & volens mortuus est. Et Sophronius patriarcha Ierosolymitanus in Epistola Synodica, quæ lecta est in Sexta synodo Constantinopoli-

nopolitana actione. 11. Dabat itaque inquit, cùm volebat humanæ naturæ tempus operari, & pati quæ sua sunt, neque enim inuoluntariè hæc, vel, necessitate suscipiebat. Et postea: Corpus enim se passibile, & mortale, atque corruptibile induit, & naturalibus nostris atque irreprehensibilibus subijciens ægrimonijs: Et huic quæ naturæ suæ decenter conueniebant pati, atque facere indulsit vsque ad resurrectionem ex mortuis, & cæt. Quas interpres Damasceni vertit innoxias passiones, interpres Sextæ synodi vertit: irreprehensibiles ægrimonias.

Adeamus ergo cum fiducia. μετὰ παῤῥησίας, non trepidi, & quasi diffidentes eius misericordiæ, sed cum libera quadam audacia. Existimo autẽ fiduciam intelligere apostolum, quæ etiam in verbis appareat, vt scilicet, confidentes eius misericordiæ, non quasi alienum, aut durum, & inexorabilem, sed quasi patrem bonum, & nostri amantissimum cum humili quadam & pia libertate alloquamur. Atque ideo vtitur nomine παῤῥησίας, quæ audacia, & libertas in verbis dicitur. Et Act. 28. Et docens, quæ sunt de Domino Iesu Christo cum omni fiducia vtitur eadem voce Græca μετὰ πάσης παῤῥησίας, Ita etiam est Act. 4. vbi legimus: Et da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, & postea: Et loquebantur verbum Dei cum fiducia. Quamuis & in factis dicitur interdum παῤῥησία, sed magis propriè in verbis. Debemus autem adire cũ fiducia, quoniam habemus Pontificem, qui nobis potuit cõpati. παῤῥησίαν.

Ad Thronum gratiæ.] In Græco & apud expositores Græcos non additur, eius, vt in quibusdam codicibus latinis. Theophylactus: Throni autem meminit, vt ne audiens pontificem existimes eum stare. Nam etiam si dicatur pontifex ob condescensionem erga nos, & submissionem, super diuino tamen throno sedet, & cæt. Hic thronus est, de quo capitul. 1. dixit: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi: Præterea quoniam dixit: Adeamus ergo cum fiducia, ne forte illa fiducia reuerentiam minuat, additum est; ad Thronum gratiæ. Dixit autem Thronum

gratiæ,

gratiæ, ac si diceret: Etiam in illa maiestate, qua sedet ad
dexteram patris, paratus est, ad miserendum nostri, &
32 ad præstandum omnia, quæ petierimus. Theophylactus:
Duo enim Throni sunt: præsens quidem dum hic viui-
mus est gratiæ, ad quam accedentes, accipiunt per Diui-
nam gratiam peccatis suis liberationem: alter autem se
cundus inuentus hominis non est gratiæ, nemo enim tũc
accipiet remissionem, sed iudicium.

Vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus.] Inuenire gratiam, est gratiosum esse apud aliquem & pe
culiari affectu ab eo amari, vt Exod. 33. In quo enim scire
poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in
conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum? Et postea: Et
verbum istud, quod locutus es faciam: inuenisti enim gra
tiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. Primi Reg.
16. stet Dauid in conspectu meo, inuenit enim gratiam
coram oculis meis. Quod paulo ante exposuerat dicens:
Et venit Dauid ad Saul & stetit coram eo: at ille dile-
xit eum nimis Luc. 1. Ne timeas Maria: inuenisti enim gra
tiam apud Deum. Licet etiam ita exponere vt accipia-
mus remissionem peccatorum, & gratiam consequa-
mur ad semper in fide & in caritate manendum. Sed ad
scripturæ consuetudinem accommodatius est, quod ante
diximus.

In auxilio opportuno.] εἰς εὔκαιρον βοήθειαν, id est, in auxi
lium opportunum, vt nobis opem ferat, cùm maximè ea
indigebimus, intentationibus, iniurijs, & persecutionibus
grauioribus. Idem significat in auxilio opportuno, nam
& Apostoli, & noster interpres pro eodem sæpissi-
mè dicunt, in auxilium, & in auxilio, in iudicium, & in
iudicio, & similia vt infra capitu. 6. numer. 19. rursum
annotabimus.

CAP. V.

1 OMNIS namque pontifex ex hominibus as-
sumptus.] Docet nunc etiam cur dixerit, de-
bere nos accedere cum fiducia ad Thronum
gratiæ, quoniam vere est pontifex noster,
& om-

& omnia habet, quæ requiri solent in Pontifice. Deinde
etiam sumpta ex hoc occasione demonstrat, quantum Sa
cerdotium Christi præstet veteri Sacerdotio. Describit
igitur primùm ea, quæ habere debet pontifex, vt postea
ostendat omnia in Christum conuenire. Primum est: om
nis pontifex ex hominibus assumitur, vt scilicet, sit eius-
dem naturæ cum ijs, quorum pontifex est, & magis eos
amet, & eorum infirmitatibus quasi expertus cõpatiatur,
& inter eos versetur, eos doceat, & maiori affectu pro eis
oret. Alterum est.

Pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum.] Id est,
constituitur vt mediator, & agat inter Deum & homines,
& pro eis interpellet, eorumque curam habeat in om-
nibus, quæ sunt apud Deum agenda.

Vt offerat dona & sacrificia.] Dona sunt, quæ sponte po-
pulus offert, cuiusmodi erant hostiæ, quæ appellabantur
pacificæ, de quibus Leu. 3. Sacrificia, siue victimæ sunt,
quæ ex præscripto legis pro peccatis offerebantur, de qui-
bus Leu. 4. Ita etiam cap. 8. infra: Omnis namq; pontifex ad
offerendũ munera, & hostias constituitur. In his enim lo
cis similiter est, δῶρά τε καὶ θυσίας.

Qui condolere possit ijs, qui ignorant, & errant.] Pro condo 2
lere aptissimo verbo vsus est Pauli Græcus interpres, με-
τριοπαθεῖν: μέτριος enim dicitur homo modestus, mode-
ratus, summisse se gerens, & humanus. Ille igitur dicitur
μετριοπαθεῖν, qui nõ rapitur ob alterius peccata, sed sum
misse se gerit, nec murmurat, nec contemnit peccantem, sed
humane, & amicè tolleuat considerans fieri posse, vt &
ipse peccet, & ideò addidit, quoniam & ipse circundatus
est infirmitate. Theophylactus hoc est, qui possit modera
re afflici, compati, se accommodare, siue condescendere, ac
cõdonare ijs, qui ex ignorantia peccassent. Oecumenius,
vt & Theophylactus, exponunt συμπαθεῖν, id est, compati.
Ignorantes vocat eos, qui ex ignorantia peccant, errantes
verò, qui aliorum verbis, aut exemplis seducuntur πλανω-
μένοις, id est, seductis, vt interpretatur Oecumenius: his
enim compati, ac condolere ciuilius est, quam ex malitia

peccan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccantibus. At cum pontifex peccantibus etiam ex malitia condolere debeat, recte hæc ad omnes peccatores accómodabimus, omnis enim malus est ignorans, & ignorare dicemus eos, quos nemo decipit, sed ipsi aut per ignorantiam, aut affectibus cedentes vltro peccant. Errantes
3 autem nunc dicuntur, qui vt diximus, aliorum verbis aut exemplis in peccata inducuntur. πλανώμενοι enim dicuntur in errorem missi, sive decepti: sicut, πλανῶντες, in errorē mittentes, prout vertit interpres. 2. Tim. 3. Errantes, & in errorem mittentes. Similiter intelligi videtur illud. 1. Pet. 2. Erratis enim sicut oues errantes, πλανώμενα, quas, scilicet, mali pastores dispersérant, & vt errarent fecerant. De quibus Dominus locutus est Ezec. 34. & Ioh. 10.

Quoniam, & ipse circũdatus est infirmitate.] Theodoretus: Ecclus ea etiam, quæ sunt proximorum considerans, infirmitatem vocat omnem miseriam, quæ dolorem efficit, ac maxime affectus perturbantes, & peccata. Oecumenius: Hoc est, peccatis aut afflictionibus, sed quod subditur, *Propter ea*, manifestè significat, quod infirmitatem vocauerit peccatum, & ideo. Respicit Oecumenius ad ea, quæ continuò sequuntur, *& propterea*, & cæt. verum latius hic patet nomen infirmitatis, vt affectus omnes, & quid quid est miseriæ complectantur, vt iam diximus. Circumdatus autem dicitur, quia vndequaque occasiones se se offerunt peccatorum, & miseriarum.

Et propterea debet quemadmodum pro populo, &c.] Quia ipse etiam obnoxius est affectibus, & peccatis, non solum offert hostiam pro peccatis populi, sed etiam pro suis, vt videmus Leu. 4. vbi prima hostia pro peccato est, quæ offertur pro peccato Pontificis. Vbi habemus: Et propterea
4 in Græco est, καὶ διὰ τοῦτο, id est, & propter hanc sicut vertit Erasmus, id est, propter hanc infirmitatem, qua ipse similiter circundatus est: Quare suspicarer interpretem vertisse: Et propter eam, nisi alij codices haberent, καὶ διὰ τοῦτο, id est, propterea.

Nec Quisquam sumit sibi honorem. Hoc etiam est veri Pontificis, & hoc erat in vsu apud Hebræos olim, vt non qui vellet,

vellet, sed quem Deus eligeret pontifex esset. Eligit enim Deus Aaron, deinde eius filium natu maximum, quod est semper seruatum dum respublica iuxta Dei leges administrata est,

Sic & Christus, non semetipsum clarificauit.] δοξάσαι, id est, glorificauit, nõ se ipsum extulit, nõ sibi gloriam arrogauit. Sed interpres, p eodẽ habet glorificare, & clarificare qđ se per in Græco dicitur δοξάζειν, vt Ioh. 12. Pater clarifica nomen tuũ. Venit ergo vox de cœlo: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Vult ostendere Christum esse verũ Pontificem, & habere quidquid perfecti Pontificis est. Et quoniam non erat ex Tribu Leui ex qua necesse erat secũdum legem creari Pontifices: primum ostendit eum à Deo patre electum esse Pontificem, ostensurus postea cur ex alia Tribu eum esse oportuerit.

Sed qui locutus est ad eum: Filius meus, es tu, & cæt.] Non sibi honorem illum arripuit, nec se clarificauit, sed Pater illum glorificauit, & Pontificem elegit. Ille inquam Pater, qui dixit ad eum. Filius meus es tu, & cæt. De quorum verborũ intelligentia multa diximus. c. 1. n. 26. & sequentib. Sed hoc nunc quærimus, quorsum hoc loco repetantur? Primũ vt ostendat, qualis pontifex sit Christus, & quantum cæteris pontificibus præstet, quandoquidem, qui dictus est Sacerdos in æternum ille ipse est, cui Pater ait: Filius meus es tu, & cæt. de eodem enim vtrumque dicitur. Deinde vt nemo miretur hũc illi honorẽ delatũ esse, etiã si ex tribu sacerdotali ortus non fuerit, quoniam alterum accepit, multo maiorem, vt diceretur sibi: Filius meus es tu, & cæt. Sed quæremus etiam hic, cur non ex eodem Psalmo. 109. vtrumque probauerit, sed ex Psalmo. 2. desumpserit: Filius meus es tu, & cæt. cum in Psal. 109. idem dicatur: Ex vtero ante Luciferũ genui te? Esset enim firmius argumentum, si vtrumq; testimonium ex eodem Psalmo petereretur, constaret etenim apertius vtrumque de eodem dictum esse. Si autem dicamus notum fuisse Iudæis omnibus Psalmum secundum scriptum esse de Messia, atque ideo melius ex eo probari Christum

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse verum Dei filium: non minus notum erat centesimum nonum etiam de Christo agere, vt intelligitur ex Matt. 22. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum dicens: Dixit Dominus, & cæt. Theophylactus pauca scribit, vnde nonnihil possit ad hanc quæstionem responderi. Insuper, inquit, & hoc tecū reputa, quod post quam in centesimonono Psalmo dixerit: Ex vtero ante Luciferum genui te, deinde paulò post, intulit: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, coniunxit hic Paulus, & in vnum redegit, quæ in vtroq; Psalmo de generatione dicuntur, perinde ac si dicat: Ne existimes de alio quopiam dici: Tu es Sacerdos in æternum, nisi de eo, qui natus est ante Luciferum, is porrò non est alius, quàm qui in secundo Psalmo dicitur hodie genitus esse, & cæt. Mihi videtur facile responderi posse, verba Psalmi secundi adducta esse ab Apostolo, quoniam valde perspicua sunt, & de quibus nemo dubi-
7 tare possit, nec in alium sensum trahi queant: at verba, quæ sunt in Hebræo vbi nos habemus iuxta Lxx. Ex vtero ante Luciferum genui te, obscuriora sunt & variè vertuntur atque explicantur, licet verissima translatio sit, quæ est in vulgata editione, & verissimus sensus, filium Dei genitum esse ab æterno ex patre: Sed Apostolus prudenter eandem sententiam protulit in medium verbis apertioribus explicata. Quid autem ad sacerdotium Christi pertineat. Filius meus es tu, & cæt. Eleganter ac breuiter expositit Caietanus.

Primogeniti Sacerdotes.

Filij enim, inquit, primogeniti erat iure hæreditario Sacerdotium, & cæt. Itaque simul ac filium suum primogenitum Christum esse testatur pater, declarat illi deberi Sacerdotium. Quod Caietanus scribit de primogenitis vetusta Hebræorum traditio est, de qua Hieronymus in Epist. 126. ad Euagrium hæc scribit de Hebræis loquens: Simulque & hoc tradunt, quod vsque ad Sacerdotium Aaron omnes primogeniti, ex stirpe Noe, cuius series & ordo describitur, fuerint Sacerdotes, & Deo victimas immolarint. Et hæc esse primogenita, quæ Esau fratri suo vendiderit Iacob. Et in traditio-

ditionibus Hebraicis in Genes. in illa verba: Et sumpsit 8
Rebecca vestimenta Esau filij sui maioris, quæ erant desiderabilia apud se domi, ait: Et in hoc loco tradūt Hebræi primogenitos functos officio Sacerdotum, & habuisse vestimentum sacerdotale, quo induti, Deo victimas offerebant antequam Aaron in Sacerdotium eligeretur. Idem ait, & postea in illud Gen. 49. Ruben primogenitus meus, non vt traditionem Hebræorum referens; sed quod sentiebat affirmans.

Tu es Sacerdos in æternum.] Tu es sacerdos, cuius Sacerdotium morte non finietur, vt Sacerdotium aliorum, nec ad similitudinem Aaron, vt qui in lege initiabantur, sed ad similitudinem Melchisedec, qui neque oleo corporeo vnctus erat vt Aaron, neque erat ex tribu Leui, sed maior Leui atque Aaron, nec victimas mactauit, sed panem & vinum obtulit. Ita Theophylactus, & alij. Verum, quoniam Apostolus ipse singula verba huius testimonij capite septimo explicaturus est, nos etiam tunc explicabimus.

Qui in diebus carnis suæ.] Dum vixit in carne mortali. Theophylatus: Non quod carnem deposuerit, nequaquam, retinet enim eam, sed incorruptibilem ac superiorem carnalibus & inculpabilibus passionibus, *Caro.*
nimirum fame, siti, labore, idque genus alijs, & cæt. Sanctus Thomas inquit, carnem interdum accipi pro fragilitate carnis: sicut. 1. Corint. 15. caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, atque ita in diebus carnis suæ, dum habebat carnem infirmam & patibilem. Certè caro sæpe in Scriptura ita accipitur, vt corruptibilem naturam significet vt Isa. 31. Equi eorum caro, & nō spiritus: Ioh. 3. Quod natum est ex carne, caro est: &c. Neque ex voluntate carnis; neque ex voluntate viri, & cæt. Sed non est necesse ad hæc confugere, simpliciter enim exponi debet. In diebus carnis suæ, in diebus, quibus fuit in carne in hoc sæculo, erat enim prius Dei filius ab æterno in patre, sed cum verbum caro factum est, tempus illud dicitur dies carnis, id est, tempus, quo in carne fuit, & versatus est inter nos. Præterea ita de alijs loqui

Universidad de Deusto
Biblioteca

solet Scriptura vt. 2. Cor. 10. in carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus: Gal. 2. Quod autem viuo nunc in carne, in fide viuo filij Dei: Philip. 1. Quod si viuere in carne hic mihi fructus operis est, &c. Et postea: Permanere autem in carne magis necessarium propter vos. De Christo igitur quasi de alijs loquitur, qui tantisperdum in hoc sæculo viuunt, dicuntur esse, aut viure in carne.

10 *Preces supplicationesque ad eũ &c.* Preces, id est, δέησεις, generale nomen est, ἱκετηρία, vero quod proprie interpres vertit supplicatio, est supplicum precatio, qualis est eorum, qui se ad pedes abijciunt illorum, quos orant, aut genua tangunt, aut aliquid simile faciunt. Vnde & ἱκετηρία, dicitur ramus oleæ lana abuolutus, quem supplicantes in manibus ferebant. Quem morem indicauit Liuius li. 4. belli Punici his verbis, Ramos oleæ, ac velamenta alia supplices porrigentes, orare vt reciperent se sese. Quare hoc in nomine magnus affectus precum Christi, & magnitudo angoris, quo eas fundebat indicatur. Sed magna dubitatio est, quid his verbis agat Apostolus, & quo tendat? Si enim vt multi putant demonstrare voluit Christum vere officium gessisse Pontificis, quia preces & supplicationes pro nobis obtulit, hoc nũc quidem Paulus non dicit, sed aperte eum pro se orasse indicat dicens: Ad eum, qui posset illum saluum facere à morte, orare autem pro se, non magis Pontificis, quam cuiusuis hominis est: si autem, vt volunt alij, docet eum etiam præstitisse quod dictum est: Et propterea debet, quem ad modum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre, Paulus non tantum dixit, pro semetipso offerre, sed offerre pro peccatis: Et Christus non obtulit pro semetipso pro peccatis. Mihi neutrum agere videtur Apostolus, sed cum probasset Christum esse Pontificem & quidem à Deo electum, nunc probat esse hominẽ circundatũ infirmitate, qui cõdolere possit ijs, qui ignorãt, & errãt. Quod enim addidit: Et propterea debet, quẽ admodũ propopulo, ita etiã pro semetipso offerre pro peccatis, nõ est additũ vt Christo cõuenire putaretur iam

Supplicatio ἱκετηρία,

11

iam enim cap. 4. dixerat: Tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato, sed vt confirmaret, quod dixerat: Pontificem talem esse debere, vt infirmitatis ipse non sit expers, quò condolere possit infirmis ac si diceret: Adeò hoc verum est Pontificem debere esse circundatum infirmitate, sicut, & reliquos, vt etiam maximam omnium infirmitatem, id est, peccatum sentiat, ac pro se orare opus habeat non minus, quam pro populo. Christum autem circundatum fuisse infirmitate ex eo confirmat, quod dum inter nos vixit, non preces tantum obtulit vt à morte saluus fieret, sed etiam supplicationes cum clamore valido, & lacrymis. Hoc autem fecit quoniam caro eius vehementer terrebatur morte, & tantis doloribus, cruciatusque iam imminentes perhorrescebat, & ipse in magno animi angore erat. Videmus hoc in passione Matth. 26. Cæpit cõtristari, & mæstus esse, Mar. 14. Cæpit pauere, & tædere. Matth. 26. Tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Supplicationes in eodem loco videmus: Et progressus pusillum, procidit in faciem suam orans, & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me Calix iste. In hac oratione, quo angore animi correptus fuerit, videmus Luc. 22. Apparuit autem illi Angelus de cœlo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentes in terram. Cumque diu orauerit in tanto angore, quis dubitet eum tunc, & valide clamasse præ vehementi dolore, & lacrymas fudisse, qui sanguinem fudit? Tunc ergo ita orauit vt nunc ait Paulus, & alias etiam fortasse. Hoc igitur nunc probat, paulò post & illud probaturus, obtulisse eum hostiam pro peccatis.

12

Ad eũ qui posset illũ saluũ facere à morte.] Duo petiuit, vt & mors auerteretur si fieri posset, & si Deus vellet, & vt mortuus à morte non teneretur, sed tertio die resurgeret. Prius in Euangelistis legimus, posterius negant Chrysostomus, & Theophylactus vsquam in Euangelijs legi, vt Christus pro resurrectione sua orauerit. At quid hoc refert, si in alijs scripturæ locis legitur? vt Psalm.

13

Universidad de Deusto
Biblioteca

20. vitam petijt à te & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi: Psalm. 21. Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. Psalm. 68. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Et Psalm. 40. etiam apertius: Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. Sed & in Euangelio hoc ipsum petiuit Dominus Iohan. 17. cùm subleuatis oculis in cœlum dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet te. Quod intelligitur ex verbis eiusdem Euangelistæ c. 12. Hæc nō cognouerūt discipuli eius, primū, sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo.

14 *Exauditus est.*] Etenim resurrectionem, quam petebat obtinuit sicut ait Dauid Psalm. 20. Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum, vitam petijt à te & tribuisti ei, & cæt. liberari vero à morte non simpliciter petijt, sed si ita expediret, & Deus id mallet, ac propterea addidit. Verùm tamen non mea voluntas, sed tua fiat. Hæc dixit Paulus, vt scirent tam gratum Deo Pontificem esse Christum, vt nihil petierit, quod non impetrauerit, & omnem suam spem in eo collocent. In Græco est: *Et exauditus*. Ita etiam est in translatione Syriaca, & in nonnullis codicibus latinis manu scriptis. Apud Græcos tam offerens, quam exauditus participium est προσενέγκας καὶ εἰσακουσθείς, Quare si ita legatur, non est addendum, Est, sed ita legendum: Offerens, & exauditus pro sua reuerentia, ita vt non ibi finiatur sententia, sed sequatur: & quidem cum esset filius Dei, & cæt. At puto nostrum interpretem non legisse, εἰσακουσθεὶς, sed εἰσακούσθη, id est, exauditus est, nihil tamen ad sensum refert siue legatur, Et exauditus, siue Exauditus est, sic enim interpre-
15 tabimur: Offerens, id est, cum obtulisset, etiam exauditus est. Ita est in translatione Syriaca, quæ habet: Qui etiam carnem indutus petitionem, & supplicationem

nem cum mugitu valido, & lacrymis obtulit ei, qui posset ipsum à morte seruare, & exauditus est. Et re vera multo meliu. ità clauditur periodus. Nam quod sequitur in Græco, καὶ πράξῃ ὑϕ', & cæt. Et quidem cum esset filius didicit, & cæt. initium est sequentis sententiæ, vt mox ostendemus. Dicendū igitur, quod sæpe experti sumus, & experiemur, nostrum interpretem antiquiorem Chrysostomo, codices Græcos nactum esse emendatiores, atq; ideo interdum non conuenire illi cum posterioris ætatis codicibus.

Pro sua reuerentia.] ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, In Græco nō est sua, sed tantum pro reuerentia, Quod Chrysostomus, & Theophylactus, & Oecumenius interpretantur, in hunc sensum: Tanta fuit eius reuerentia erga patrem, vt & ipse pater eum reueritus sit, & quasi pro reuerentia, non fuisti nuerit quidquam ei negare. εὐλαβεία, proprié est timor, & εὐλάβειαν,
reuerentia vt infra cap. 12. Per quam seruiamus placentes Deo cum metu, & reuerentia μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας, Et
εὐλαβὴς, quod interpres vertere solet Timoratus vt Luc. 16
2. Et homo iste iustus & timoratus, & Act. 8. Curauerunt autem Stephanum viri timorati. Quare si vim vocabuli spectemus, cum timor hic reuerentiæ, proprié homini cōueniat erga Deum, germanissima interpretatio hæc erit: Exauditus est pro reuerentia, quā semper erga Deum habuit. Sed potest & ità exponi: Pro reuerentia, quam pater erga eum habebat: at hoc minus proprie. Chrysostomus vtramq; interpretationē paucis videtur attigisse, ita enim ait: Tanta erat eius reuerentia, vt etiā propterea eum reuereretur Deus. Videtur autē mihi interpres addidisse suā, vt quodammodo tolleret ambiguitatem, & priorem expositionem eligendam doceret.

Et quidem cum esset filius Dei didicit ex ijs quæ passus est obedientiam.] Theophylactus priora verba copulat cum superiori sententia: Exauditus est pro sua reuerentia, & quidem cum esset filius ac si diceret: Reueritus est eum Pater, etiam si filius esset, haberetque erga eum naturalem fiduciam Pater. At melius sine dubio

Universidad de Deusto
Biblioteca

sententia hinc incipit. Et quidem cum esset filius Dei, didicit, &cæt. quam vnde ipse vult. Didicit ex ijs, & c. quod aliunde pendere facile intelligitur. Sensus est: Cum esset
17 filius Dei, cui propterea immortalitas, & gloria corporis, & exaltatio nominis sui debebatur, pati voluit, & per passionem didicit obedientiam, id est, experimento cognouit vim, & præstantiam obedientiæ, quam grata illa Deo sit, & quanta bona conciliet, nam quod ei, vt filio debebatur per obedientiam passionis meruit, & magna cum voluptate obtinuit. Et idcirco ait. Et consummatus, & cæt. In Græco tantum legitur: cum esset filius: sed si non additur, Dei, satis intelligitur subaudiri debere. At quorsum hoc dicit Apostolus, neque enim pertinere videtur ad id quod agebat de Christi Pontificatu? Imo pertinet maximè. Dixit, eum preces & supplicationes obtulisse, & exauditum esse pro sua reuerentia, nunc addit, per obedientiam passionis obtinuisse eum, vt non solum de eo, quod tunc petebat exaudiretur, & immortalitate frueretur, sed etiam causa esset salutis omnibus sibi obtemperantibus, & secum per viuam fidem semper manentibus. Hoc autem dicit, vt & passionem Christi magnifaciant, & semper in eius fide atque obedientia permaneant.

18 *Et consummatus factus est omnibus, & cæt.*] Exauditus est, & à morte liberatus immortalitatis gloriam accepit, & ad dexteram patris exaltatus est (hoc enim significat consummatus, vt cap. 2. dixit: Autorem salutis eorum per passiones consummare, quod in eodem loco exposuimus. n. 44. 45.) & simul per passionem suam accepit, vt omnes sibi obtemperantes æterna salute donaret. Sed dicit: consummatus, quoniam postquam resurrexit & ascendit in cœlum, & misit Spiritum sanctum cœperunt homines maximè ad eum conuerti, & habere salutem, quam ipse illis obtinuerat per passionem.

Appellatus à Deo pontifex. Omnibus sibi obtemperantibus factus est causa salutis æternæ, quia Deus Pontificem eum appellauit, id est, Pontificem nostrum fecit, non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchi-

Melchisedec, quod postea explicabitur.

De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicendum.] Omnino legendum est Ininterpretabilis δυσερμήνευτος: id est, difficilis explicatu, sed dum indocti librarij festinant, solent literas, aut Syllabas demere, cùm continuo eædem sequuntur, vt adnotauimus in cap. 3. Habacuc n. 62. vt in eodem cap. Et super excelsa mea, deducet me victor in psalmis canentem, pro victori Rom. 11. Et inuestigabiles viæ eius Et Ephes. 3. Et Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, pro ininuestigabiles. Psal. 118. præueni in maturitate, pro in immaturitate. Ita nunc interpretabilis, pro ininterpretabilis. Hieronymus ad Euagrium Epistol. 126. de hoc loco ait: Et difficultatem rei proœmio exaggerat dicens: super quo multus nobis sermo est, & ininterpretabilis: non quia Apostolus non
19 potuerit id interpretari, sed quia illius temporis non fuerit, Hebræis enim, id est, Iudæis persuadebat & cæt. Verumtamen si vas electionis stupet ad mysterium, & de quo disputat ineffabile confitetur: quanto magis nos vermiculi, & culices solam debemus scientiam inscitiæ confiteri? &cæt. Ininterpretabilis autem id est, difficillimus interpretatu, quia Hebræi non ita erant scientia mysteriorum Christi prouecti, vt capere possent omnino ea quæ in typo Melchisedec latebãt. Hoc igitur dicit, quod Dominus dixit Apostolis Ioh. 16. multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Quod interpres vertit, grandis sermo in Græco est πολὺς λόγος, id est, multus sermo, vt modo retulimus ex Hieronymo. Erasmus: De quo nobis multa forent dicenda eaque difficilia explicatu. Grandis ergo sermo dicitur, magnitudine & multitudine rerũ dicendarum. Rationem eius quod dixit reddit Apostolus: Quoniam imbecilles facti estis ad audiendum; & tamen non omnia tacuit, sed multa subtiliter explicauit capite septimo. Chrysostomus: Et attende quia nec tacuit omnino de verbo, nec locutus est. Illud quidem vt eorum intelligentiam subleuaret, & persuaderet etiã ipsis, vt perfecti essent, & non fraudarẽtur magnis dogmatibus: illud autem ne obrueret eorum mentem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

20 *Quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.*] Pro imbecilles est νωθροὶ, quod Erasmus & interpretes Chrysostomi & Theophylacti vertunt, segnes. Significat ea vox segnes ignauos, tardos, & tardi erant ad audiendum, quia non poterant intelligentia consequi dicentem, id est, non poterant grandia capere. Quod recte expressit interpres: Quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Et quid hoc sit, ipse Apostolus exponit: Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis vt vos doceamini quæ sunt elementa exordij sermonum Dei, & facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. Theophylactus: Hos autem, quia discendi facultas ex afflictionibus obuenerat, non carnales eos, sed segnes & torpidos nominat. Quum ait: facti estis, ostendit primum ipsos bene valuisse, post hęc vero tales factos. Oecumen⁹: Tentationes, inquit, & afflictiones reddiderunt vos segnes, neque potestis perfectos audire sermones &cę. Ego
21 potius eos imbecilles ad audiēdū factos puto negligentia & ignauia sua, quod parū in rerū diuinarū cognitione laboris, atq; operæ posuerant, sicut ait: Etenim cū deberetis magistri esse propter tempus &c. quod ignauis, qui ignauia sua parum profecerunt, dici solet. Quamuis huius ignauiæ & cessationis causa, potuit esse persecutio.

Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus.] Iam diu ad Christum conuersi estis, & tempus postulabat vt non solum vos mysteria Christi probe teneretis, sed alios etiam ea docere possetis. Chrysostomus: Attende quo modo cum laude struat increpationem. Hoc quippe est sem
Gal.5. per sapientię Pauli difficilia bonis intermiscere. Quod e-
Gal.3. tiam in Epistola ad Galatas facit dicens: Currebatis bene, quis vos impediuit? Et: tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa &cęt.

Quæ sint elementa exordij sermonum Dei.] Elementa id est στοιχεῖα. vocat literas, quę scilicet primum omnium pueris traduntur, & elementa exordij siue principij, sunt literę principio traditę, siue vnde doctrina incipitur. Intelligit autem in his prima rudimenta Euangelicę doctrinę, quę catechumenis tradebantur. Chrysostomus &

alij

alij ex Græcis: elementa sermonum Dei putant esse, quæ de humanitate Christi dicebantur, quoniam tacita diuinitate, ea primum tradebantur rudioribus. Ego non video cur de his tantum hæc dicta existimemus, cum præsertim omnes qui baptizandi essent, necesse esset credere Christum esse Deum. De his igitur, & de apertissimis quibusque quæ primo rudiores docebantur antequam baptizarentur, intelligamus, ac de illis de quibus capitul. 6. ait: Non rursus iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. 22

Et facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo.] Vestra incuria & socordia eo deuenistis vt opus sit tradere vobis rudimenta, quæ catechumeni discunt, nec altiora capere possitis. Lacte enim infantes nutriuntur, grandiores vero solido cibo, qui dentes habent ad mandendum. Lac eorum est, qui mandere non valent. Ita etiam dixit. 1. Corint. 3. Ego fratres non potui vobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tamquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis. *Lacte.*

Expers est sermonis iustitiæ.] στοιχεῖος, Inexpertus, rudis imperitus. Iustitiam vocat sanctitatem & perfectionem vitæ Christianæ, de qua nonpotest agi cum incipientibus, sed minora, & apertiora, & faciliora eis tradenda sunt. 23

Paruulus enim est.] Lacte nutriendus est, non enim potest mandere solidiorem cibum.

Perfectorum autem est solidus cibus.] Hoc est, altior & subtilior doctrina, tam de credendis, quam de agendis. Cum dicit: Perfectorum, docet, qui sint illi, quibus lacte opus est, id est, imperfecti, & incipientes. Augustinus tractatu. 98. in Iohānem: Hic enim videmus tamquam definitum esse quem perfectorū dicit solidū cibum: Et hoc

esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse illud, quod ad Corinthios scriptum est : sapientiam loquimur inter perfectos.1. Cor.2.

Eorum qui pro consuetudine exercitatos habẽt sensus.] Explicat quosnam perfectos appellauerit, qui scilicet recte intelligunt, & vsu temporis didicerunt quid sit bonum, & quid malum, quid in quaque re sequendum, quid fugiendum sit, nec circumferuntur omni vento doctrinæ. Idem de credendis intelligendum est. A sensibus autem, quibus quæ noceant corpori, & quæ prosint, nunc visu, nunc auditu, nunc olfactu, aut tactu, aut gustu cognoscuntur, ad mentem similitudinem duxit, quæ habet quasi suos sensus, ac multis modis & varijs indicijs deprehendit bonum, & malum, verum, & falsum. Augustinus ibidem: Hoc vero qui inualida, & inexercitata mente non possunt, profecto nisi fidei quodam lacte teneantur, & inuisibilia, quæ non vident, & intelligibilia, quæ nondum intelligunt, credant, facile ad vanas & sacrilegas fabulas promissione scientiæ ducuntur &cæt.

Quæritur, si Hebræi rudes erant, & paruuli, cur eis
4 Apostolus sublimia & ardua mysteria in hac Epistola scripsit, de filij consubstantialitate, de purgatione peccatorum, de sessione ad dexteram, & similia. Ad hoc ita respondet S. Thomas. Dicendum est secundum Augustinum, quod non est intelligendum quod in doctrina fidei alia sunt tradenda maioribus & perfectis, & alia imperfectis. Non enim est inter eos ista differẽtia: eadem enim vtrisque sunt tradenda: sed paruulis proponenda sunt, sed non exponẽda nec pertractanda, quia intellectus eorum magis deficeret quam eleuaretur. Hæc S. Thomas. Ita ergo fecit Apostolus, non enim subtiliter altiora persecutus est, sed aut tantum proposuit, aut certe ita tractauit vt capere ipsi possent. Hoc ipsum quod ex S. Thoma retulimus fusius docet Augustinus tractatu. 98. in Iohannem.

CAPVT. VI.

QVA propter intermittẽtes inchoationis Christi sermonem.] In Græco est aduerbium : propter
1 quod relinquentes initij Christi sermonem: Et sensus est, quem Erasmus versione sua expressit:

pressit: Qua propter omisso qui in Christo rudes inchoat sermone, sed cur dicit, Qua propter, cum potius ex dictis contrarium colligatur? Si enim illi paruuli sunt, & lacte indigent, non erat relinquendus sermo rudibus & incipientibus aptus, sed ille, qui perfectorum est, quem tamen persequi se velle docet, cum ait: Ad perfectionem feramur, &cæt. Mihi ad hanc quæstionem, in qua multum nobiles expositores laborant in hunc modum respõdendum videtur. Dixerat Apostolus de Melchisedec. De quo nobis grandis sermo & ininterpretabilis ad dicendũ quoniã facti estis imbecilles ad audiẽdũ, atq; id nõ ideo dixerat quod sermonẽ illũ tacere vellet: erat enim, ad id qđ in hac Epistola agit valde accommodatus, sed vt magis illos excitaret studio audiẽdi, atq; intentiores & beneuolẽtiores redderet. Cũq; illorũ imbecillitatẽ & tarditatẽ accusat, idcirco facit vt pudore ad melius intelligẽda, quæ scribit incitentur. Hoc igitur nunc ait: Quam quam hac- 2
tenus tardi & segnes ad rerum diuinarũm intelligentiam fueritis, lacte potius indigeatis, quam solido cibo, tamen missa nunc faciamus prima illa rudimenta, & ad perfectionem feramur, Hoc est date operam, quamuis imbecilli sitis ad audiendum, vt mecum intelligatis, quæ perfectis dici solent, & animo ac voluntate ad capiendum ea feramini. Videlicet non desperat Paulus, quæ scripturus est posse ab illis percipi, si animum intendant, aut certe à nonnullis eorum, qui eruditiores erant, per quos cæteri etiam paulatim intelligerent. Itaq;, Qua propter, pertinet ad illud: De quo nobis grandis sermo &c. ac si dicat: Qua propter agite, & vos ad rei magnæ atq; vtilis intelligentiam parate. Pro Intermittẽtes est ἀφέντες, quod proprie est relinquentes, aut remittentes, quem admodum legit Augustinus in lib. de fide & operibus ca. 11. vbi ita refert hæc verba: Ideoque remittentes initij Christi verbum in consummationem respiciamus. Eodem verbo Græco vti solent Apostoli cum de remittendis peccatis agunt & ipsam remissionẽ vocãt ἀφέντες, vt Matt. 5. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris Et c. 18. Quoties peccabit in me frater me⁹ & dimittã ei?

Eph. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eph.1.& Coloss. 1. Per quem habemus redemptionem
3 per sanguinem eius, remissionem peccatorum, &cæt. Suspicor autem nostrum interpretem verbum Græcum accepisse pro remittere, siue relaxare, quasi Apostolus noluerit penitus illum sermonem omittere, sed intermittere, quasi iterum postea assumendum, & vrgendum ac propterea vertisse intermittentes, id est, ad tempus omittentes.

Non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis.] Hoc est, non exhortabor vos ad pœnitentiam ab operibus mortuis, nec de illa pœnitentia nunc agam, quæ baptizandis ante omnia præcipi solet, quasi primum fundamentum bonorum spiritualium, quæ accepturi sunt Act. 2. His autem auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus vero ad illos: Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. De hac pœnitentia omnes hæc dici contendunt, quod Augustinus in lib. de fide & operibus cap. 11. his verbis exponit. Cur non etiam illud consequenter intelligunt, ipsam ab Ægyptijs separationem significare discessionem à peccatis, quam baptizandi profitentur? Ad hoc enim pertinet quod à Petro dictum est: agite pœnitentiam & baptizetur vnusquisque in nomine Domini nostri Iesu Christi: tamquam diceret: recedite ab Ægypto, & per mare ru-
4 brum transite. Vnde & in Epistola, quæ ad Hebræos inscribitur, cum eorum, qui baptizantur commemorentur initia, posita est ibi pœnitentia à mortuis operibus: sic enim dicit, Ideoque remittentes initij, Christi verbum, in consummationem respiciamus, non iterum facientes fundamentum pœnitentiæ à mortuis operibus & fidei in Deum, lauacri doctrinæ, impositionis manuum resurrectionis etiam mortuorum, & iudicij æterni. Hæc igitur omnia pertinere ad initia neophytorum satis, aperteque scriptura testatur &cæt. Deinde docens, quæ sint opera mortua, infert: Quid est autem à mortuis operibus pœnitentia, nisi ab ijs, quæ oportet mortificari, vt viuamus &cæt. Res tunc dicitur mortua, cùm non mouetur, neque

que officium suum facit, vt manus aut pes. Quare peccata, quia nec in vitam æternam diriguntur, quæ finis humanarum actionum est, nec dirigi possunt, opera mortua vocantur, vt exposuit S. Thomas. Peccata ergo in quibus viuebant ante quam ad fidem venirent, merito opera mortua vocauit. Sed cur ait: Non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ, quasi ante iecissiet? Deinde 5
quorsum cum illis ageret de pœnitentia, quæ præcedit baptismum nisi sermo de Melchisedec obstitisset, cum ipsi iam diu fuissent baptizati? si peccauerant, agendum quidem erat cum illis de pœnitentia, at non de ea, quæ ante baptismum suscipitur, sed de ea, quæ propria baptizatorum est, & est sacramentum. Et quoniam eadem quæstio exoritur in reliquis, quæ sequuntur: primum ea exponamus, deinde simul ad omnia respondebimus.

Et fidei ad Deum] quam scilicet baptizandi, & docebantur, & confitebantur vt diximus cap. 3. n. 3. Nihil autem refert ἐπὶ θεὸν, in Deum ne, vertas, an ad Deum, idem in vtroque sensus est.

Baptismatũ doctrinæ.] In Græco etiam plurali numero legitur βαπτισμῶν, quo modo legerunt Chrysostomus & alij Græci. Sed extitisse olim codices, in quibus esset, baptismi, satis intelligimus ex translatione Syriaca, quæ ita habet, & ex Augustino, qui in lib. de fide & operibus cap. 11. posuit, lauacri doctrinæ. Nec multum mirarer si ex βαπτισμῶ, fieret βαπτισμῶν, sed verior lectio est, quam interpres cum Græcis secutus est. Multi putant baptisma 6
ta nominari, quoniam non simplex baptisma est, sed triplex, id est, flaminis, & flaminis, & sanguinis: neq; enim dubitãdũ videtur, quin hæc tria baptizãdi docerẽtur. Probabiliter etiã dicemus baptismata dici propter triplicem mersionem: ita enim baptizabant Apostoli. Mihi hoc verisimillimum videtur, Hebræos putasse iterari posse baptismum cum rudes essent in rebus fidei, & assueti legi, in qua multi baptismi & multæ oblationes erant in vsu, sicut legimus Mar. 7. Pharisæi enim, & omnes Iudęi, nisi crebro lauerint manus, non manducant tenentes traditionem seniorum: & à foro, nisi baptizentur, non comedunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dunt: Et alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum & vrceorum, & æramentorum, & lectorum. Theophylactus: Fortasse autem & illi vt qui legi adhuc affixi erant, multos baptismos Iudaico more etiam in gratia prædicabant. Oecumenius: Hi cum Iudaice plus quam æquum erat curiosi essent, quoniam varia erant in lege baptismata, volebant nouæ quoque legis baptismate, quod regenerationem confert, frequenter baptizari, eo quod frequenter vellent remissionem peccatorum accipere & cæt. Idem docet Ambrosius libr. 2. de pœnitentia cap. 2. Hoc colligitur ex verbis sequentibus Apostoli: Impossibile enim est, eos qui semel sunt illuminati & cæt. quæ baptismo dicuntur nec, vllo modo ita intellecta pertinerent ad præcedentia nisi hoc Apostolus subindicasset, cum dicit baptismatum Doctrinæ. Pertinere autem omnino, declarat coniunctio, Enim. Est ergo sensus: Non repetam nunc, quæ de Baptismo initio dici solent, vnicum esse baptisma Christianis, nec
7. nos habere plura baptismata vt in lege.

Impositionis quoque manuum.] De sacramento confirmationis loquitur, in quo manus imponebantur baptizatis vt plenitudinem Spiritus sancti acciperent. Act. 8. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos & accipiebant Spiritum sanctum.

Ac resurrectionis mortuorum & iudicij æterni.] Inter alia hæc duo maxime tradebantur catechumenis, resurrectionis mortuorum Doctrina, & iudicij, vt ipe resurrectionis omnibus periculis libenter se pro Christo exponerent, & timore iudicij, nunquam ad priora peccata redirent. Dicitur autem iudicium æternum, quia nunquam mutandum est, quod in eo iudicio statuetur, sed æterna futura est eius sententia. In his omnibus subauditur illud, quod præcessit: Non rursum iacientes fundamentum, vt sit: Non iacientes iterum fundamentum pœnitentiæ, nec iacientes fundamentum fidei in Deum, aut fundamentum Doctrinæ baptismatum & cæt. Ex dictis solui potest quæstio quam num. 5. Proposuimus. Putabant

bant Hebræi vt diximus peccatores posse iterum baptizari, atque ita & baptismum & doctrinam illam, quam antea baptismum docebantur catechumeni, expectabant. Respondet ergo Apostolus, non ea nũc repetam, quæ iã accepistis, neque ita instituendi estis, ac si iterum esseris baptizandi, non potest baptismus iterari. Ac propterea infert: Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati & cæt.

Et hoc faciemus si quidem permiserit Deus.] Manifeste hæc 8
aduersari videntur solutioni propositæ quæstionis, ex qua potius fieri videbatur nunquã illa esse repetenda, quia baptismus, quem illa antecedunt non potest repeti: Et tamen Paulus pollicetur se ea repetiturum si permiserit Deus. Si Theophylactum sequi velimus, facile difficultatem vitabimus, ita enim ait: Hoc faciemus. Quale? vt ad perfectionem accingamur. Multi & Græcorum & Latinorum eodem modo exponunt. Et hoc faciemus, scilicet, vt ad perfectionem feramur, si Deus permiserit, id est, si vires nobis dederit ad faciendum. Ego persuadere mihi nõ possum hoc Paulum voluisse: cum enim dixerit: non agam nunc de pœnitentia, de fide, de baptismo, &c. & cõtinuo inferat: Et hoc faciemus si quidem permiserit Deus: ipsa verba hunc sensum facile indicãt: Et hoc, quod nũc omitto faciã aliquãdo, si Deus permiserit. Sed quo modo hoc facere poterat Apostolus, aut quorsum faceret cũ illi nec baptizãdi iterũ essent, nec cõfirmandi. Quare frustra verba faceret de pœnitẽtia præeunte baptismum? Fortasse ipse quæstionem soluit cum addidit: si quidem permiserit Deus, neque enim inepte ita intelligeretur: Faciam hoc quantum Deus permiserit. Baptismo quidem 9
iterum vos ablui non permittit, atque ideo de pœnitentia baptismi nihil dicam: hanc enim ob causam continuo ait: Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati: &c. de cæteris tñ, quæ Deꝰ permittit, agã si Deus dederit. Verũ facilior & expeditior hæc explicatio est, De iis etiã agam cũ licebit. Sed intelligit Apostolus de his rudimẽtis se aliquando esse locuturum ita vt illis vtile erit. Aget de pœnitentia ab operibus mortuis exhortãs eos ad nouam

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitã per cõfessionem inchoandã: aget de baptismo, non vt iterũ baptizetur, sed vt meminerint, quã viuendi rationem elegerint, & quã tenere debeãt, qui Christi membra per baptismum effecti sunt, docebitq; semel tãtum susci pi posse, quia semel gigni debuerũt: aget de impositione manuũ vt sciãt qua animi cõstãtia tenere debeant semel susceptã fidẽ &c. Quæris an hoc qd pollicetur præstiterit in hac Epistola præstitit sane quãtũ ad præsens institutũ pertinere vidit. Nã de baptismo & pœnitentia in hoc.c. & in. 10 loquitur, de fide. c. 11. de iudicio cap. 10. & .12. de resurrectione mortuorum quædam miscet ca. 11. & .12. Quod autem ait: si Deus permiserit, ideo dixit quod multa sæpe dicerent, aut facerent aut scriberẽt Apostoli nisi Deus vetaret, atq; alia fieri, aut scribi mallet, vt Act. 16. Transeuntes autem Phrygiam & Galatiæ regionem vetati sunt ab spiritu sancto loqui verbum in Asia. Cum venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Est ergo ac si diceret: Nisi Dominus voluntati meæ obstiterit, nisi aliud facere præceperit Itaque non sic nunc accipitur permittere, vt cùm Deus dicitur permittere, peccata, sed vt idem sit atque velle, aut non impedire, quod etiam in bonis dicitur. Ita etiam dixit. 1. Cor. 16. Nolo enim vos modo in transitu videre, Spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit. Volebat quidem sed videbat fieri posse, vt eo tempore Deus sibi alia præciperet vt manere apud eos non posset. Ita etiam Matth. 8. alius autem de discipulis eius ait illi. Domine permitte me primum ire & sepelire patrem meum. Et in eodem cap. vbi nos habemus: si Ejcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum, in Græco est: Permitte nobis abire in gregem porcorum.

Permittere.

10

Impossibile enim est eos, qui semel sunt illuminati] Quoniã dixerat: Non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ &cæt. & doctrinæ baptismatum meminerat, noluit differre, quod de baptismo promisit, ne diutius in magno & pernicioso errore hærerent putantes baptismum posse iterari. Nouatiani hæretici hoc testimonio abutebantur ad to-

11

ad tollendam pœnitentiam, negabant enim eam concedi posse ijs, qui post baptismum peccassent vt scribit Ambrosius lib. 2. de pœnitentia cap. 2. Hi etiam Cathari dicti sunt, id est, mundi, ita enim se ipsos vocabant vt ait Augustinus in lib. de hæresibus cap. 38. Quos Gregorius Nazianzenus in oratione in sancta lumina, appellat nouos Pharisæos, & nomine dum taxat, non animo & voluntate puros. Sed pessime illud in alienum sensum detorquebant, cum Apostolus non de sacramento pœnitentiæ sed de baptismo agat, vt Ambrosius in eodẽ loco veteres patres docuerunt, & ex ipsis Apostoli verbis aperte intelligi videtur. Quare ridiculum est, quod Lutherus scripsit in prologis, hanc Epistolam neque Pauli esse nec alterius Apostoli, quoniam pœnitentiam tollit. Hoc etiam ex his verbis incipit intelligi: Eos, qui semel sunt illuminati τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, quod de baptizatis dicitur, baptismus enim Apostolicis temporibus, illuminatio vocabatur. Nicetas in scholijs orationis Gregorij Naz. in sancta lumina initio: baptismus, inquit, luminã nomine appellatur quod purget & illustret. Quo etiam fit, vt faces eo tempore lætitiæ signum accendamus &cæt. Dionysius in li. de Ecclesiastica Hierarchia cap. 3. in prima eius parte: Sic igitur & sacræ diuinæ generationis sacramentum, quia primi luminis consortium tradit, omniumque diuinarum illustrationum principium est, & ex effectu ipso verissimo illud illuminationis cognomine prædicamus &c. Aperte etiã docet Paulus Heb. 10. cum ait: Rememoramini autẽ pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. Hoc est, postquam baptizati estis, tũc enim eos Iudæi persecuti sunt, quia manifeste Iudaismum deseruisse eos viderunt. Quare recte positum est in translatione Syriaca: Sed non possunt ij, qui semel ad baptismum descenderunt &c. At, inquis: etiam si illuminati dicantur, qui baptizati sunt nihil contra Nouatianorum sensum inde colligitur, ita enim ipsi interpretabuntur: Impossibile est baptizatos iterum renouari ad pœnitentiam: si autem per pœnitentiam remitterentur peccata, renouarentur, qui baptizati sunt. Quam inepte & in

12

13

Universidad de Deusto
Biblioteca

docte isti colligant, ex omnium verborum explanatione constabit, sed dixi id ex his verbis, quæ nunc interpretamur iam incipere intelligi, quoniam non dixit: Impossibile est ijs qui post baptismum peccarunt per pœnitentiam remitti peccata: sed, Impossibile est semel baptizatos, iterum per pœnitentiam renouari. Cum dicit semel baptizatos, siue illuminatos, & postea, iterum per pœnitentiam renouari, satis indicat perinde esse ac si diceret, iterum baptizari: ideo enim semel datum esse baptismum dicit, vt bis dari posse neget. Chrysostomus impossibile est, inquit: non iam speres, quod impossibile est. Non enim dixit: Non decet, neque prodest, neque licet, sed impossibile est, vt in desperationem inducat, id est, vt desperent se posse iterum baptizari.

Gustauerunt etiam donum cæleste. In Græco est: Et qui gustauerunt donum supercæleste. Hoc donum Chrysostomus & Theophylactus, & Oecumenius, remissionem peccatorum interpretantur. Fortasse hoc intelligunt de pace & lætitia animi, qua recens baptizati fruuntur depo
sita sarcina veterum peccatorum, & hæredes Dei effecti
secundum spem. Quod ex parte videmus in ijs qui per ge
neralem cõfessionem vberiorem gratiam consecuti sunt.
14 Ita enim hoc interpretandum censeo, quoniam gustandi verbum saporem & dulcedinem respicit. Atque hoc omnino mihi Petrus dicere videtur. 1. Ep. c. 2. cum ait: Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis, quoniam suauis est Dominus.

Et participes facti sunt Spiritus sancti.] Tunc, qui baptizabantur Spiritum sanctum visibilibus donis accipiebant, quibus mirum in modum lætabantur. Potest hoc etiam intelligi de sacramento confirmationis, in quo datur Spiritus sanctus ad robur, vt exposuit Oecumenius.

Gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum.] Pendet ex præceden

præcedentibus ac si dicat: Et qui gustauerũt bonum Dei verbum, ita enim est in Græco, nosterque interpres nihilominus dixit, pro Quæ, aut, Etiam: verbum autem non λόγον, dixit, nequis forte ad filium Dei referat, sed ῥῆμα quod est verbum quod loquimur, non, quod concipimus Chrysostomus & Theophyla. & Oecumenius, verbum Dei bonum, Doctrinam Euangelicã interpretantur. Sed si hoc vellet, satis erat dicere: gustauerunt verbum Dei. Quare eã proprie doctrinæ Euangelicæ partẽ nũc significat, quæ promissionem cœlestis hæreditatis continet, & diuinæ misericordiæ. Theod. Bonum autem Dei verbum vocauit promissionem bonorum &cæt. Huiusmodi enim verba bona dicuntur: Zach. 1. Et respondit Dominus Angelo qui loquebatur in me, verba bona, verba cõsolatoria Quali a hæc sint ostendit: Reuertar ad Ierusalem in misericordijs, domus mea ædificabitur in ea &cæt. 3. Reg. 14 Iste enim solus inferetur de Ieroboam in sepulchro, quia inuentus est super eo sermo bonus à Domino Deo Israel Prou. 12. Mæror in corde viri humiliabit illum, & sermone bono lætificabitur. Ieremiæ, 29. Cum cæperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonũ, & reducam vos ad locũ istum: verbum bonum vocat promissionẽ de eorũ captiuitate soluenda, sicut dixit c. 25. Cumq; impleti fuerint septuaginta anni visitabo super regem Babylonis &c. Et c. 33. Ecce dies venient, dicit Dominus, & suscitabo verbũ bonum, quod locutus sum ad domum Israel, & ad domũ Iuda. Hoc verbum bonũ est promissio illa c. 23. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustũ & regnabit rex, & sapiens erit &cæ. Ex quo intelligemus 16
illud psalmi. 44. Eructauit cor meum verbum bonum, id est, proferam verba promissionis, & consolationis magnæ. Vaticinaturus enim erat de nuptijs Christi & Ecclesiæ, & de Christi victoria, ac propterea infert: Dico ego opera mea regi, id est, hos meos versus, ego loquor Christo regi, eum laudare volo. Euthymius: Cernens prophera, quod magna quædam de Christo sibi erant prædicenda, exordio quodam vtitur, dicens, sermo-

Verbum bonum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne se borũ ac salutarẽ prolaturũ veteres etiã Ethnici bona verba vocabãt fœlicia, & boni ominis & læta quorũ vsus erat maxime in festis dieb' & in sacrificijs vt Tibullus.

Li. 1. Eleg. 2.
Dicamus bona verba, venit natalis ad aras
Prospera lux oritur, linguis, animisque fauete.
Ouidius. Li. 1. Fasti.
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

Virtutesque sæculi venturi] Varie hæc exponunt scriptores, nec mihi omnino satisfaciunt eorum expositiones. Ego δυνάμεις id est, virtutes, Apostolum dixisse arbitror quæ cum virtute & potestate magna fiunt, quæque potẽtiam magnam facientis declarant vt ostendimus cap. 2. n. 17. Quare immortalitatem & gloriam corporum vitamq; 17 Beatam sanctorum atque æternam Dei visionem, & splẽdidissimum cœlorum domicilium, & reliqua huiusmodi virtutes seculi venturi vocauit, atque has virtutes gustasse dicit eos, qui illarum amore capiebantur, & spe delectabantur. Recte autem hoc copulauit cum illo: Gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, hæc enim continentur bono Dei verbo.

Et prolapsi sunt. Et post hæc omnia in peccata inciderũt Translatio Syriaca: Quum iterum peccauerint.

Rursus renouari ad pœnitentiam.] In latinis codicibus constanter legi inuenio: Renouari, quem admodum etiã constanter in Græcis legitur ἀνακαινίζειν cum tamen notũ sit ἀνακαινίζειν nõ esse renouari sed renouare. Quare scholiastæ quædam, quę Vatabli putantur, corrigunt, renouare, & exponunt, Renouare se. Commodius tamen exponemus verba Græca in hunc sensum. Impossibile esse renouare eos, qui sunt illuminati, & prolapsi sunt, id est, vt sacerdotes & ministri Ecclesiæ eos renouent per baptismum. 18 At non est mutãda Latina lectio, sed potius per eam corrigenda Græca, vt non legatur ἀνακαινίζειν, id est, renouare, sed ἀνακαινισθῆναι, id est, renouari vt ex Græco Chrysostomo facile intelligitur. Ita enim ait: ὁ γὰρ εἶπεν ἀδύνατον ἐστὶν ἅπαξ γὰρ ἀπαξαναβῆναι ἀνακαινισθῆναι πάντως γενέσθαι, Hoc est, Non enim dixit impossibile est ἀνακαινίζειν, id est, renouari in pœnitentiam, & tacuit: sed cum dixisset

Impo

Impossibile est, intulit, iterũ crucifigentes ἀνακαινίζομεν, hoc est, nouum fieri. Ex quo videmus etiam si in verbis Pauli legatur apud Chrysostomum vt nunc est in Codicibus Græcis, ipsum non ita legisse, sed vt noster interpres legit. Atque idem de Theophylacto, & de Oecumenio iudicandum est, quod summè obseruandum est ad veritatem nostræ translationis confirmandam. Quod vero ait: *Ad pœnitentiam*, Chrysostomus, Theophil. Oecum. dictum volunt, pro, Per pœnitentiam, quod quoniam verum est, confirmandũ nobis nunc est. Sciamus ergo quõ admodum noster interpres sæpe dicere solet, In iudicio pro In iudicio & similia, & vice versa sicut cap. 4. huius Epistolę dixit, In auxilio opportuno, pro, In auxiliũ oportunum: ita etiã Paulũ & reliquos Apostolos ponere sæpe ἐν pro εἰς & εἰς pro ἐν, quod est in nostra trãslatione In, modo cũ sexto casu, modo cum quarto. Vt 1. Petri. 1. conseruatã in cœlis in vobis εἰς ὑμᾶς, id est, in vos Rom. 1. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorũ, in Græco est, In desiderijs. Et ibidẽ: Qui cõmutauerũt veritatẽ Dei in mendaciũ, Græce, in mẽdacio. 1. Cor. 1. Aut in nomine Pauli baptizati estis? Græce, In nomen Pauli. Matth. vltimo: Baptizãtes eos in nomine patris &c. Græce, In nomẽ. Ita ergo nũc εἰς μετάνοιαν, id est, ad pœnitẽtiã siue In pœnitentiam Chrys. cõfidit dictũ esse pro In pœnitẽtia, more scilicet receptissimo. Rursum, In pœnitẽtia pro Per pœnitẽtiã & similia, more Hebræorũ sæpe dicitur, vt initio primi capitis adnotauimus, vbi Apostolus dixit. Multifariam multisque modis olim Deus loquẽs patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, id est, per prophetas, per filium. De qua ergo pœnitentia loquitur Paulus? Chrys. Theop. Oecum. & nobiliores expositores de pœnitentia illa dictum esse confirmant, quæ præcedit 20 baptismum, Apostolumque omnino agere de baptismo per quem iterum renouari posse eos negat, nõ de sacramento pœnitentiæ. Idem sensit Hieron. lib. 2. contra Iouinianum prope initium, & Ambrosius lib. 2. de pœnitentia cap. 3. & Cyrillus citatus ab Oecumenio in sexto libro secundæ partis de adoratione in spiritu, & veritate, &

Vèritas vulgatæ translationis.

19

18

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philastrius in lib. contra hæreses cap. 89. & Damascenus lib. 4. de fide cap. 10. & multi alij. Quare quidam, qui de sacramento pœnitentiæ dictum putant, & Impossibile interpretantur, non, quod fieri nequit, sed quod difficile fit, his argumentis satisfaciant oportet. Primum Apostolus negat se velle iacere fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis quoniã fieri non potest, vt semel baptizati, iterum renouentur per pœnitentiam. Tunc autem agebat sine dubio de pœnitẽtia præcedente baptismum, ergo cum alterius non meminerit, de eadem intelligendum est, quod nunc dixit. Deinde qua verborum consequentia nunc diceret difficile esse baptizatos renouari per sacramentum pœnitentiæ? Quo modo hoc cum præcedentibus connecteretur? Quid ad sequentia pertineret
21 Cur diceret, impossibile est, semel illuminatos siue baptizatos cum satis esset dicere, Impossibile est, illuminatos, aut baptizatos? Accedit quod cum verba proprie accipienda sint, vbi aliter accipere non cogimur, cur impossibile dicamus, quod difficillime fit, cum proprie significet, quod nullo modo fieri potest? Chrysostomus & alij Græci verborum præterea proprietatem obseruant: non
Ps. 102. enim dixit: Emundari, sed renouari. Renouari, inquit Chrysostomus hoc est, nouum fieri: nouos quippe facere lauacri est tantum. Renouabitur, inquit, sicut aquilæ, iuuentus tua. Pœnitentiæ autem est, eos, qui innouati fuerunt, & postea veteraueruntin peccatis, liberare à vetustate, & consolidare & cæt. Renouare est nouum hominẽm facere, regenerare, quod proprium baptismi est. Ita accepit Apostolus ipse & vtrunque coniunxit Tit. 3. Per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti Renouationem autem ἀνακαίνωσιν vocauit Ambrosius li. 2. de pœnitentia cap. 2. cum dixisset Apostolum hoc in loco suadere baptismum non esse iterandum, id probãs sub iungit: De baptismate aũt dictũ verba ipsa declarãtquib⁹ significauit impossibile esse lapsos renouari in pœnitẽtiã. Per lauacrũ enim renouamur, per quod renascimur sicut
Rom. 6. ipse Paulus dicit: cõsepulti enim sumus cũ illo per baptismũ in morte vt quẽadmodũ surrexit Christus ex mortuis per

per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. 22
Et alibi: Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominẽ, qui secundum Deum creatus est. Et alibi: Renouabitur, sicut aquilæ, iuuentus tua: Quod etiam aquila cum fuerit mortua, ex suis reliquijs renascatur, sicut per baptismatis Sacramentum cum fuerimus peccato mortui renascimur Deo ac reformamur: hactenus Ambrosius. Eph. 4. Psal. 102.

Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei.] Et hinc patres confirmant de baptismo agere Apostolum, non de Sacramento pœnitentiæ. Ratio eius hæc est. Qui iterum baptizari volunt vt emundentur à peccatis, iterum filium Dei in semetipsis crucifigunt, quia baptismus similitudo est crucis, & passionis Christi, sicut ait Paulus Rom. 6. An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? consepulti enim sumus cum illo per baptismũ in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus: si enim cõplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc sciẽtes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, &c. Quare sicut Christus iterum crucifigi non potest, ita baptismus iterum suscipi non potest. Et qui secundo baptizari volunt, nihil aliud faciunt, quàm Christum in seipsis iterum crucifigere. Ita Chrysostomus, & Theophylactus, & Oecumenius. Iohannes Damascenus lib. 4. cap. 10. Quicumque in patre & filio & Spiritu sancto baptizati sunt, & rursus rebaptizantur, illi iterum crucifigunt Christum, vt inquit diuinus Apostolus, Impossibile enim est eos, qui semel sunt illuminati, & cæt. Et postea ait, typum, & repræsentationem mortis Christi esse baptismã, quoniã per tres immersiones tres dies sepulturæ Domini repræsentat baptismus. Ambrosius in loco indicato paulo aliter exponit, his verbis: Illud quoque euidens, quod in eo qui baptizatur, crucifigitur filius Dei, quia non potuit caro nostra abolere peccatum nisi crucifixa esset in Christo Iesu. Deinde, cũ verba eiusdem Apostoli retulisset, quæ iam adduximus ait: Quod ideò scriptũ est, vt credamus, quia 23

ipse crucifigitur in nobis, vt per illum peccata nostra mundentur, vt ipse chirographum nostrum affigat cruci, qui solus potest donare delicta, & cæter. Certissimum ergo est de baptismo loqui Apostolum, qui enim post peccata commissa iterum accedit ad sacramentum pœnitẽtiæ, nõ iterum crucifigit filiũ Dei, quia pœnitentia virtutẽ quidem sanctificandi habet ex passione Christi, sed non est figura aut simili tudo passionis, & mortis, vt baptismus.

24 *Et ostentui habentes.* Qui rebaptizantur, iterũ in semetipsis crucifigunt filium Dei, & ignominia afficiunt vt est in translatione Syriaca, siue ludibrio exponunt, aut irrisioni omnium Καὶ παραδειγματίζοντας, Quod Matth. 1. vertitur Traducere, vbi habemus: Ioseph autem cum esset vir iustus, noluit eam traducere, significat in exemplum dare, aut exemplum facere, accipiturque in malam partem cum scilicet, quis in exemplũ vicioſorum morũ adducitur, & de eo omnes cum irrisione loquuntur. Ostentui habere est digito, aut verbo quempiam notare, & omnibus ostendere, atque irridendum exponere. Ita etiam Coloss. 2. Expolians principatus & potestates traduxit cõfidenter palam triumphans illos in semetipso. Pro traduxit, est ἐδειγμάτισε, id est, omnibus irridendos exposuit. Pro quo Ambrosius legit li. 2. de pœnitentia. c. 2. ostentui habuit. Cur autem dicat hos, qui iterum baptizari volebãt ostentui habere filium Dei, Chrysostomus ita exponere videtur: Quum Christus morte victa resurrexerit, & iterum mori non possit, quia immortalitatem in resurrectione accepit: qui iterum eum in semetipso crucifigit, facto suo testatur vana, & ridicula esse, quæ de eius resurrectione & immortalitate dicuntur, & cum ludibrio omnium
25 offert. Hoc exemplo satis apto nos explicare possumus si quis nunc se ipsum circumcidat, aut ceremonias legis in vsum reuocet, iniuriam Christo facit, & quantum in se est, vana ac ridicula esse confirmat omnia, quæ de eius aduentu, & de beneficijs in humanum genus collatis narrantur, vsu enim illius ceremoniæ, quæ Christum venturum promittebat, cum nondum venisse testatur, sic sane, qui baptismum iterum suscipiunt, ipso facto significant

ficant opus esse vt rursum moriatur, & resurgat Christus. Si quidem non sunt contenti eius morte & resurrectione iam peracta quam primus baptismus repræsentabat. Theodoretus paulo aliter accepit. Hoc, inquit, nihil est aliud, quàm filium Dei iterum crucifigere, & eadem, qua prius affectus est, rursus ignominia afficere.

Satis igitur ex verbis Apostoli perspicitur eũ nõ tollere pœnitentiam, sed secundum baptismum. Sed quamuis nõ ita aperte loqueretur in hoc loco, ex alijs eius Epistolis facile id intelligi posset. Amb. in eodem loco: Nunquid Paulus aduersus factũ suũ prædicare potuit. Donauit Corinthio peccatum per pœnitentiã. 2. Cor. 2. quo modo hic potuit sententiam suam ipse reprehendere? Ergo quia non potuit, quod ædificauerat destruere, non contrarium dixisse eum, sed diuersum, aduertimus &c. Theod. Quod enim vbique prædicet pœnitentiam, testantur, quæ ab ipso scripta sunt ad Cor. Testantur etiam quæ ad Galatas. Quin et- 26
iam huiusmodi dicta vbique disseminat & cæt. Ad huius rei confirmationem satis est vel caput septimum posterioris ad Corint. Hieron. vero lib. 2. contra Iouinianum etiam ex hac ipsa Epistola confirmat Paulum prædicare pœnitentiam, ita enim ait, verum ne Montanus & Nouatus hic rideant, qui contendunt, non posse renouari per pœnitentiam, eos qui crucifixerunt sibi met filium Dei, & ostentui habuerunt: consequenter hunc errorẽ soluit, & ait: Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti, tamet si ita loquimur &cæter. Quod ita exponit Hieronymus: Ita locutus sum, vt vos à peccatis retraherem & desperationis metu facerem cautiores &cæter. Et capitul. 9. Quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semet ipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti? Et capitu. 10. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala &cæter. In hac sanctorum patrum expositione, quam 27
nos vt potuimus confirmauimus, molestus sane

restat

Universidad de Deusto
Biblioteca

restat scrupulus, quem nemo eorum, quos viderim eximere curauit, & qui non parum aduersus eam pugnare videatur. Cur docens Paulus baptismum iterari non posse tot verba congesserit, quæ adinstitutum pertinere nihil videntur, illa scilicet: Gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt spiritus sancti & cæt. cum satis superque esset dicere: Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, siue baptizati & prolapsi sunt, iterum renouari ad pœnitentiam. Etenim, qui semel baptizati sunt, siue gustauerint bonum Dei verbum & donum cœleste, virtutesque sæculi venturi, siue non gustauerint, impossibile est, iterum renouari per baptismum. Peccatur igitur in eo, quod id, quod non est causa, ponitur vt causa. Fortasse aut hoc, aut, quod mox dicemus mouit multos vt de sacramento pœnitentiæ interpretarentur, vt Lyranum, Hugonem Cardinalem, Dionysium, quamuis priorem sensum non reijciant. Alij de pœnitentia quidem intelligunt, sed post hanc vitam, vt Hugo S. Victoris quæst. 61. in hanc Epistolam. Petrus Lombardus. Hugo Cardinalis, Dionysius. Mihi quod de sacramento pœnitentiæ dicitur dum in hac vita sumus probabilissime dici videtur quoniam dubitari non debet, quin singula verba proposita suam vim habeant, nec frustra posita sint, sed vt doceat eos qui baptizati sunt, & magna à Deo, ac singularis amicitiæ pignora acceperũt, si tot ac tanta charitatis erga Deũ
28 vincula ruperint difficillimum esse, vt debitam pœnitentiam agant, quæ vere ad Deum reuertantur. Hæc summa est sententiæ Apostolicæ. Nec me tantum mouet quod dixi, sed etiam, quod post hæc verba legimus: Terra enim sæpe venientem superse bibens imbrem, & generans herbã opportunã illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. Proferens autem spinas, ac tribulos, reprobaest, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. Rationem reddit Apostolus his verbis eorum quæ dixerat: Impossibile enim est, eos qui semel sunt illuminati & cæ. Si autem tunc de baptismo locutus est quo modo hæc cum precedentibus connectentur, quę tamen nisi connectenda essent, non diceret Apostolus:

Terra

Terra enim sæpe venientem & cæt. Sed, terra sæpe venientem & cæt. Itaque Chrys. & alij Græci nihil de hac connexione dixerũt. Alij (si qui forte tentant) frustra conantur, nulla enim causa dictorũ redditur eorũ expositionibus. At nunc cum dicit: Terra enim sæpe venientem superse bibens imbrem, rationem reddit, cur difficillime renouari possint ad pœnitentiam illi, de quibus loquebatur, quoniam terra sæpe venientem superse bibens imbrem, nisi fructum ferat, tandem comburitur. Illi ergo qui se-
29 mel sunt illuminati, & gustauerunt donum cœleste & participes facti sunt Spiritus sancti & cæter. sunt terra, quæ sæpe bibit imbrem super se venientem, id est, multa à Deo dona accepit, quare, si fructum non ferant, non renouabuntur, sed æternis ignibus comburentur. Itaque cogi mihi videor contextu ipso sententiarũ vt ita exponam. Quæret quispiam, si de sacramento pœnitentiæ hæc verba intelligantur, quo modo cum antecedentibus cohæreant, ratio enim etiam ijs reddi videtur præcedentium cum dicat: Impossibile enim est &c. Optime cohærent si præcedentia in hunc modum exponamus. Non rursum iaciam fundamentum pœnitentiæ, id est nõ dicam vobis, quod ijs, qui peccauerunt ante omnia dici solet, vt pœnitentiam agatis, & per eam ad Deum reuertamini, vt non de pœnitentia præcedente baptismum loquatur, sed de ea, quæ lapsorum est post baptismum. Nec dicam, quod rudioribus dici consueuit, vt confirmetis in vobis fidem, & recordemini, qualis debeat esse vita fideliũ, quid in baptismo promiseritis quorsum confirmationis sacramentum susceperitis, resurgendum vobis esse vt ante Christi Tribunal sistamini, & iu-
30 dicemini. Et hæc quidem aliquando faciam, si Deus concesserit, video enim multũm expedire vt hæc vobis in memoriam reuocem, quia cum tot beneficia in vos Deus cõtulerit, nisi gratum animum erga eum habeatis, & vitam tot beneficijs dignam instituatis, periculum est, ne iusto Dei iudicio induremini, & in peccatis moriamini. Recte ergo hæc connectuntur, & cum præcedentibus, & cum sequentibus. Nunc singula exponamus. Cur dixit

Eos

Eos qui semel sunt illuminati? vt moneat eos baptismum semel suscipi posse, ne videlicet existimarent non esse necesse peccata confiteri & deflere, & labores pœnitentiæ subire, sed qualicumque pœnitentia, quæ sufficit ad baptismum renouari se posse ac si dicat: semel baptizati, non possunt renouari nisi per pœnitentiam, quę difficillimè in illis inuenitur, qui post insignia Dei beneficia ab eo receſſerunt. Cætera ita exponantur vt superius à 31
nobis exposita sunt, ita tamen vt non de tempore baptismi tantum, sed de consequenti etiam intelligantur, loquitur enim de ijs, quos Deus largitate donorum suorum ornauit, & quibus magna suæ misericordiæ & caritatis pignora dedit, & magna promisit. Idem virtutes sæculi futuri gustasse dicuntur, quia futurorum bonorum insignioren cognitionem, & spem, & quasi participationē quandam iam acceperunt. Hos si à Deo recedant & voluptatibus peccatorum implicentur, atque in eis inueterascant, difficillimum esse dicit renouari ad pœnitetiam: quoniam virtus huiusmodi excellēs, & tot Dei dona, ac tātus amor, si ita excidant vt non solum in peccata labantur, qui ea habebant, sed etiam in illis diu magnoque affectu maneant, eximiam malitiam, & animi, morumque deprauationem inusitatam apertè indicant, quemadmodum si homo firmæ atque robustæ valetudinis ita ægrotet vt nulla ferè sit salutis spes, non est dubium morbum illum maximum & validissimum fuisse, loqui autem se de ijs, qui in peccatis diu manent satis indicat Apostolus cùm dicit, Renouari, quod est eorum qui in peccatis inueterauerunt. Renouari ad pœnitētiam, est aut per pœnitentiā, vt ex Chrysostomo diximus, aut efficaciter à Deo moueri ad dolorē magnum de peccatis concipiendū, & ad vetustatem eorum exuendam, vt confiteantur illa Sacerdoti, & impositam pœnitentiam suscipiant, quod magis videtur retinere proprietatem verborum. Et quemadmodum vere renouat baptismus meritoq; lauacrum regenerationis, & renouationis dicitur, quia tollit vetustatem, quæ ex peccatis in nobis inerat ante baptismum: ita etiam pœnitentia renouat, quia tollit vetustatem, quæ post baptismum obrepserat,

rat, quamuis maiori labore quam baptismus: Quod elegantter explicatum est in Concilio Tridentino Sess. 14. c. 2. his verbis: Per baptismum enim Christum induentes noua prorsus in illo efficimur creatura, plenā & integram peccatorum omnium remissionem consequentes. Ad quam tamen nouitatem, & integritatem per sacramentum pœnitentiæ sine nostris magnis fletibus & laboribus diuina id exigente iustitia, peruenire nequaquam possumus, vt merito pœnitentia laboriosus quidam baptismus à sanctis patribus dictus fuerit, &cæt. Denique quod ex Eph. 4. afferuntur. Renouamini spiritu mentis vestræ, nō baptizandis dictum est, sed baptizatis: Et idem de reliquis testimonis renouationis iudicium est. 32

Illud putabitur huic explanationi conuenire non posse qđ cōtinuo sequitur: Rursū crucifigentes sibi metipsis filiū Dei, & ostētui habētes: cōuenit aūt nō minus quam cætera. Nec dicam, quod multi dixere hos quantum in se est crucifigere iterum Christum, quia peccata admittuntur propter quæ Christus crucifixus est, & si prior redemptio non satis fuisset, cogebant eum quodam modo vt iterum crucifigeretur, hoc enim de quocūque peccato mortali dici potest. Sed ita prorsus interpretor. Cum vir sanctitate præstans à virtute recedit, & perditam corruptorum hominum vitam imitatur, magna iniuria, & grauissima ignominia Christum afficit, nam & Christianis magno scandalo est, & inter infideles nomen Christi blaphemarur propter eum, & religio Christiana irridetur. Hoc igitur dicit. Rursum crucifigentes sibi metipsis 33
filium Dei, Rursus in eum hostiliter sęuientes, nō minus quàm qui eum crucifixerunt, rursum eum in se irritantes vt Iudæi, ideo ait: Sibi metipsis crucifigētes: rursum ostētui habentes, id est, efficientes inconstantia sua vt iterum irrideatur ab inimicis, sicut cum erat in cruce.

Vnum supereſt, quod & difficillimum est, & eos, qui de baptismo interpretati sunt, cum primis monit, non dixisse Apostolum, difficillimum est, sed impossibile est, sed *Impossibile*
id facile soluere possumus, cum Aristotelem autorem habeamus, qui lib. 1. de cœlo cap. 11. inquit, ἀδύνατόν, id est,

impossi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Impossibile impossibile dupliciter dicitur aut quod omnino fieri nō
potest, aut, non facile nec cito, nec bene. Ita dictum est
Lucæ. 17. impossibile est, vt non veniant scandala. Et. 2.
Mach. 4. videbat enim sine regali prouidētia impossibile
esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare á stul-
titia sua. Et c. 14. Nam quandiu superest Iudas, impossibi
le est pacē esse negotijs. Quid igitur vetat, vt impossibile
dixerit Apostolus, quod difficillimum factu erat. Sed ali
34 quid addendum est. Impossibile dicitur in scriptura & in
omnibus disciplinis, nō tantum quod difficillimum est,
sed quod iuxta communem legem, aut iuxta communem
vsum, & consuetudinem rerum fieri non potest, etiam
si priuilegio aut voluntate principis fieri queat. Ita iuris
periti dicunt, quod pendet à voluntate principis impossi
bile censeri, id est, quod iuxtá ius commune non potest
fieri, nisi potestate sua princeps vsus id concedat, non
iudicatur possibile, præsertim si res sit ex ijs, quæ à prin-
cipe concedi non solent, id quod ex. l. cum seruus. §. con
stat. ff. de legatis. 1. aperte colligitur. Cum enim iurisco
sultus eo in loco statuisset campum Martium, & fo-
rum Romanum, & ea, quæ sunt de patrimonio Cæsa-
ris, legari non posse, rationem subijcit dicens: Quo-
niam commercium eorum nisi iussu principis non est,
cum distrahi non soleant. Et Brisonius libr. 9. de
verborum significatione ait: Impossibile est, cui na-
tura, vel lex impedimento est, quominus existat.
Ita sunt intelligenda, quæ ex lib. 2. Machab. modo
retulimus. Similiter in moribus impossibile vocat
scriptura, quod vsum communem & consuetudi-
nem rerum egreditur, id est, quod iuxta id, quod
plerumque, aut semper fere vsu venit, nullo modo
fiet, tametsi fieri id possit, si Deus supra vsum &
cōsuetudinem facere velit. Sic dictum est Luc. 17. Impos
sibile est, vt non veniant scādala: licet enim possit Deus
tantum gratiæ hominibus elargiri, vt nulla veniant scan
dala, tamen vt nunc sunt res hominum, impossibile
35 est non venire. Hoc optime confirmatur verbis
Domini Mar. 10. Quam difficile, qui pecunias ha-
bent

bent in regnum Dei introibunt? Et mox: Quam dif-
ficile est confidentes in pecunijs in regnum Dei in-
troire? Et quod difficile dixit similitudine declarat non
posse fieri: Facilius est (inquiens) camelum per fora-
men acus transire, quam diuitem intrare in regnum
Dei. Cumque Apostoli mirarentur & putarent nemi-
nem posse saluum fieri, ait: Apud homines impossi-
bile est, sed non apud Deum: omnia enim possibilia
sunt apud Deum. Prius dixit difficile, quoniam re ve-
ra per Dei potentiam fieri poterat, sed impossibile es-
se dixit apud homines, quoniam vt vires sunt huma-
næ infirmitatis, & vt vti solemus Dei auxilio nunquam
fiet. At potest Deus eximia quadam gratia, & maiori
quàm vulgo dari consuevit, ita corda diuitum excitare
vt salui fiant. Ambrosius lib. 2. de pœnitentia cap. 2. Pos-
sem quidem etiam illud dicere ei, qui hoc de pœnitentia
dictū putat, quia quæ impossibilia sunt homini, possibilia
sunt apud Deum, & potens est Deus, quando vult, dona
re nobis peccata, etiā quæ putamus non posse cōcedi, &c.
Simile est illud Mar. 3. Amen dico vobis, quoniam omnia
dimittentur filijs hominum peccata, & blasphemiæ, qui-
bus blasphemauerint: qui autē blasphemauerit in Spiritū
sanctum, non habet remissionem in æternum, sed reus
erit æterni delicti, Quoniam dicebant: Spiritum immun- 36
dum habet. Quod perinde est acsi diceret. Impossibile
est ei remitti, si tamen hic maiorem solito gratiam ac-
cipiat, & totus commoueatur, ac conuertatur, remit-
tetur illi sine dubio. Ita igitur nunc dicit hos impos-
sibile esse renouari per pœnitentiam, siue ad pœniten-
tiam, quoniam qui illo sublimi gratiæ gradu decidit,
& peccatorum ac voluptatum laqueis implicatus est,
nunquam renouabitur ad pœnitentiam, nisi insolito
quodam diuinæ gratiæ auxilio permoneatur, simile etiam
est illud Ieremiæ. 13. Si mutare potest Aethiops pel-
lem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis
bene facere cum didiceritis malum. Hieronymus in
eadem verba: Sed hoc, quod hominibus impossibile
est, Deo possibile est, vt nequaquam Aethiops & pardus

Universidad de Deusto
Biblioteca

suam videantur mutare naturam, sed ille qui in Aethiope operatur & pardo, &c. Quare nihil hic virtuti pœnitentiq detrahitur, nec de ea dubitatur, potest enim omnia peccata, quamuis grauia & magna delere, sed de illis, qui cũ ita perditis moribus sint, nunquam se ad illam ritè suscipiendam comparabunt, nisi vehementiori, & insolito gratiæ impulsu concitẽtur. Propterea nos apertius exposuimus, Renouari ad pœnitentiam siue in pœnitentia mutatione vitæ & dolore magno peccatorum vetustatem exuere, vt quemadmodum oportet illa sacerdoti confiteantur, & suppliciter impositam pœnitentiam suscipiant. Eodem modo intelligendum est, quod dictum est de diuitibus, & de peccantibus in Spiritum sanctum.

37 *Terra enim sæpe venientem superse bibens imbrem.*] Quid nunc dicat Apostolus & quorsum dicat, satis iam explicatum est numero. 27. & 28.

Et generans herbam opportunam illis à quibus colitur.] Alij legunt, germinans, nec malè, sed intepretem vertisse puto generans, est enim in Græco τίκτουσα, id est, generans, siue pariens. Pro, opportunam, Græce est, εὔθετον. hoc est, vtilem, & aptam, qualem agricolæ volunt.

Benedictio. *Accipit benedictionem à Deo.*] Benedictionem vocat prouentum magnum vt Genes. 27. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Est autem prosopopœia, ita enim loquitur Apostolus ac si pro mercede terra fertilitatẽ acciperet: significatq; Deũ agris frugiferis prębere fœcunditatem: cũ enim illi boni sint, & hominũ vsui apti, efficit vt diligentius colantur, & vberiores fructus ferant. Vult autem intelligi homines, qui Dei dona non frustra accipiunt, sed factis respondent, & gratos se præstant, nouis in dies benedictionibus locupletati.

38 *Proferens autem spinas, ac tribulos.*) Per quæ, peccata intelligit inutilia, aut potius noxia & Deo ingrata. Proferens ἐκφέρουσα. Theophylactus: Non dixit germinans siue gignens, vt supra de herba, sed proferens, perinde ac dicat aliquis, Ebulliens ac veluti superfluentem abijciens. Et Oecumenius. Iam non dixit: Progenerat, sed produ-

producit, innuens electionem esse præter naturam: tamquam diceret: Emittens, velut abortum.

Reproba est.) ἀδόκιμος, quæ omnibus displicet, & quã omnes reijciunt, & improbant.

Et maledicto proxima.) Parum abest, quin illi Deus maledicat, quomodo ficui maledixit dicens: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum, Matth. 21. Theophylactus: Bonæ terræ benedici dixit à Deo, infrugiferã autem non dixit simpliciter execratam, sed execrationi vicinam, ne desperemus. Nam qui prope execrationem est poterit & longè remoueri.

Cuius consummatio in cõbustionem.) Hoc est, cuius finis erit combustio. Ita homo qui fructum non tulerit, maledicetur, & in ignem æternum comburendus mittetur. Quod dicit, ex agricultura petitum est, agricolæ enim steriles agros incendunt. vnde Virgilius. 1. Georg.

Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis: Plinius lib. 18. cap. 30. sunt qui accẽdunt in aruo & stipulas magno Virgilij præconio: summa autẽ ratio vt herbarum semen exurant.

Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora.) Quo- 39
niam, eos superioribus verbis terruerat, & quasi in desperationem cõiecerat, rursum eos erigit vt bono animo sint, & mores suos corrigãt, ac si dicat: Non hęc dixi, quod vos tales esse arbitrer, sed vt Dei iustitiam considerantes, timeatis, & magis in dies Deo placeatis. Pro confidimus est πεπείσμεθα, id est, persuasi sumus, pro certo habemus. Rursus Pro Meliora τὰ κρείττονα, id est, ea, quæ meliora sunt ijs videlicet, quæ diximus, id est, non esse vos omnino vt terram, quæ sæpe venientem superse bibens imbrem, spinas, & tribulos profert. Persuasimus nobis meliori in statu res vestras esse, nec fore finem vestrum combustionem. Sed quæritur cur tot & tam grauia Paulus scripserit, si persuaserat sibi meliora de Hebræis, & viciniora saluti. Quoniam Hebræi, qui multis à Deo beneficijs affecti fuerant, non parum remiserant de pristinæ illius caritatis & sanctitatis feruore, & me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuebat, ne remissione illa semper in deteriùs labe-
rentur, & eò deuenirent, vt Dei iudicio damnaren-
tur. Theophylactus: Non quasi vos damnarim, ac de
vobis male iudicem hæc dico non enim, quod plenam
spinarum conscientiam censeam, sed metuens ne hoc
fiat. Quæritur etiam cur interpres verterit dilectissi-
mi, cum in Græco sit ἀγαπητὲ, id est, dilecti, & ip-
se soleat vertere dilectus, vt Matth. 3. hic est filius
meus dilectus. Et capitulo. 12. Dilectus meus, in quo
bene complacuit animæ meæ. Et capitul. 17. Hic est fi-
lius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, Mat-
40 th. 1. Tu es filius meus dilectus? Causa est, vehemens
verbi Græci significatio, quæ vehementior est, quàm di-
lecti apud nos, vt Erasmus testatur in extrema annotatio
ne capitul. 3. Matthæi, & quidam ex recentioribus. Ideo
Hieronymus Isai. 5. in illud: Germen eius delectabile,
ait: Lxx. νέοφυτον ἡγαπημένον, id est, nouella planta-
tio dilectissima, & in illud. Zach. 12. Aspicient ad me,
quem confixerunt, & plangent cum planctu, quasi su-
per vnigenitum. Pro vnigenito ἀγαπητόν, id est, carissi-
mum, Lxx. transtulerunt, de quo in Euangelio legimus:
Hic est filius meus carissimus, in quo mihi complacui.
Idem in libello de optimo genere interpretandi, qui in-
ter Epistolas est prima & centesima, cum à quodam
se reprehensum fuisse diceret, quod quadam Græca epi-
stola Epiphanij vertenda pro ἀγαπητέ, transtulisset,
dilectissime, ridet reprehensorem suum, nec dignum
putat, cui in re aperta respondeat. Itaque sicut amare
apud nos, vehemẽtius est, quã diligere, vt Cicero docuit
Epist. 165. libro. 9. cùm dixit: Quis erat, qui putaret, ad
eum amorem, quem erga te habebam posse aliquid acce-
dere? tantũ accessit vt mihi nunc denique amare videar,
antea dilexisse. Ita ἀγαπᾶν Græcum superat diligere
Amare & diligere. latinum: Atque idcirco interpres vt æquaret vim no-
minis ἀγαπητὸς, necesse habuit vertere, non dilectus,
41 sed dilectissimus, aut Carissimus, vt Marci. 9. Hic
est filius meus carissimus, audite illum. Actor. 15.

Cum

Cum carissimis nostris Barnaba, & Paulo. Rom. 11. *Roma. 1.*
Secundum electionem quidem carissimi propter patres,
1. Cor. 4. Non vt confundam vos hæc scribo, sed vt filios *1. Cor. 4.*
meos carissimos moneo. Necetamen recusat interdum di
cere, dilectus, vt iam ostendimus, vt Græcum imitetur, &
verbum reddat è verbo, volens tamẽ dilectissimum intel-
ligi. Hinc etiam cognoscere possumus cur idem verterit,
Et viciniora saluti, cum in Græco sit; καὶ ἐχόμενα σωτηρίας,
id est, coniuncta cum salute vt vertit Erasmus, aut adhæ-
rentia saluti. Si enim vicina saluti diceret, minus dicebat,
quàm vox Græca significabat, & ideo viciniora dicere ma
luit, id est, valde vicina.

Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri.] Erigit eos in meliorem spem recordatione iustitiæ Dei, & eorum, quæ in Dei obsequium fecerant. Theophy-
lactus: Si enim iustus est Deus, non obliuiscetur ope-
ris vestri, hoc est, misericordiæ, fraternæ dilectio-
nis, sed retribuet vobis. Proinde ne despondeatis ani
mum, nec sitis pusillanimes. Cæterum omnino me-
liora sperate, quandoquidem & omnino Deus iustus
est, &c. vt. Hæc autem verba nullomodo putandum 42
est dicta ijs, qui aliquando iusti fuerunt & præclara fe-
cerunt, sed à gratia tamen exciderant. Non enim Deus
iniustus vllo modo dici posset, si laboris eorum & di-
lectionis obliuisceretur, quia, qui in peccatum mor-
tale labitur, iustè omnia, quæ fecerat, amittit, dum Deo
non reconciliatur vt in Ezech. capitulo. 18. testatur *Ezech. 8.*
Deus: Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fe
cerit iniquitatem secundum omnes abominationes,
quas operari solet impius, nunquid viuet? omnes iu-
stitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur: in præ-
uaricatione, qua præuaricatus est, & in peccato suo,
quod peccauit, in ipsis morietur. §. Quæritur tamẽ, vtrum
de illis operibus loquatur Apostolus, quæ ab scholasticis
Theologis mortificata appellantur, & postea per gratiam
susceptã reuiuiscunt, an de illis, quæ faciũt iusti sine vlla
interruptione peccati mortalis? S. Thom. de mortificatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

operibus hęc interpretatur, nec improbabiliter. Sed si accuratè & verba, & eorũ contextũ contẽplemur, omnino
43 de operibus factis à iustis Apostolus loquitur, quæ peccato mortali nondũ deleta sunt, aut mortificata. Hoc ex eo perspici potest, ꝙ nihil est in tota epistola, vnde certo colligere possimus Hebræos gratiam amisisse, quamuis propter remissionem & ignauiam timeret eis Apostolus, & non solum admonendi, sed etiam terrendi viderentur. Imo non obscure indicat eos permansisse semper in accepta iustitia, sicut hic videmus. Non enim inquit, iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis. Cupimus autem vnumquemque vestrum eandem ostentare solicitudinem ad expletionem spei vsque in finem, & cæt. Non enim dicit, cupio vnumquemque vestrum resurgere à peccato, sed facere vsque in finem idem quod facit, vt spes vestra expleatur. Et cap. 10. Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorũ cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentẽ substantiam. Nolite itaq; amittere confidẽtiam vestram, quæ
44 magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionem. Quod si fortè quidam ex illis à fide defecerunt, non illis loquitur, sed permanentibus in fide. Aliud etiam est quosdam gratiam amittere, aliud amittere totam gentem, aut totum populum. Fieri potuit, ac vel de probabile est, vt quidam illorum peccatum mortale admiserint, sed paucorum peccata sanctitatem totius populi, non tollunt, cum semper, quod maior pars populi facit, populus fecisse dicatur. Ita dicimus populum Iudæorum excæcatũ fuisse, licet, nonnulli ex eis crediderint: Et Ecclesiam sanctam atque immaculatã appellamus, licet multi sint in ea peccatores. Denique Cõcilium Tridentinum ita hæc verba intellexisse videtur Sess. 6. capitul. 16. cùm ait: Hac igitur ratione iustificatis hominibus, siue acceptam gratiam perpetuo conseruauerint,

siue

siue amissam recuperauerint, proponenda sunt Apostoli verba: Abundantes in omni opere bono scientes quod labor vester non est inanis in Domino: non enim iniust⁹ est Deus vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius. Et: nolite amittere cõfidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem &cæt. Primum hic videmus hæc verba proponenda esse 45
ijs qui acceptam iustificationem perpetuo conseruarunt, in quibus scilicet, neque est neque fuit vnquam vllum mortale peccatum. Sed quoniam proponi eadem concilium iubet illis etiam, qui amissam recuperauerint, putabit quispiam hæc ad mortificata opera referri, quæ recuperatione iustificationis recuixerunt. At non ita est. Loquitur enim de operibus, non interruptis peccato mortali, siue ab eo fiant qui nunquam amisit gratiam, siue ab eo qui recuperauit amissam, pro quibus æternæ vitæ mercedem sperandam docet. His dicit Apostolus. 1. Corin. 15. Abundantes in omni opere bono, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino. Nihil de præteritis operibus dicit sed de illis, quæ tunc facienda erant. Et vt sciãt laborem suum non esse futurum inanem, addit cõcilium verba huius cap. 6. Non enim iniustus Deus &cæt. Ideo etiam ait paulo post: Atque ideo bene operantibus vsque in finem & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna &cæt. Aliud est ergo quærere an bona opera mortifi-
cata reuiuiscant, quod verum esse non dubitamus, aliud 46
an de his nũc loquatur Paulus, quod nobis non probatur quoniam illis loquitur, qui gratiam non amiserant. Si enim amisissent, prius illos admoneret, vt per pœnitentiam, eam recuperarent. Deinde simul eos excitaret, & consolaretur confirmando non esse carituros fructu operum, quæ aliquando fecissent, si rursum in gratiam cum Deo redirent. Quare iustis & in sua iustitia manentibus ait: Non enim iniustus Deus, & cæt. Hoc est: Non estis vos terra reproba & maledicto proxima, cuius cõsummatio in combustionem: fecistis enim & facitis opera Deo grata, iniustusque esset Deus si talia facientes damnaret, iustitiæ enim est implere promissa. Hanc iustitiam

docet eleganter eadem Synodus loco indicato his verbis. Atque ideo bene operantibus vsque in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, & tanquam gratia filijs Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorũ operibus, & meritis fideliter reddenda. Hæc est enim illa corona iustitiæ, quam post suum certamen & cursum
2. Tim. 4. repositã sibi esse aiebat Apostolus à iusto iudice sibi reddendam, &cæt.

47 *Et dilectionis.*] In quibusdam codicibus est καὶ τῆς κόπου τῆς ἀγάπης, id est, & laboris caritatis, siue dilectionis. Erasmus vertit, & laboris ex caritate suscepti, sed τοῦ κόπου, id est laboris Chrysostomus non agnoscit neque Theophylactus, neq; Oecumenius, neque Theodoretus, neque Syriaca translatio, sed omnes ita vt noster interpres legunt. Quod in Græcis commentarijs Chrysostomi, & Oecumenij manifestius est: apud Chrysostomum enim neque in verbis Pauli, neque in expositione vsquam legitur τοῦ κόπου: apud Oecumenium autem positum est in verbis Pauli non tamen in expositione, neque vlla est huius nominis mentio, sed, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, ex quo videmus veritatem nostræ translationis.

Veritas translationis.

Quam ostendistis in nomine ipsius.] In Græco est, εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, in nomen ipsius, quod facile possumus interpretari: Non obliuiscetur Deus dilectionis, quam erga eius nomen ostendistis, Declarastis quantum amaretis nomen Dei & Christi quandoquidem omnes, qui Christiani vocabantur, iuuistis eleemosynis vestris. Et quia noster interpres sæpe dicit in nomine, pro in nomen & similia vt diximus supra, numero. 19. Quemadmodum etiam dicitur Iohann. 1. Iis qui credunt in nomine eius: recte locus ita vt dictum est, explicabitur. Nisi quis malit exponere, in nomine eius, propter nomen eius quod idem est, ac, propter eum.

48 *Qui ministrastis sanctis, & ministrastis.*] Ministrare alicui & si generale verbum sit, solet de ijs sæpe dici, qui aut

Ministrare.

aut cibos parant, aut paratos in mensam asserunt. Vt Matthæ. 4. Et Ecce Angeli accesserunt & ministrabãt ei. Luc. 12. Amen, dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Sed proprie in scriptura significat eleemosynas largiri, aut ab alijs acceptas deferre. Vtrumque videmus apud Paulum Rom. 15. Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis, id est, vt eleemosynas sanctis deferam. Deinde addit: Probauerunt enim Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles, debent & in carnalibus ministrare illis, id est, eleemosynas largiri: vtrũque autem videntur Hebræi fecisse. hoc est, non solum eleemosynas dedisse, sed ad pauperes detulisse, & illis inseruisse, ac ministrasse, quod proprie significat ministrare. Hoc idem subindicat cap. 10. cum ait: Nam & 49
vinctis compassi estis &cæt. Sanctos autẽ pro illius sæculi more vocat Christianos, vt etiam perspicitur ex verbis quæ retulimus ex cap. 15. ad Rom. & nihil est frequentius apud Paulum, præsertim in initio, & in fine Epistolarum vt Rom. 1. omnibus, qui sunt Romæ dilectis Dei vocatis sanctis. 1. Cor. 1. Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi sanctificatis in Christo Iesu vocatis Sanctis Ephes. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc &cæter.

Sanctus. *Rom. 1.* *1. Cor. 2.* *Ephes. 3.*

Cupimus autem vnumquemque vestrum eandem ostentare solicitudinem.] Cupio vt in hac solicitudine operum misericordiæ, & reliquarum virtutum nunquam defatigemini sed ad finem vsque perseueretis. Ostentare autem simpliciter dixit pro ostendere ἐνδείκνυσθε.

Ad expletionem spei πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος, quod Erasmus vertit ad plenam spei certitudinem, id est vt bonis operibus quotidie vestra spes crescat, & plenior sit, omninoque significat, quod est in 2. Epist. Pet. capit. 1. Qua propter fratres magis satagite vt per bona opera certa n vestram vocationẽ & electione faciatis, πληροφορεῖν, (vt ad notauit Erasmus in præfatione Euangelij Lucæ) est

Πληροφορία καὶ πληροφορεῖν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

50 plenam de aliqua re & indubitatam fidem facere. Et πληροφορῦμαι, (inquit Budæus in commentarijs linguæ Græcæ) est compertum habeo, certissime noui. Et πληροφορηθεὶς, Dicitur, qui certa cognitione aliquid nouit, aut si ita dicere liceret, qui plene de aliqua re certificatus est. Rom. 4. Plenissime sciens, quia quæcumque promisit, potens est & facere. Et cap. 14. vnusquisque in sensu suo abundet ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοὶ πληροφορείσθω, id est vnusquisque quod senserit in eare, id certum existimet, in eoque cõquiescat. Hinc πληροφορίαν, volunt esse certam rei cognitionem, siue quam vulgus vocat certitudinem. Erasmum & Budæum multi sequuntur, putant enim hæc deduci à πλήρης, quod est plenus, & φορᾶν, quod est comperire, deprehendere. At primum reclamat orthographia, cum in φορᾶν sit ω in πληροφορεῖν, & ab eo deriuatis semper, o, inueniamus, nunquam, ω, Deinde non pauci loci occurrent, vt statim videbimus, qui ita intelligi nequeant. Quare existimo nostrum interpretem melius vim huius verbi deprehendisse, quam Erasmum & Budæum, ac πληροφορεῖσθαι, nihil aliud esse quam abundare, impleri, siue plenitudinem habere, cuius autem rei sit plenitudo, ex ijs quæ dicuntur atque ex præcedentibus & sequentibus intelligetur: nunc enim erit cognitionis, nunc alterius cuiusuis rei πληροφορεῖν enim à πλήρης, quod est plenus, & à φέρω, dicitur, cuiusmodi multa sunt verba apud Græcos, vt δαφνοφορεῖν, laurum ferre, δαδοφορεῖν, tædam ferre, δισσοφορεῖν, sellam ferre δωροφορεῖν, munera ferre. Ita πληροφορεῖν, plenitudinem ferre πληροφορεισθαι, abundare, impleri, plenitudinem habere. Ità omnia recte intelligemus Roman. 4. πληροφορηθεὶς, quia quæcumque promisit, potens est & facere, id est, plenitudinem habens, Deum posse facere, quæ promisit. Cuius rei plenitudinem? Scientiæ & fidu-

51 Translatio.

Locus Re. 14.

ciæ: propterea vertit interpres: plenissime sciens. Ita cap. 14. vnusquisque in suo sensu, πληροφορείσθω, abundet, plenitudinem habeat in eo, quod sensit, & iudicauit, id est,

est, ne faciat dubitando ne peccet, sed plene sibi persuadeat sibi id licere, quod facit. Hanc persuasionem, & 52
hoc firmum iudicium vocat postea πίστιν, id est fidem πίστις enim persuasio est, ἀπὸ τοῦ πείθειν, quod est suadere. Omnia quidem sunt munda, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat &cæt. Tu fidem habes? Penes te metipsum habe coram Deo. Hoc est: Tu iudicas, & plene persuasus es licere vesci his, aut illis cibis? Ita crede & iudica apud te & apud Deum, sed ita eis vescere vt infirmis offensioni non sis. Ex quo intelligitur, quod paulo post ait, & obscurum, aut improprium videri solet Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est, id est quod quis facit contra id quod sibi faciendum esse persuasit, aut non sequens persuasionem suam. Et Luc. 1. Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt rerum περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, Erasmus vertit: Earum, quæ inter nos certissimæ fidei sunt rerum. Sed πεπληροφορημένοι, dicuntur apud Erasmum qui plenissime sciunt, quare id de rebus dici non potest. Multo ergo melius noster interpres: Earum quæ in nobis completæ sunt rerum, id est, earum rerum, quæ in nobis plenitudinem habuerunt. Illud etiam manifestius, 2. Timot. 4. Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleretur, & audiant omnes gentes. Pro 53
Impleretur est, πληροφορηθῇ, id est, plenitudinem habeat audientibus omnibus gentibus. Quod neque Erasmus negare potuit, qui vertit: vt per me præconium expleretur. Inde πληροφορίαν, noster interpres elegantissime vertit: plenitudinem. Colossens. 2. Instructi in cárita te, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei, id est, vt diuitias habeant plenissimæ intelligentiæ mysteriorum Dei. 1. Thessal. 1. Quia Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed in virtute & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa. Hoc est, prædicatio mea miraculis confirmata est in vobis, & Spiritus sancti distributione gratijsque vobis cõcessis, & plenitudine atq;

copia

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipia multorum, qui conuersi sunt & crediderunt. Heb. 10. Accedamus cū vero corde in plenitudine fidei: sicut igitur cap. 10. accedere iubet cum plenitudine fidei, Ita nunc dicit: cupimus autem vnum quemque vestrum eandem ostentare solicitudinem ad expletionem spei vsque in finem, id est, ad plenitudinem spei, vt spes vestra plena sit, quæ studio bonorum operum augetur, & plenior in dies fit.

54 *Qui fide & patientia.*] διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας, Per fidem & longanimitatem; credere enim Deo oportet & promissiones eius, si cito non dentur, patienter expectare. Oecumenius: Quid est autem per longanimitatē? Hoc est, per tolerantiam. Pertulit enim Abraham promissionem ad tam multos annos prolongatam, & tamen permansit semper in credendo. Nam si simul vt promisit Deus, subsequeretur donatio, iam apud eum, qui promissionem suscepit, nullus esset vsus fidei, aut tolerantiæ, quod omnino verax esset Deus.

Hæreditabūt promissiones.] τὰς ἐπαγγελίας κληρονομήσαντες, id est, Qui hæreditant, ita legunt Chrysostomus & Theophilactus, & Oecumenius, atque ita est in Græcis codicibus. Ex quo fit verisimile, legendum esse hæreditant, facilius enim hoc quidem in loco latina corrumpi potuerunt, quam Græca. Ad sensum nihil refert.

Abrahæ namque promittens Deus.] Videtur, id quod dixerat, confirmare exemplo Abrahæ, qui promissionem Dei patienter expectans consecutus est. At si hoc tantū faceret, iure quæreremus cur verba illa addidisset, quæ nihil ad institutum sermonem pertinere videbantur.

Quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem: Et postea.] *Homines enim per maiorem sui iurant.* & quæ sequuntur. Non hoc tantum docere vult, sed promissionis hu tus

55 meminit, quia & ipsi Abrahæ & posteris eius facta, est, id est omnibus, qui secundum spiritum filij sunt Abrahæ & viuam eius fidem imitantur, sicut ait Rom. 4. vt secun

Rom. 4. dū gratiā firma sit promissio omni semini, nō ei, qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omniū nostrum, sicut scriptum est: Quia patrem mul

tarum

tarum gentium posui te &c. Hoc ipse Apostolus aperte docet cùm ait: *In quo abundantius volens Deus ostendere pol* 17
licitationis hæredibus immobilitatem consilij sui &c. Quo mo
do autem pertineat hæc promissio ad omnes filios Abrahæ, mox dicemus. Hanc ergo promissionem & Abrahæ factam & filijs eius, docet cum patienter expectasse & tā dem consecutum fuisse, vt & ipsi si patienter expectauerint, non dubitent se esse consecuturos.

Quoniam neminem habuit perquem iuraret maiorem.] Quōr sum hæc? Quoniam tulit eos patienter expectare, docet promissionem eis factam in Abraham firmissimam esse & immutabilem, vt non deficiant expectando, aut dubitent certam eam & ratam fore. Iuramento, inquit, confirmauit, quod promisit, vt deficere non posse intelliga 56
mus. Iurauit autem per semetipsum iuraturus per maiorē se, si maiorem haberet, vt nullus nobis dubitandi locus relinqueretur, sed firmum & sanctum iuramentum habe retur. Alludit ad promissionē Gen. 22. Per me metipsum 8
iurau &c.

Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te.] Dixit iam Deum per semetipsum iurasse, nunc rem, quā iurauit exponit. Verba promissionis hæc sunt. Per me metipsum iurauī, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & veluti arenam, quæ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obediti voci meæ. Apostolus tamen summam sententiæ paucis comprehendit. Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. Hoc est, multis donis te augebo, multis & magnis beneficijs te prosequar, hoc enim est benedicere. Psal. 20. Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis Gen. 30. Experimēto didici, quia benedixerit mihi Deus propter te. Et c. 39 benedixitque Dominus domui Ægyptij propter Ioseph & multiplicauit tam in ædibus quàm in agris cuncta eius substantiam. Huius rei permultā exempla sunt in capit. *Benedicere*

28. Deu-

57 28. Deuteronomij. Multiplicabore, id est, numerosam posterorum multitudinem tibi dabo, propagabo genus tuum. Ista autem geminatio, benedicens benedicam, & multiplicans multiplicabo, vsitata est in scriptura & magnam habet amplificationem, vt explicauimus in Sophoniæ cap. 1. n. 5. & 6. Et quamuis in Genesi Dominus hac amplificatione vsus non fuerit, sed dixerit, benedicam tibi & multiplicabo semen tuum; Paulus illam addidit, quia ex sequentibus verbis, quæ breuitatis causa tacuit, satis constat magnam futuram fuisse benedictionem, & multiplicationem. Multiplicationis magnitudo vix vllis verbis potuit magis declarari quam illis, Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in
57 littore maris. Benedictionis magnitudo ex illis cognoscitur: Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Hæc igitur omnia paucis in compendium redegit Apostolus
58 dicens: Nisi benedicens benedicã te, & multiplicans multiplicabo te. Quare hæc benedictio omnia bona complectitur, quæ omnes fideles per Christum consequuntur, ait enim: Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quod semen est Christus, sicut exposuit idem Apostolus Galat. 3. Et in multitudine filiorum, illi omnino intelliguntur, qui viuam Abrahæ fidem imitantur, siue sint ex Iudæis, siue ex Gentibus, sicut Iohannes Baptista explicauit Matth. 3. Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ Et vberius Paulus Rom. 9. Non enim omnes qui ex Israel ij sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen: Id est, non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine &c. cæt. Merito ergo Apostolus huius promissionis meminit, quæ cæteras omnes continet, & ad veros Abrahæ filios pertinet. Quod autem dixit: *Nisi benedicens &c.* Cùm in Genesi sit: Benedicam tibi, more iurantium loqui voluit, quia iusiurandum referebat. Etenim sicut post verba iurandi, aut affirmandi, ſ, valet idẽ

quod

quod, Non, vt adnotauimus supra ca. 3. n. 18 dicta, Nisi, post 59
eadem verba, affirmationis nota est, vt Ezech. 5. viuo *Nisi.*
ego, dicit Dominus Deus, nisi pro eo, quod sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis, ego quoque confringam, & non parcet oculus meus, & non miserebor. 3. Reg. 19 Hæc mihi faciant Dij, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam, sicut animam vnius ex illis. Propterea Theophylactus & Oecumenius dixerunt, Nisi, significare idem, quod vere.

Et sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. Diu expectans, tandem obtinuit quod promissum erat. Aliquid Abrahæ promissum erat sibi, aliquid filijs suis. Quod sibi promissum erat, accepit viuens Genes. 24. Erat autem Abraham senex dierumque multo
61 rum, & Dominus in cunctis benedixerat ei. Multiplicatus etiam fuerat, & multos filios ex concubinis susceperat Gen. 25. Sed & illud: Et in semine tuo benedicentur omnes gentes terræ, propheticis oculis impletum vidit, sicut ait Dominus Ioh. 8. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. Sed quia in hac benedictione & multiplicatione progenies electorum promissa est, & beata vita, tam ipsi Abrahæ quam eius posteris præstanda, sicut ait Ecclesia: Sed significor sanctus Michael repræsentet eos in lucem sanctam, quam olim Abrahæ promisisti & semini eius, & hæc nondum plene acceperat Abraham, dixit Apostolus cap. 11. huius Epistolæ: Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à lõge eas aspicientes & salutantes: atque ita hi duo loci conciliantur.

Homines enim per maiorem sui iurant.] Docet cunante dixerit: Quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum, ac si diceret: Deus, vt firma haberetur hæc promissio, adhibere voluit omnia, quæ ad firmitatem promissionum adhibere solent homines, & ideo iurauit. Sed homines per maiorem se iurare solent, & venerationis causa, & vt ille sit vltor violatæ religionis in iure iurando; Deus hoc facere non potuit, 60

quia

quia neminem habet maiorem se, fecit tamen quod po-
quit & iurasit per semetipsum. Cæterum per maiorem
sui Græco more dictum est, pro per maiorem se, quod
sæpe facere interpretem diximus supra cap. 3. n. 5. In codi
cibus Græcis tantum modo est: Homines enim per maio
rem iurant, sicut supra dixit, quoniam neminem habuit
per quem iuraret maiorē. Et quamuis ad sensum nihil re-
ferat, tamen in codicibus, quos habuit interpres ita scri-
ptum fuisse docet librorum Latinorum consensus, quibus
& Syriaca translatio suffragatur, quæ habet: siquidem ho
minibus per maiorem se ipsis iurant.

Et omnis controuersiæ eorum finis.] Cum controuersia est
inter homines & diuersi diuersa dicunt, iuramento illa fi
nitur: id enim certum existimatur, quod iuramento tes-
61 tium confirmatum est.

In quo abundantius volens Deus ostendere] In quo possu-
mus implicite interpretari, In qua re, id est, In qua pro
missione, vel, In quo id est, propter quod, quia homines
In. ad finem controuersiarum iusiurandū adhibent, & Deus
iurare voluit. Non enim semel diximus, In, sæpe idē vale
re quod propter, more Hebræorum. Vtroque modo ex-
ponit Theop. & in Syriaca translatione est, Qua propter.
Sensus ergo est: Quæ propter cum Deus vellet ostendere
omnibus veris Abrahæ filijs, qui promissionis illius hære
des sunt (vt modo diximus) quām firmum & immutabi
le esset, quod Abrahæ atque eius filijs promittebat, præ-
ter promissionem, etiam iusiurandum interposuit.

Vt per duas res immobiles.] Per promissionē & iusiurādū.

Quibus impossibile est mentiri Deum.] In Græco ἐν οἷς id est
In quibus, promissio Dei fallax esse no potest, & iusiu-
randum non potest non impleri, vt igitur nos certi esse-
mus, ac nullo modo dubitaremus impleturum esse Deū
promissionem suam cum sola promissio satis esset, quæ
vana esse non potest, etiam iuramentum adhibuit.

Fortissimum solatium habeamus.] ἰσχυρὰν παράκλησιν, Eras
mus: validam consolationem: Et cum verendum vide
retur, forte solatium, interpres vertit fortissimum, vt ex
primeret vim nominis ἰσχυρᾶς, vt in alijs eū feciſſe adnota
uimus

uimus. nume. 40. & 41. Porro παράκλησις, vel consolatio
nem significat, vel exhortationem, sicut exposuerūt Theo
philactus, & Theodoretus, & vtrumque recte conuenit,
voluit enim Deus ostendere nobis immutabilitatem con
silij sui & suæ promissionis vt ea spe exultaremus: & om-
nia huius sæculi incommoda æquo animo ferremus: &
vt eadem spe nos excitaret ad res magnas gerendas, & ad
pericula adeunda atque aduersa toleranda.

Qui confugimus ad tenendam propositam spem.] Nos qui
relictis sæculi bonis confugimus ad hanc spem cœlestium
bonorum obtinendorum, non vt eam vtcumque ha-
beremus, sed vt teneremus κρατῆσαι, id est, vt apprehen-
deremus, ac firmissimè complecteremur, ne nos sæcu-
li turbines raperent. Confugimus autem, præteriti tem
poris est, οἱ καταφυγόντες.

Quā sicut anchorā habemus animæ, Hanc spem bonorū cœle
stiū, quæ veris Abrahæ filijs promissa sunt, habemus quasi
anchorā animæ nostræ. Nā sicut anchora tēpestatis tēpo-
re naues firmas cōtinet, ne ventis rapiantur & conterātur:
Ita spes bonorum cælestium animas nostras firmas atque
immobiles seruat in fluctibus & tempestatibus huius sæ-
culi, ne pereant. Nec tamē anchora sufficit, nisi tuta sit &
firma, si enim parua sit, aut leuis, non erit tuta, quia ma-
gnā nauim tenere nō poterit ventis insurgentibus. Dein
de etiam si iustam magnitudinem habeat, firma sit opor-
tet, & valida, ne vi maris vento agitata curua illa brachia,
siue dentes, dirigantur, & terram tenere non valeāt, nauis
que in certum interitū ruat. Quod ego & socij ante pau-
cos annos experti sumus, cum enim in ora Thusci ma-
ris prope Liburnum anchoras iecissemus, magnæ nauis,
quæ ad tergū nobis erat, dentes anchorę vnicę, validę ma
ris commotione, paulatim directi sunt, vt vectes potius,
quam dentes viderentur, eaque soluta & magno ven-
ti impetu raptata parum abfuit, quin in nauim nostram
impingeret, eamque collideret atque quassaret. Propterea
ergo dixit, sicut anchoram tutā, & firmam. Hæc enim spes
tuta est, quia Dei promissis innititur, & firma, quia omni-
bus sæculi fluctibus fortior est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et incedentem vsque ad interiora velaminis.] Interiora velaminis vocat, Sanctum sanctorum, quod erat intra velamen, siue velum, quod erat in parte exteriori domus, quæ appellabantur sancta vt à nobis explicatum est lib. 3. de templo cap. 6. & 9. Sanctum sanctorum figura erat cœli & Domicilij beatorum vt sæpe Apostolus docet cap. 9
64 huius Epistolæ, vbi nos latius hæc omnia exponemus. Hanc spem docet esse ancoram animæ tutam, ac firmam quoniam ancora tunc tuta est, cùm ad terram vsque peruenit, & in interiora eius ingreditur: ita hæc spes promissionis nobis factæ, non bonis huius sæculi, aut bonis spiritualibus huius temporis contenta est, vlterius progreditur & vsque ad Deum ipsum peruenit, non enim minora sperat quam Dei ipsius visionem, & cœli inhabitationem.

Vbi præcursor pro nobis introijt Iesus.] Alio argumento docet firmitatem huius spei, & immutabilitatem diuinæ promissionis. Iam, inquit, possessionem cœli habemus, Christus in cœlum ingressus est, & natura nostra in illo iam cœlum tenet. Ac ne putaremus ipsum ita ingressum esse vt solus esset ingressurus, addit: Præcursor pro nobis ipse præcurrit, vt nos sequeremur, & pro nobis præcursor fuit, aut pro nobis introijt, id est, vt nobis pararet
Iohan. 14. locum: sicut ipse dixit Ioh. 14. vado parare vobis locum. Et si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi sum ego & vos sitis. Similiter Oecumenius illud, *pro nobis*, iungit cum verbo *introijt* pro nobis, aut cum nomine, *Præcursor pro nobis*, id est, præcursor noster. Theophylactus: Præcursor enim quorundam sequentium est præcursor. Nec omnino multum est interualli, ac distantiæ inter præcursorem, ac sequentes, quemadmodum neque inter Iohannem & Christum multum temporis interfluxit. Ne igitur ægre feratis, mox ingressuri sumus in eum locum, in quo præcursor noster est &c. Quod additum est, Pro
65 nobis, ita exponit Theophylactus vt diximus. Deinde etiam addit: vel Pro nobis, est, pro eo quod est, vt intercedat *pro nobis* ad patrem, quoniã & pontifex ingrediebatur

turin Sanctũ semel in anno vt pro populo interpellaret.

Secundum ordinem Melchisedec Pontifex factus in æternum Addit cumulum spei. Hic Iesus, qui vt præcursor noster introijt in cœlum, quod in Sancto Sanctorum significatum est, priusquam cœlos penetraret, factus est Pontifex noster, & pro nobis sacrificium obtulit æternæ virtutis. Itaque ipse in cœlo parri se ostendet pro nobis, vt passionis suæ recordetur, & in cœlum veros Christi discipulos recipiat. Quæ sunt postea fusius explicanda. Cap. enim. 7. ait, Hic autem eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium: vnde & saluare in perpetuum potest accedens per semet ipsum ad Deum semper viuens ad interpellandum pro nobis Et cap. 9. Non enim in manu facta Sancta Iesus introiuit, exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.

CAPVT. VII.

HIC enim *Melchisedec.*] Prudenter sumpta occasione redit ad id, quod intermiserat. Dixit c. 5. de Melchisedec: De quo nobis grandis sermo, & ininterpretabilis ad dicendum &c. Et quædã interposuit valde vtilia ad eorũ animos inflammandos. Sed cũ redire vellet ad sermonẽ de Melchisedec in quo dignitatem sacerdotij Christi erat explicaturus, & quem omitti non oportebat, iterum meminit sacerdotij eiusdem & Melchisedec, vt cum his aptius ac mollius cohæreant quæ dicturus est, & attentius audiantur.

Rex Salem.] Quæritur quæ sit Salem, cuius rex fuit Melchisedec vt etiam Moses testatur Gen. 14. & vbi sit, variæ enim de ea sententiæ scriptorum sunt. Multi eam esse putãt, quæ postea Hierusalẽ dicta est. Hieronymus Epis. 126. ad Euagriũ: verti me (inquit) ad Hippolytum, Irenæum, Eusebium Cæsarienſem, & Emissenũ, Apollinariũ quoq; nostrum, & Eustathiũ qui primus Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus contra Arium clarissima tuba, bellicũ cecinit & deprehendi horum omnium opiniones diuersis argu- *Salem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentationibus, ac diuerticulis ad vnum compitum perueniſſe, vt dicerent Melchiſedec hominem fuiſſe Cananæum, regem vrbis Ieroſolymæ, quæ primum Salem,
2 poſtea Iebus, ad extremum Ieruſalem appellata ſit. Idem ſenſit Ioſephus lib. 1. Antiquitatum capitu. 11. & lib. 7. capitul. 3. & libr. 7. de bello Iudaico, capitul. 18. quamuis non Salem, ſed Solymam vocet, cuius ſententiam ſequuti ſunt alij ex Hebræis vt videmus apud Hieronymum in traditionibus Hebraicis in Geneſim, & Chaldæus, qui Gen. 14. vertit: Et Melchiſedec rex Ieruſalē. At Hieronymus, tametſi in traditionibus in Geneſim dixit eſſe Ieruſalē, quoniā nō ſuam in eo loco, ſed Hebræorū opinionem referebat, alijs in locis negat eſſe Ieruſalē, eamq; eſſe cōfirmat, quæ alio nomine dicta eſt, Sichem, metropolis Samaritarū pertinēs ad ſortē tribus Ephraim. In locis Hebraicis ita de ea loquitur: Sichē, & Salē, quæ Latine,
Sichem, Sicima. & Græce Sicima vocata eſt, ciuitas Iacob, nūc deſerta eſt, oſtēditur autem locus in ſuburbanis Neapoleos iuxta ſepulchrum Ioſeph, quā ſubuertit Abimelech, & ſeminauit
Iudicum. 9 in ea ſalem, ſicut in libro Iudicum ſcriptum eſt. Poſtea
3 vero inſtaurata eſt à Ieroboham, vt regnorum narrat hiſtoria, & ſita eſt in finibus tribus Ephraim, &c. Et in epiſt.
3. Reg. 12. 126. ad Euagrium ait: Salem autē, nō vt Ioſephus & noſtri omnes arbitrantur eſſe Ieruſalem, nomen ex Græco Hebraicoq; cōpoſitū, quod abſurdum eſſe peregrinæ linguę mixtura demōſtrat: ſed oppidum iuxta Scythopolim, quod vſq; hodie appellatur Salē, & oſtēditur ibi palatium Melchiſedec ex magnitudine ruinarū, veteris operis oſtēdens magnificentiam, de quo in poſteriori quoque parte
Gen. 33. Geneſeos ſcriptum eſt. Venit Iacob in Socoth, id eſt, in tabernacula, & fecit ſibi ibi domos, atq; tentoria, & trāſiuit in Salēciuitatē regionis Sichē, quæ eſt in terra Chanaan, &c. Et poſtea: De quo in Euāgelio quoq; legimꝰ: Erat,
Ioh. 3. autem Iohannes baptizans in Hernon iuxta Salem, quia aquæ multæ erant ibi. Nec refert vtrum Salem an Salim nominetur, cūm vocalibus in medio literis perraro vtantur Hebræi, & pro voluntate lectorum, atque varietate regionum eadem verba diuerſis ſonis, atque accentibus

bus proferantur. Alio quoque argumento hoc confirmat 4
idem Hieronymus. Conſiderandum quoque eſt inquit, quod Abrahæ à cæde hoſtium reuerteti quos perſecutus eſt vſq; Dan quæ hodie Paneas appellatur, nō de via Ieruſalem ſed de oppido metropoleos Sichē in itinere fuerit &cæt. Hieronymum ſequitur Auguſtinus Eugubinus in adnotationibus in cap. 14. Gen. & alij nonnulli. Mihi, cum res neque ex ſcriptura ſatis cognoſci, neque certis argumentis probari queat, eundum potius videtur in plurium, ac veteſtiorum ſententiam, id eſt, Ioſephi, & Hebræorum, & veterum patrum, & Chaldæi, quæ magis etiam placuit Procopio in commentarijs Geneſis, & Cyrillo li. 5. in Gen. prope initium, & Abulenſi in. c. 12. Gen. q. 27. & in cap. 14. prope finem, & Iſidoro Clario in cap. 14. Gen. & Andreæ Maſio in cap. 10. Ioſue. Egeſippus autem lib. 3. de excidio Ieroſolymitano cap. 9. & Iſidorus li. 15. Etymologia. cap. 1. non ſolum eam dicunt eſſe Ieruſalem, ſed etiam à Melchiſedec conditam, quod ſcripſit Ioſephus lib. 7. de bello cap. 18. Argumenta Hieronymi facile ſolui poſſunt, Dicimus enim fuiſſe etiam vrbem in Samaria, quæ diceretur Salem, ſiue Sichem, ſed negamus eam eſſe, cuius rex fuerit Melchiſedec. Nec ruinæ palatij Melchiſedec hoc probant, non eſt enim probabile tempore Hieronymi vllas extitiſſe tam antiqui ædificij ruinas eiuſmodi, præſertim vt veteris operis magnificētiam oſtenderent, cum fuerit vrbs æquata ſolo & ſale ſeminata ab Abimelech vt Hieron. ipſe teſtatur. Sed neque Ioſephum illæ ruinæ latuiſſent diligentiſſimū 5
antiquitatis indagatorem atque ſcriptorem, cuius tempore integriores & notiores fuiſſent. Probabilius eſt palatiū illud ab Ieroboham, qui vrbem inſtauraſſe, fuiſſe conſtructum, & indigenarum errore falſaq; traditione putatum fuiſſe Melchiſedec. Quodque Hieron. ait Abrahæ reuertenti à cæde, non de Ieruſalem, ſed de Salem in itinere fuiſſe Melchiſedec, nihil mouere debet, nam cum Abraham eo tempore habitaret iuxta conuallem Mambre, quæ eſt in Hebron vt eſt in calce cap. 13. Gen. reuertenti etiam Ieruſalem in itinere erat, & facile ad eum exire

Universidad de Deusto
Biblioteca

Melchisedec de Ierusalem, eum rex Sodomæ egressus fuerit in occursum eius, quæ remotior erat à via, quam Ierusalem. Extisse autē eum discimus ex Apostolo dicēte: *Quo tempore Abrahæ regresso à cæde regum.* Alia me ratio magis mouebat. Salem dici in scriptura vrbem illam quæ postea à Sichem filio Hemor dicta est Sichem, nec eām memineriſſe alterius vrbis, quæ diceretur Salem, neq; vnquam ita ab ea vocatam esse Ierusalem, sed Iebus. Verum & hæc minimō negotio dissoluitur, nam Iebus dictam esse etiam Salem intelligitur ex Psalm. 75. Et factus est in pace (hoc est in Salē, vt est in Hebræo) locus eius & habitatio eius
6 in Sion: vbi sine dubio eadem vrbs intelligitur Salem, & Sion: Scriptura enim haud obscure indicat duas fuisse huius nominis vrbes cum Gen. 33. ait: Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, non enim solet ita loqui scriptura, nisi cum altera vrbs est eiusdem nominis, vt Matth. 2. Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ, Mich. 5. Et tu Bethlehem Ephrata. Erat enim altera Bethlehem in Galilæa, Iosue. 19. Et Iohann. 2. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, erat enim altera Cana Samaria. Vtriusque meminit Hieronymus in locis Hebraicis. Denique nomen ipsum Ierusalem declarat eam olim dictam esse Salem, valde enim probabile est, quod veteres patres ab Hieronymo nominati, & Procopius in eadem verba Geneſis & Eugubinus & alij multi affirmant, coniuncta fuisse duo nomina Iebus & Salem, & mutatione literæ B. in R. dictam
7 esse Ierusalem. Certè quamuis varias nominis Etymologias scriptores proferant, conuenit inter omnes compositū esse ex veteri Salē. Ex quo constat male Hebræos legere ac scribere, Ieruſalaim, cum scribendum sit, Ierusalem. Figuræ autem perpulchræ conuenit Salem esse Ierusalem vt in eadem vrbe, regnauerit & sacrificia obtulerit Sacerdos Dei altissimi, in qua sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec sacrificium æternum obtulit, & regnauit à ligno.

7 *Sacerdos Dei summi.*] Ὑψίστου, Altissimi vt vertit Hieronymus Gen. 14. Impium est dubitare, an Melchisedec

dec sacerdos fuerit cum aperte id Paulus confirmet. Importune ergo Hieronymus Olcastrius in eadem verba Gen. 14. adnotauit כהן apud Hebræos non solum significare Sacerdotem, sed etiā principem, sicut cū. 2 Reg. 8. legimus: Filij autē Dauid Sacerdotes erant: Et quēdam ex recentioribus Hebræis in Geneſi, pro, erat enim sacerdos Dei altissimi dicit vertisse: Et ipse princeps Deo altissimo. Quod ipse ita tepide & ignaue refellit, vt tantum dicat: Frequentius tamen Sacerdotem significat, & hic pro Sacerdote accipiendum videtur, & cæt. Non videtur tantum, sed certissimum est. Nunquam enim filij Dauid aut alij, qui Sacerdotes non essent, dicti sunt Sacerdotes Dei altissimi, aut Deo altissimo, quia cū hoc additur, tollitur prorsus ambiguitas, si qua erat in nomine Hebraico, vt Sacerdotes proprie intelligantur, qui Deo dicati sint. Quare Iosephus nunquam dubitauit eum fuisse Sacerdotem, ait enim lib. 1. Antiquit. cap. 11. vbi à Solimæ vrbis rege Melchisedeco est exceptus. Id nomen interpretatur rex iustus, erat enim re vera talis omnium consensu sacerdotio summi Dei ob iustitiam dignus habitus. Et lib. 7. de bello cap. 18. Primus autem con 8
ditor eius fuerat Chananæorum Dynasta, qui patria lingua iustus appellatus est rex, erat quippe talis. Ideoque sacerdotium Deo primus exhibuit, & fano primum ædificato Ieroſolymam ciuitatem vocauit, cum ante Solyma vocaretur. Omitto consentiunt non solum sanctorum patrum, sed etiā Hebræorū. Quomodo benedicit Abrahæ? Quomodo illi decimas offert Abrahā, si sacerdos nō est? Et quidē Christianus nihil horū negare, de nullo horum dubitare potest, cum omnia sint à Paulo confirmata. Sed neque Iudæus potest aliter locum Geneſis exponere, cum dicat Dauid, Tu es sacerdos in æternū secundū ordinem Melchisedec: Quomodo enim Christus est sacerdos secūdum ordinē Melchisedec, si Melchisedec sacerdos non *Psal. 109.*
sunt? Postremo Melchisedec à Paulo, vel, certe à Pauli interprete Græco vocatur ἱερεὺς Dei. Et quāuis nomē כהן aliud etiam significet apud Hebræos, tamen ἱερεὺς, apud

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græcos solũ sacerdotẽ significat. Qua propter filij Dauid qui dicti sunt sacerdotes nequaquam à lxx. vocantur ἱερεῖς 2. Reg. 8. sed ἀυλάρχαι, id est, aulæ principes. Quod quid sit, discimus ex. 1. Paral. 18. vbi legimus, Porro filij Dauid primi ad manum regis. lxx. Καὶ υἱοὶ Δαβὶδ οἱ πρῶτοι δυνάσται τοῦ βασιλέως, Quod mihi ita interpretandum videtur: filij Dauid erant, qui primum excipiebant regem, id est, qui inter comites erant primi, & regi proximi. Iosephus lib. 7. Antiq. c. 6. eodem modo intellexit, ita enim hæc ipsa de eadem re agens interpretatus est: Omnes regis semores filij inter patris satellites versabantur, nisi quod primi ad ætatem retulit, sed melius ad dignitatem referetur. הָרִאשׁוֹנִים

Qui obuiauit Abrahæ.] Historia narratur Gen. 14. vnde Apostolus ea desumit, quæ ad figuram Christi & sacerdotij eius pertinere vidit.

Cui & decimas omnium diuisit Abraham. spoliorum videlicet, quæ in bello illo ceperat.

Primum quidem qui interpretatur rex iustitiæ. De hac interpretatione & de solutione obiectionis eorum, qui ex his verbis probare nitebantur hanc Epistolam non fuisse scriptam Hebraice, sed Græce & de interpretatione nominis Salem, diximus multa in prologo huius Epistolæ capitul. 2. numer. 10. &. 11. Hoc tantum nunc adnotandum, cum dicitur rex iustitiæ idem esse ac si diceretur rex iustus, more Hebræorum, sicut bis interpretatus est Iosephus, cuius verba retulimus num. 7. &. 8. & Hieronymus Epistol. 126. Multi ex ijs, qui Hebraice norunt, dicunt hoc nomen significare Rex meus iustitiæ. At neque Paulus neque Iosephus neque Hieronymus ita interpretati sunt. Sciant ergo hi vsitatissimum esse apud Hebræos primo nomini compositionis addere, i, ornatus causa vt Adonisedec, Adonibezec, Abimelech, Achitob, Achimelech, Haminadab, Abisag, atque idem factum est in Melchisedec. Quod vero Caietanus scripsit in hunc locum Pauli & in psal. 109. & Andræas Masius in cap. 10. Iosue, & Abulensis in cap. 14. Gen. & in capit. 21. q. 15.

Quæst. 15. Melchisedec non fuisse nomen propriũ huius regis, sed commune regibus illis, sicut reges Aegypti vocati sunt Pharaones, & imperatores Romanorum Cæsares appellantur: commentum est recentium Hebræorum contra Iosephum, & Hieronymum, & veteres omnes. Hebræi autem more suo multa huiusmodi dicũt cum nec probent, nec probare possint.

Sine patre sine matre, sine genealogia.] Multi hæc legentes, & quæ sequuntur: neque initium dierum, neq; finem vitæ habens, in eam sententiã inducti sunt, vt Melchisedec non hominem, sed aliquid homine maius esse existimarent. Origenes in. 1. homilia in Genesim (vt refert. Hieronymus Ep. 126. nam in ijs Origenis, quas nunc habemus, non legimus) Angelum esse dicit, quem (vt idem Hieronymus ait) secutus est Didimus. Alij Spiritum sanctum esse dixerunt, vt is, cuius librum sine nomine ad se missum esse scribit in eadem Epistola Hieronymus, & ille cuius quæstiones noui & veteris testamenti circunferuntur in. 4. tomo operum Augustini: qui Quæst. 109. multis id probare cõtendit. Hæretici (vt referũt Epiphanius lib. 2. contra hæres. hæresi. 55. & Augustinus in libello de hæresibus cap. 34.) magnam quandam virtutem Dei fuisse dixerunt Melchisedec. Neque solum virtutem magnam, sed (vt ait Epiphanius) maiorem eum Christo esse volunt, quoniam Christus dicitur sacerdos secundum ordinem eius. Hoc ipsum dixisse Theodotum hæreticũ scribit Tertullianus in libro de præscriptione aduersus hæreticos, in fine: Aiebat idem hæreticus, Melchisedec pro cœlestibus virtutibus facere, quod Christus facit pro hominibus, vt earum deprecator & aduocatus sit apud Deum. Aduersus hanc hæresim à patribus olim damnatam, disputandũ non est, cum Moses & Paulus ita loquantur, vt eorum verba nisi homini, conuenire nemini possint: Et inter alios aduersus eam luculenter disputauit Cyrillus lib. 5. comm. in genesim, & Procopius in eundem locum. Quare miror Augustinum Eugubinum, cum Origenis & Didimi errorem retulisset, cõtinuo scripsisse: Probabilius est aut quod opinantur Hebræi hunc fuisse Sem filiũ Noe, aut alterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quemuis hominem,& cæt.quasi aut quod dixit Origenes
fuerit probabile,ac non potius manifestus error, aut Mel
chisedec hominem fuisse probabilis tantum opinio sit?
12 Multo siquidem aliter de probabilibus opinionibus & de
rebus fidei loquēdum est.Erroris ansa ex verbis Pauli non
intellectis arrepta est. *Sine patre sine matre*, & cæt. Quæ re
ferente in eadem epistolæ Hieronymo ab Hippolyto, Ire
næo,Eusebio Cæsariēsi, Eusebio Emiseno, Apollinario,
& Eustathio ita expositā sunt,non ꝙ absq; patre & matre
fuerit,cum Christus quoque secundum vtrāque naturam,
& patrem habuerit,& matrem: Sed quod subito introdu
catur in Genesi occurrisse Abrahā à cæde hostium reuer-
tenti,& nec ante nec postea eius nomen feratur adscri-
ptum. Hæc eadem & Epiphanij loco indicato & omnium
patrum expositorū huius epistolæ sententia est. Quā Theo
doretus magis explicat his verbis: Abrahæ & multorum
aliorum genealogiam diuina recensuit scriptura, tam
eorum,qui illum præcesserunt, quam eorum, qui postea
secuti sunt, & illius patrem & auum, & abauum, &
illius maiores. Porro autem adiecit etiam,quod tot an-
nos natus genuit, & rursus cum tot annos natus esset,
mortuus est. Melchisedec autem,nec patrem,nec genus
docuit diuina scriptura, & neque quanto tempore vixe
13 rit,neque quando vnquam vitæ finem ceperit. Ea ergo ra
tione est sine patre & sine matre & sine genealogia,nec
initium dierum,nec vitæ finē habens. Diuina enim scrip
tura nihil horū nos docuit, &c. Epiphanius: dixerūt autē
quidam Eraclā vocari eius patrē,matrē autē Astaroth, at-
que Asteriam, &c. omnia (vt rectè dixit Hieronymus)
vno statim verbo explicantur, nam pro, sine genealogia
est ἀγενεαλόγητον, est autem γενεαλογεῖν, genus alicui
dare, idest, recēsere, aut scribere alicuius genealogiā, qđ
ex Græco Apostoli interprete intelligitur, qui paulò post
ait: ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, pro quo noster ver-
tit: cuius autem generatio non annumeratur in eis. Et
Erasmus: A tis, cuius genus non recensetur ex illis. Plu-
tarchus in Romulo, γενεαλογεῖ τὸν Λυκοῦργον, id est, Ly-
curgi

curgi genus recensent. Et γενεαλόγος, qui genus alicu-
ius recenset, aut memorat, & γενεαλογία, memora-
tio, aut descriptio generis alicuius. Quare sine genealo-
gia, aut ἀγενεαλόγητος, non dicitur qui genus non habet
sed cuius genus memoratum, aut scriptū nō est. Ita etiam
sine patre, sine matre, cuius pater, aut mater non memo-
ratur, nec proditur. Erasmus vertit: Ignoti patris, ignotæ
matris, ignoti generis. Translatio Syriaca: cuius nec pa-
ter, nec mater scribuntur in generationibus, neque ini-
tium dierum eius, neque finis vitæ ipsius. Nec miremur
ita loqui Paulum, cum omnes ita etiam loquantur. Terræ
filium, & fratrem gigantum vocant Græci & Latini, non
qui patre careat, sed cuius pater obscurus, & ignotus sit.
Et Horatius dixit:

Qui quamuis periurus erit, sine gente, ernentus *Libr. 2. Sa*
Sanguine fraterno, & cæt. sine gente dixit, cuius genus *ty. 5.*
ignoraretur.

Eius autem genealogiam non esse positam in scriptura 14
putant nonnulli ex Iudæis, quòd ex impura fornicatrice,
& viro fornicatore genitus fuerit. Sed more suo fingunt
somnia, quæ probare non possint. Eustathius Episcopus
Antiochenus ait: Melchisedec genealogia non recense-
tur, quia maiores illius indigni erant, qui cum viro iusto,
ac virtutis eximiæ connumerarentur. Sed diuinat hic
etiam. Ratio ex ipsa scripturæ consuetudine sumenda vi-
detur. Non enim solet illa genealogias eorum scribere
de quibus obiter loquitur, aut eorum, qui ad genus Abra-
hæ non pertinēt, cuius potissimum causa sacra historia
conscripta est. Non recenset genealogiam Iob, etsi
vir clarissimus fuit, aut amicorum eius, qui reges erant:
non regum illorum, quorum pugna describitur Genes.
14. non Nabuchodonosor, non Cyri, non Darij,
non Assueri, aut aliorum similium. Cum igitur obiter
de Melchisedec loqueretur Moyses, & ille ad genus
Abrahæ non pertineret, merito eius genealogia omissa
est. Oportuit etiam eam omitti, vt plenior Christi figura
esset, vt dicemus.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

15 Sed quæritur, quis fuerit Melchisedec. Constans veterum Hebræorum opinio est eum fuisse Sem filium Noe. Tradunt, inquit Hieron. Epist. 126. hunc esse Sem primum filium Noe, & eo tempore quo ortus est Abraham, habuisse ætatis annos trecentos nonaginta, qui ita supputantur, & cæt. Et postea. Ratione deducta inuenitur Sem ab nepote suo decimi gradus, Abraham superuixisse annos quadraginta. Idem refert in traditionibus Heb. in Genesim. Idem sensit Lyranus in Genesim, Abulensis in capit. 14. Gen. prope finem & Honcala in cap. 14. Gen. Et probabile id existimant Caietanus & Eugubinus in idē caput Genesis. Eamdē opinionē retulit Isidorus lib. 15. Etymol. c. 1. sed neq; probauit, neq; improbauit quēadmodum & Hieronymus fecit. Procopius vero initio cap. 15. Comment. in Genesim ait. Quidam admodum stulte opinantur Sem esse Melchisedecum, verum id impossibile est, supra enim cum eius genealogiā explicaremus, patuit, quod nec Tharæ tempora assequi potuit. Præterea cum Sem Orientalis pars orbis obuenisset, quomodo inuasisset terra-
16 ram Chamo destinatam? & cæt. Mihi certum & indubitatum videtur Melchisedec nequaquam fuisse Sem, vt Hebræi putarunt. Primū ipsi fingunt quod volunt, vt solent, sed nihil probāt. Mirum autem est, tam ipsos, quàm recentiores eorum sectatores quasi rem confectam putare, si ostenderint Sem ad illud tempus vixisse, ac si nullus alius eo tempore regnare potuerit in Salē, nisi Sem. Vnde hoc sumunt? vnde probant Sem venisse aliquando in terram Chananæorū? vnde, regnasse? An quod sacerdos fuerit? Ipsi docent primogenitos in lege naturæ fuisse Sacerdotes, vt in Epist. 126. & in trad. in Genesim refert Hieronymus, Iob quoque sacrificia offerebat, & Abraham. Præterea Melchisedec genus aut anni non scribuntur in scriptura vt testatur Apostolus: genealogia autem Sem ab Adam vsque ad Noe scripta est in Genesi, & eius posteritas ac anni vitæ scribuntur Gen. 10. & 11. Omitto improbabilissimè dici eum, quem scriptura sæpe Sem nominauerat, repentè nouo nomine appellasse, nulla facta mentione priotis, quam sæpe facere solet in alijs. Illud quæro, quomodo de Sem

de Sem dicere potuerit Paulus sine patre, sine matre, sine Genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, cum hæc abunde Moies tradiderit? Ridicu- 17
lum vero est, quod ad hoc argumentum respondet Lyranus in c. 14. Gen. & hic, & Caietanus hic & Abulensis. q. 15. in cap. 11. Genesis. Dicēdum, inquit Lyranus, quod verum est, memorari videlicet in scriptura Genealogiam Melchisedech, sed non sub nomine Melchisedec, sed solum sub nomine Sem, & sic intelligit Apostolus & doctores sancti, quod sub nomine Melchisedech non fit mentio in scriptura de patre & matre eius, nec determinat etiam de Genealogia, nec de principio & fine vitæ suæ. Hæc ille. Sed quid hoc refert? Apostolus non de nomine loquitur nihil enim facit nomen, sed de homine ipso, hominis autem, si ille fuit Sem, & genus & anni traduntur in Scriptura. Si quis negaret in cap. 1. Matthæi commemorari posteritatem Abram, aut Israel, quis ferre posset? Etenim quamuis hæc nomina non ponantur, constat memorari posteros Abrahæ, qui prius dictus est Abram, & Iacob, qui appellatus est Israel. Et nomina tam in scripturis sacris, quam in profanis, non propter se scribuntur, sed vt per ea homines intelligantur.

Est aliud argumentum cum primis validum, quod Pro- 18
copius leuiter attigit, & neq; ab Hebræis, neq; ab eorum sectatoribus animaduersum est. Terra illa, in qua regnauit Melchisedec, filijs Chanaan filij Cham fratris Sem data est, vt videmus Gen. 20. filijs autem Sem Oriens obtigit, De quo ita scribit Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 7. Semæ vero tertio Noe filio, filij fuerunt quinque, qui Asiam vsque ad Indicum Oceanum incoluerunt, ab Euphrate propagandæ ditionis initio facto, &c. Ex his vnus fuit Arphaxad, à quo genus duxit Abraham, & in Chaldæorum terra regnauit, qui ab eo Arphaxadæi dicti sunt, vt in eodem loco scribit Iosephus. Ex quibus, duo intelliguntur. Primum est Sem non potuisse regnare in terra Cham, cum tres fratres inter se terram diuiserint, sed in regione, quæ ei cessit trans Euphratem, remota

Universidad de Deusto
Biblioteca

mota à regione Chanaan, quæ erat citra Euphratem. Alterum quod ex hoc sequitur est, posteros Sem mansisse in Chaldæa, & vltra Euphratem vixisse, donec Abraham eductus est de Vr Chaldæorum à Thare patre, & venit in Haram Gen. 11. & inde à Deo vocatus est, vt veniret in terrã Chanaan, primusque ex gente illa transijt Euphratem, & inde Hebræus primus dictus est, sicut legimus Gen. 14. Ecce vnus, qui euaserat nuntiauit Abrahã Hebræo, pro quo
19 Lxx. verterunt: Abram τῷ περάτῃ, id est, transitori. Inde etiam Iosue vltimo scriptum est: Trans. fluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor, seruieruntque dijs alienis. Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanaan. Denique Apostolus paulo post docet nihil ad Abrahã pertinere generationẽ Melchisedec, cũ ait: *Cuius autem generatio*, non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham. Quapropter reijcienda sunt somnia Iudæorum, dicendumque Melchisedec, genere fuisse Chananæum, & regnasse in Ierusalem, sicut scripsit Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 11. & lib. 7. de bello. cap. 18. Et Egesippus libr. 3. de excidio Ierosolymitano capit. 9. & Theodoretus. Quæst. 63. in Genesim, & multi ex veteribus Græcis, quos refert Hieronymus epist. 126. & Oecumenius.

Neque initium dierum neque finem vitæ habens.] Hoc est Recte scriptura tacuit initium & finẽ vitæ eius, vt aptius Typum gereret filij Dei, qui æternus est.

Assimilatus autem filio Dei manet Sacerdos in perpetuum.] Omissis quorumdam expositionibus, hæc germana interpretatio est. Melchisedec Sacerdos in scriptura vocatur, & cum neque finem dierum, neque initium in scriptura habeat, ex eo intelligitur Sacerdos perpetuus in similitudinem Christi, non quod re vera talis sit, sicut neq; re vera initio & fine dierũ caret, sed qua ratione dicitur, neque initium dierum neque finem vitæ habens, eadem censetur Sacerdos in perpetuum quia finis Sacerdotij eius nõ inueniatur, cùm inuenitur finis Sacerdotij Aharon, qui cum mortuus esset, sacerdotium filio reliquit.

Trans-

Translatio Syriaca hoc magis explicauit, quæ ita habet: 20
Cuius neque pater, neque mater scribuntur in generationibus, neque initium dierum neque finis vitæ ipsius, sed in similitudinem filij Dei, permanet pontificatus eius in æternum. Eodem modo exponunt Chrysostomus, & Theophylactus. Itaque (sicut Chrysostomus ait) initium dierum, aut finem Melchisedec nescimus, quia hoc scriptum non est, initium vero, aut finem dierum filij Dei nescimus, quia non habet. Theophylactus: Quem admodum igitur in nominibus, in illo sanè solæ appellationes fuerunt Melchisedec & rex Salem: in Christo autem rerũ veritas: sic & quod neque principium, neque finem habuerit, in illo quidem erat quia in sacris literis non esset insertum, figura enim erat: in Christo autem secundum veritatem. Si enim vndiq; futura erat similitudo, non iam figura essent, ac veritas: verum aut vtraque figura, aut vtraque veritas & cæt. Sed quæritur quorsum de Melchisedec dictum sit: sine patre sine matre, cum id in Christum 21
non conueniat. Chrysostomus & Theophylactus, & Ambrosius in libro de ijs qui mysterijs initiantur. cap. 8. Et Gregorius Nazianzenus in calce orationis quartæ de Theologia & reliqui, tam Græci, quam Latini expositores respondent ideo hoc dictum esse, quod Christus secundum diuinam naturam matrem non habeat, secundum humanam vero patre careat. Genealogiam etiam non habet, quoniam generationem eius quis enarrabit? nam & pa- *Isai. 53.*
ter est inexplicabilis, & modus ipse generationis: sed neque humana eius generatio potest ratione explicari. At quid hoc refert, cum re vera patrem habeat, & matrem. Præterea, ad genealogiam hoc tantum pertinet vt parentes & maiores memorentur eius, cuius scribitur genealogia, sine generatio recte explicari valeat, siue non valeat. Denique eius genealogia secundum carnem scribitur Matth. 1. liber generationis Iesu Christi, & patres ei dantur, filij Dauid, filij Abraham: mater quoque eius indicatur: Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Sed & secundum diuinam naturam scribi eius genealogia videtur Mar. 1. Initium

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium Euangelij Iesu Christi Filij Dei. Genealogia enim
22 maiores eius, cuius causa scribitur, cõplecti debet. Quod si contingat eos paucos esse, non ideo genealogia non est quod in ea pauci scribantur, vt siquis dicat: Seth filius fuit Adam & Heuæ, satis eius genealogiam explicauit: ita satis explicat genealogiam Christi secũdum diuinam naturã, qui dicit, Iesus Christus est Filius Dei. Hanc quæstionem vnus ex ijs, quos vidi, soluere conatus est Ambrosius Catharinus in hũc modum. Volut indicare Apostolus aptè Melchisedec fuisse typum Christi, eò quod introducitur sine patre, & matre & sine genealogia, tanquàm nec initium dierum habens, nec finem, vt meritò illum Scripturæ Filio Dei assimilem exhibeant, de quo scri-
Mich.5. ptum est: Et egressus eius ab initio à diebus æternitatis, & cæt. At non videtur soluere, ideo enim quærimus cur introducatur sine patre, & sine matre, & sine genealogia cũ in hoc, Filio Dei similis non sit, qui hæc omnia habet? Nam si id tantum vellet Paulus, quod ait Catharinus, satis
23 erat dicere: Neque initium dierum, neque finem vitæ habens. Dicendum ergo est Melchisedec non fuisse typum Christi in eo quod est sine patre & sine matre, & sine genealogia, sed in eo, quod neque initium dierum, neque finem vitæ habet: quod maxime conuenit Christo; sed vt ille introduceretur in scriptura sine initio, & fine dierum, oportuit vt neque pater eius neque mater nominarentur, neque eius genealogia scriberetur, si enim aut parentes, aut aui eius nominarentur, iã ex eo cõstabat eũ principiũ dierum habuisse, quoniã nõ potuit esse antequã ab illis gigneretur, & intelligeretur similiter finẽ vitæ habuisse, sicut & illi habuerunt à quibus genitus est. Et hoc ipsum arbitror sensisse Catharinũ. Vt enim eruditè scripsit Augustin⁹ lib. 16. de ciuit. c. 2. non omnia quæ gesta narrantur, aliquid significare putanda sunt, sed propter illa, quæ aliquid significãt, etiam ea, quæ nihil significãt, attexuntur. Solo enim vomere terra proscinditur, sed vt hoc fieri possit, etiam cætera aratri membra sunt necessaria, & cæt. Quemadmodum in eo quod paulò ante scripsit Paulus: Qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum, nihil, quod ad allegoriam

Christi

Christi pertineat, significare videtur illud: *Regresso à cæde regum*: Nam quod ait: Obuiauit Abrahæ, significare potest Sacerdotium Christi venisse, cùm Sacerdotiũ legis erat in honore. Perinde est ergo ac si diceret Apostolus: Melchisedec introducitur in scriptura sine patre sine matre, sine genealogia, vt ita non intelligeretur initium aut finis vitæ eius, & aptius typum gereret Sacerdotis æterni Christi, qui in Sacerdote mortali significari non potuit, nisi tacerentur omnia, quæ eius mortalitatem indicare possent.

Intuemini autem, quantus sit hic.] Apud nos *Intuemini*, significare potest videte, & videtis, sed in Græco nulla est ambiguitas, est enim θεωρεῖτε, id est, videte, considerate? Dignitatem Melchisedec exponit propter Christum, cuius fuit figura, quæ in eo cernitur, quod Abraham tantus patriarcha, non dedignatus fuerit decimas ei dare tamquã Sacerdoti atque digniori,

Cui & decimas dedit.] Hieronymus Epist. 126. vtrumque enim inquit intelligi potest, & iuxta Hebraicũ, & iuxta Lxx. interpretes, quod & ipse acceperit decimas spoliorum, & quod Abrahæ dederit decimas substantiæ suæ: quamquam Apostolus in epistola sua ad Hebræos apertissimè definiat nõ Abrahã suscepisse à Melchisedec decimas diuitiarũ, sed de spolijs hostiũ partẽ accepisse pontificẽ, &c. Nullo ergo modo iã dubitari põt Abrahã fuisse, qui decimas obtulit, non Melchisedec. Quod in translatione Lxx. apertum est, in qua legitur: Et dedit ei Abraham decimas, & cæt. nec tantum ita legitur in Græcis codicibus antiquioribus, sed etiã in vaticano, qui antiquior Hieronymi ætate dicitur, & in Pontificio, sed Hieronymus in suis non legit, Abraham, & ita vt ipse legit, video legisse Philonem in libello de congressu quærendæ eruditionis gratia, in medio. Certe Iosephus nihil de hac re dubitauit, ita enim scripsit libr. 1. Antiquit. capitu. 11. Abrahamus contrà de manubijs decimas ei dono dedit, & cæt. Cur autem aut ipse aut quisquam alius dubitaret, cum Melchisedec, Sacerdos dict⁹ fuerit & vt Sacerdos benedixerit Abrahæ, & decimæ, Sacerdotum sint? Hinc etiam constat temerè

Universidad de Deusto
Biblioteca

quosdam dixisse Abraham non decimam partem dedisse, sed munera honorifica obtulisse Melchisedec. Ita sensit Caietanus in Genes. & autor libri phraseon sacræ Scripturæ. Primum enim vocabulum impropriè accipiunt, nec docent vbi ita vt ipsi dicunt, accipiatur in scriptura; Et propriè semper sumenda sunt vocabula, nisi quid aliter accipere cogat, alioqui nihil erit firmum in scriptura. Deinde septuaginta interpretibus & reliquis omnibus aduersantur, & omnibus illius loci atque huius enarratoribus. Sed Apostolo maximè repugnant, qui nihil argumento suo efficit, si Abraham non dedit decimas Melchisedec, vt dari solent sacerdoti. Munera enim honorifica laicis etiam dantur, & reges etiam eadant suis. Quid apertius, quàm Paulum loqui semper de decimis sacerdotalibus? Quomodo aliter intelligi potest, *Melchisedec decimauit Abraham, decimauit Leui*? de quo dicemus, num. 35.

De præcipuis.] In Hebræo & apud Lxx. scriptum est de omnibus dedisse decimas, & ipse Apostolus ait in hoc capite: cui & decimas omnium diuisit Abraham, sed nunc docet quomodo id sit intelligendum, de omnibus præcipuis: noluit de vilioribus, sed de preciosissimis quibusque decimas dare Sacerdoti Dei: Pro de præcipuis est ἐκ τῶν ἀκροθινίων quod Eralmus vertit de spolijs, Theophylactus interpretatur, de exuuijs præstantiorum, & honoratiorum. Ἀκροθίνια, dicuntur spolia opima atque præcipua & primitiæ, quo nomine præstantissima quæque ex spolijs Paulus intellexit.

Abraham Patriarcha.] Non sine causa addidit *Patriarcha*, sed quasi diceret: Abraham ille pater sacerdotum legis, & pater omnium tribuum non dubitauit ei de
26 cimas dare de præcipuis, se minorem agnoscens, quantò igitur magis Sacerdotes filij Abrahæ agnoscere debent, Sacerdotium Christi esse præstantius sacerdotio suo. Sed
Patriarcha quoniam vt Adamus ait, qui sint Patriarchæ secundum idioma scripturarum, quæstionem habet, quam ipse non soluit, nos explicemus. Est autem minimè difficilis. Vt enim nomen ipsum indicat, Patriarcha nihil aliud est,

est, quàm princeps patrum, siue primus inter patres, idest, qui principium alicuius generis est, & pater eorum, qui suarum familiarum principes sunt. 1. Parali. 8. Hi Patriarchæ, & cognationum principes, qui habitauerunt in Ieru salem. In Hebræo est: Hi capita patrũ, generationibus suis capita. Lxx. Hi principes cognationũ, per generationes eorum principes. Et paulò ante vbi in Hebræo est. Et hi filij Ahod, ipsi capita patrũ, vertit interpres, principes cognationũ, quod postea vertit Patriarchæ. Lxx. similiter, *Principes cognationum*. Iure igitur Patriarchæ appellãtur Abrahã, & duodecim filij Iacob. Act. 7. Et sic genuit Isaac, & circũcidit eũ die octauo, & Isaac Iacob, & Iacob duodecim Patriarchas, & Patriarchę æmulãtes, Ioseph vẽdiderũt in Ægypto. Dauid etiã iure appellatur patriarcha. Act. 2. liceat audẽter dicere ad vos de Patriarcha Dauid. Ita in Episcopis Ec 27
clesiæ, Patriarchæ dicuntur, qui & Episcopis, & metropolitanis maiores sunt, ad eorum similitudinem, qui in sæculo dicebantur primates, penes quos erat prima iudiciaria potestas in prouincia, vt scripsit Anacletus Pontifex Ep. 2. Quare, qui patres patrum non sunt, & si sanctitate & antiquitate præstent, magnique apud homines fiant, patriarchæ dici non possunt. Si autem capita familiarũ magnarum sint, & si minoris sint dignitatis, Patriarchæ dicentur.

Et quidem de filijs Leui sacerdotium accipientes.] Hoc est, qui inter filios Leui Sacerdotes sunt, non enim omnes filij Leui erant Sacerdotes, sed tantum, qui erant ex genere Aharon, vt videmus. Numerorum. 3. Probat autem Sacerdotium Melchisedec maius fuisse Sacerdotio Leuitico, quoniam Abraham, ex quo exijt Leui, princeps Sacerdotalis familiæ, minor fuit Melchisedec, quando quidem ei, vt maiori, quia Sacerdos Dei erat, obtulit decimas de præcipuis. Atque hoc ex lege ostendit. Sacerdotibus enim omnes tribus decimas persoluebant secundum legem, quas tamen minime persolueretur nisi Sacerdotes maiores atque honoratio- 28
res ipsis essent, quia Deo dicati erant. Hæc res illos superiores efficiebat, cæteris enim pares erant, cum ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam essent ex semine Abrahæ, sicut & Tribus Leui, Quare cùm Abraham decimas obtulit Melchisedec, vt maiori & digniori obtulit.

Sed quæritur cur dixerit Paulus: Et quidē de filijs Leui Sacerdotium accipientes mandatum habent, decimas sumere à populo, cum decimas non soli Sacerdotes, sed Leuitæ etiam acciperent. Num. 18. Filijs autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Propterea dictū est, quod ipsi Leuitæ decimas decimarū pēdebant Sacerdotibus, sicut legimus in eodē capite: Præcipe Leuitis atq; denuntia. Cum acceperitis à filijs Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earū afferte Domino, ideſt, decimam partem decimæ vt reputetur vobis in oblationem primitiuorū, tam de areis, quā de torcularibus, & vniuersis, quorum accipitis primitias, offerte Domino & date ea Aharō Sacerdoti. Dabātur autē vniuersis sacerdotibus, vt docuerunt Iosephus lib. 4. Antiq. cap. 4. & Hieronymus in illud
29 Ezec. 45. Et hæ sunt primitiæ, &c. Meritò ergo dicit, Sacerdotes decimas accipere à populo, id est, ab omni populo, quoniam non ab alijs tātum tribubus accipiebāt, sed ab ipsis etiā Leuitis, qui in tēplo ministrabant. Hoc autem auget dignitatem Sacerdotij, quod non solum reliquæ Tribus Sacerdotes vt maiores venerentur, sed in eadem tribu Leuitica, qui Sacerdotes non erant, decimas Sacerdotibus pendebāt quasi dignioribus. Cum ergo hi ipsi Sacerdotes per Abraham decimas obtulerint Melchisedec vt mox videbimus, maius constat esse Sacerdotium Melchisedec, quàm Leuiticum.

Sed oritur ex his Apostoli verbis difficilis quæstio, cur Melchisedec maior fuerit Abraham, cum ipse etiam Abraham sacerdos Dei fuerit, quandoquidem vt scripsit Hieronymus in tradit. Heb. in Genesim & Epist. 126. Primogeniti ante legem Sacerdotes fuerint, & Abraham primogenitus Thare fuerit: legimus enim Gen. 11. Hæ sunt autem generationes Thare, Thare genuit Abraham, Nachor, & Aran. Abraham etiam vt Sacerdos sacrificia Deo obtulit, vt videm' Gen. 15. Cur ergo Sacerdotiū Melchi-

Melchisedec dignus sit sacerdotio Abrahæ, aut cur potius Typus Christi fuerit, aut vnde maius esse probatur quod Abraham illi decimas obtulerit, cùm Deo per Sacerdotē offerre voluerit, qui non propterea maioris, sed paris dignitatis esse intelligitur, sicut si nunc sacerdos sacrificium pro se per alium sacerdotem offerat.

Abulēsis quidē in cap. 13. Gen. q. 5. &. 7. putat Abraham 30
non fuisse Sacerdotem potius, quàm alios, sed cùm lege id non prohiberetur, licuisse tunc omnibus sacrificia offerre. Quod ego valde alienum à veritate arbitror, nunquam enim in vllo populo omnes fuerunt Sacerdotes, sed certi homines signabantur, vt primogeniti in lege naturæ atq; alij apud alios. Et S. Thomas. 3. part. quæst. 31. arti. 2. dicit Abraham fuisse sacerdotem.

Hoc ergo potius dicendum, Abraham, qui propheta erat, cum vidisset Melchisedec offerentem panem & vinum, agnouisse in eo expressiorem Sacerdotij Christi figuram, quàm aut in se, aut in quolibet alio, ideoque ei vt maiori decimas obtulisse. Fortasse etiam & mysterium nominis tam ipsius Melchisedec, quàm vrbis Salem per propheriam cognouit, quibus præstantior erat ipso Abraham. Et quamuis hæc non cognouisset, satis est ad argumentum Apostoli, quod decimas illi obtulerit, & ab eo benedici voluerit, his enim eum maiorem se esse testabatur, quia ita se erga illum gerebat, ac si ipse Sacerdos non esset.

Quamquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Hoc est, ab eo geniti fuerint. Quod ideo dicitur, quia à regione lumborū duæ venæ, duæque arteriæ descendunt, per quas materia seminis defertur in locum, in quo illa semen fit.

Cuius autem generatio non annumeratur in eis. Hoc ita expo 31
suimus. n. 13. in Græco ad verbū habetur cuius genus non recensetur ex eis, id est, cuius genus non pertinet ad Abraham, aut ad Sacerdotes generis eius. Ita Theophylactus, & Theodoretus, & reliqui. Translatio Syriaca. Is autem, qui scriptus non est in genealogijs eorum.

Et hunc qui habebat repromissiones benedixit.) Cùm tantus esset Abraham, vt eū Deus colloquio suo dignatus fuerit,

& magnifica ei promiserit, tamen benedixit ei Melchisedec vt moriori. Accepisse autem tam tunc Abraham promissorum à Deo, constat ex Gen. 12. Faciamque te in gentem magnam, & benedicã tibi, & magnificabo nomẽ tuũ, eritq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atq; in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Et c. 13. Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum. Faciamque semen tuum sicut pulueren terræ, &c cæt.

Sine vlla autem contradictione, quod minus est, à meliore benedicatur.] Quæritur quomodo hoc verum sit, quod Apostolus extra controuersiam esse dicit, neminemque esse, qui contradicat, cùm ipsa omnium consuetudo contradicere videatur. Quid enim vetat Sacerdotem quemuis priuatum, Pontificem benedicere, plebeium regi, mulierem viro, &c cæt. Benedicere nunc quidem significat fausta, & læta precari, vt ex ipso Apostoli exemplo intelligitur, ita enim benedicit Melchisedec Abrahæ Gen. 14. Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cœlum & terram, id est, magnus sit apud Deum, magnam benedictionem, magnam copiã donorum à Deo accipiat. Aliud est autem benedicere, id est, bona alicui precari ex caritate aut ex amicitia, quod omnium est: aliud benedicere ex officio, & quasi publicum Dei ministrum, & Sacerdotem, quomodo Abrahæ benedixit Melchisedec. Qui hoc modo benedicit, sine dubio maior est, quoniam benedicit ex potestate à Deo accepta, & vt Dei minister, qui maior est omnibus. Et quamuis contingat parem pari benedicere, vt presbyterum presbytero, aut Episcopum Episcopo, is qui benedicitur, nõ vt par benedicitur, sed vt minor, perinde ac si presbyter non esset, laicum potius tunc agit, quàm presbyterum. Quare recte S. Thomas dixit: Nec Episcopus consecrat Papam, nec suffraganei Archiepiscopum, sed hunc hominem vt sit Papa, vel Archiepiscopus. Item facit hoc vt minister Dei, qui maior est, quàm Papa. Hæc sanctus Thomas.

Benedicere.

Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt.] Alia ratione probat Sacerdotium Melchisedec præstantius fuisse

fuisse Sacerdotio Leuitico. Hic enim, inquit, id est, in lege, aut apud nostros; qui decimas à populo accipiunt, etiã & hoc ipso, quod eis decimæ debentur, meliores populo sunt, tamen moriuntur, & in hoc æquales populo sunt. Ibi autem, id est, in eo, quod modo diximus, decimas accepit ille, qui testimonium habet, quod viuat ad eũ, Melchisedec, qui ideo viuere dicitur, vt ait Theophylactus & alij, quia neque mors eius narratur, neque successor eius scribitur, & ideo figura Christi est, qui est Sacerdos in æternum. At Sacerdotum Leuiticorum morte & successores legimus in Scriptura. Nec refert ad argumentum Apostoli, Melchisedec verè mortem obisse, non enim de eo propter eum loquitur, sed quia figura Christi erat, qui æternus est. Atque vt esset figura Christi æterni Scriptura noluit eius mortem, aut successorem commemorare. Similiter supra argumentatus est, patrem enim, & matrem habuit, & initium dierum, & cæt. Sed hæc ita scripta sunt, vt eo significaret ipsum figurani esse Christi Sacerdotis in æternum.

33

Sed mihi & pendens videtur Apostoli oratio, cum enim dixisset: Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt? cõsequens videbatur, vt diceret, ibi autem accepit, qui viuit, nec tamen ita dixit, sed: Ibi autem cõtestatur, quia viuit. Non habet, qui cõtestetur, aut, quis viuat, nec quid quam de acceptione decimarum addidit. Hæc habentur, & Marci huius versiculi explicabitur, & animaduersa antiqua corruptæ legis in multis cõtextus horum cõtestatur, quod & Cajetano, & alijs imposuit, qui interpretati sunt: Cõtestatus est Scriptura. Legendum est, contestatus, vt ex Græco aperte ostendunt verba sequentia, id est qui testimonium habet, patrem habere accipitur, cõtestatus, & est sensus: Ibi autem, Hic autem decimas accepit, is qui testimonium habet ab Scriptura quod viuat, id est, Melchisedec, cuius neque mors, neque successor narratur. Hoc explicat etiam Syriaca: Atque quidem hic homines, qui moriuntur accipiunt decimas, illic autem is, de quo testatur est Scriptura ipsum viuere. Similiter Pagninus vertit: illic autem is de quo testatum est, quod viuat.

34

Atque ita omnino exposuit Theophylactus. Simile mendum irrepsit in verba Petri. 1. Epist. cap. 1. Inquo exultatis, modicum nunc si oportet contristati in varijs tentationibus, cum id plenum sensum non habeat, sed legendum sit: Modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus, & cæt, λυπηθέντες.

35 *Et vt ita dictum sit, & cæt.*] Quoniam improprium, videri poterat non satis intelligentibus dicere Leui fuisse decimatum in Abraham, temperat, ac præmollit id, dicens ὡς ἔπος εἰπεῖν, id est, vt ita loquar, si ita me loqui sinitis.

Per Abraham & Leui, qui decimas accipit, decimatus est.] Cùm Abraham decimas obtulit, ipse etiam Leui, qui in eo erat, & cui nunc decimæ à populo fratrum suorum pendüntur, etiam decimas obtulit Melchisedec figura Christi, quasi intelligẽs, & confitens Sacerdotiũ Christi maius esse suo sacerdotio. Quid sit autem, decimatus est, ex verbis Apostoli præcedentibus liquet. Vbi enim habemus: Mandatum habent decimas sumere à populo, in Græco est, ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν, id est, decimare populum. Et postea pro, decimas sumpsit ab Abraham, est, δεδεκάτωκε τὸν Αβραὰμ, id est, decimauit ipsum Abraham; Ita nunc δεδεκάτωται, id est, decimatus est, significat decimas soluit.

Adhuc enim in lũbis patris erat.] Probat afferente Abrahã decimas, ipsum quoque Leui, vnde genus sacerdotum legis est, decimas obtulisse Melchisedec, quoniam erat in lumbis Abrahæ, id est, virtute in eo latebat, & voluntas Abrahæ censebatur eius voluntas, & Abraham, vt propheta, videns, quid faceret, & intelligens ex se nasciturum genus sacerdotale, pro se & pro posteris suis obtulit, & se & illos minores profitens esse Melchisedec, quemadmodum si dux aut princeps obedientiam pro se & pro tota posteritate sua regi promittat atque offerat.

36 Sed quæstio hinc oritur quod secum pugnare videatur Apostolus: si enim sacerdotium Leuiticum minus fuit, quia

quia Abraham offerente decimas, ipse Leui decimatus est qui erat in lumbis Abrahæ, ergo & Christus decimatus est in Abraham, cum etiam fuerit in eius lumbis. Hanc quæstionem erudite soluit Augustinus lib. 10. de Genesi ad literam cap. 20. quem S. Thomas hic &. 3. p. q. 31. a. 8. Et omnes sequuntur. Verba Augustini hæc sunt. Secundum rationem quippe illam seminalem, ibi fuit Leui, qua ratione per concubitum venturus erat in matrem, secundum quam rationem, non ibi erat Christi caro, quamuis secundum ipsam, ibi fuerit Mariæ caro. Qua propter nec Leui, nec Christus in lumbis Abrahæ secundum animam, secundum carnem vero & Leui & Christus: sed Leui secundum concupiscentiam carnalem, Christus autem secundum solam substantiam corporalem: cum enim fit in semine, & visibilis corpulentia, & inuisibilis ratio, vtrumque cucurrit ex Abraham, vel etiam ex ipso Adam vsque ad corpus Mariæ, quia & ipsum eo modo conceptum & exortum est: Christus autem visibilem carnis substantiam de carne virginis sumpsit: ratio vero conceptionis eius, non à semine virili, sed longe aliter ac desuper venit & cæt. Sed adhuc quæri potest, cur Christus non dicatur decimatus, cum secundum corpulentam substantiã fuerit in lumbis Abrahæ, quamuis non fuerit secundum rationem seminalem. Quid obstat non fuisse secundum rationem seminalem, cum re vera ita fuerit in lumbis Abrahæ, vt filius eius, & posterorum eius, dicatur passim in scriptura? vt Matth. 1. liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Ps. 131. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eũ de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Eadem scriptura ita de Christo loquitur, sicut de reliquis filijs Abrahæ, nam non solum filium eius eum vocat, sed etiam semen vt Gen. 22. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Respondeo Christum vere dici filiũ Abrahæ quoniam vere filius est sanctissimæ virginis quę ita erat filia Abrahæ, vt reliqui eius posteri. Sed tamen Christus non fuit decimatus in Abraham, vt reliqui eius filij, quia non erat ita omnino eius filius vt reliqui. Nam

37

Universidad de Deusto
Biblioteca

reliqui non solum geniti sunt ex ijs, qui ab Abraham per concubitum nati sunt, sed à proximis etiam parentibus per similem concubitum geniti sunt. Christus autem natus est ex virgine per concubitum genita, sed ipse ex virgine sine concubitu, & sine semine generatus est. Atque
38 ideo, qui secundum seminalem rationem erant in Abraham, illi proprie dicuntur virtute esse in eo, quia naturali modo ex eo oriuntur, & voluntas Abrahæ censetur eorum voluntas. At Christus naturaliter non nascitur ex Abraham, nec potuit nasci, ita vt natus est, sine magno miraculo, & idcirco non ita proprie latebat in eo vt reliqui, nec voluntas Abrahæ censetur eius voluntas. Si enim ex carne, aut ex sanguine filij Adam per miraculum fiat à Deo homo, ille nihil ex peccato Adam contrahit, quia nō erat in eo secundū seminalem rationem, licet fuerit secundum corpulentam substantiam, nec voluntas Adam censetur volūtas eius. Quare Christus etiā si Deus non esset, cum absque virili semine natus fuisset, peccatū originis non contraxisset. Diuus Augustinus in eodem loco: in hunc modum exponit, Ille est igitur decimatus in Abraham, qui licet secundum carnem tantum, sic tamen fuit in lumbis eius, quem admodum in lui patris, etiam ipse Abraham: id est, qui sic est natus de patre Abraham, quemadmodum de suo patre natus est Abraham per legem scilicet in membris repugnantem le-
39 gi mentis &cæt.

Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat.] Docet sacerdotium Christi præstantius esse sacerdotio Leuitico, quoniam post sacerdotium Leuiticum venit sacerdotium Christi, de quo dixit Dauid: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Hoc sacerdotium nouum erat, neque secundum ordinem Aharon, sed secundum ordinem Melchisedec. Multo ergo melius est sacerdotio Aharon siue Leuitico, quandoquidem introducitur vt suppleat quod defuit Leuitico. Si enim nihil Leuitico sacerdotio defuisset, non opus erat nouo sacerdotio: sed si alterius forte sacerdotis lex aut prophetæ meminissent, ille esset secundum ordinem Aharon

haron, non secundum ordinem Melchisedec: ille autem cuius Dauid meminit, est secundum ordinem Melchisedec. Hoc ergo nunc dicit: si consummatio per sacerdotium Leuiticum erat, id est si sacerdotium Leuiticum, hoc est, quo fungebantur filij Aharon ex semine Leui, consummasset atque perfecisset homines, id est, si vim haberet iustificandi & liberandi eos à peccato, & ad vitam æternam perducendi, quæ maximæ atque vltimæ hominis perfectiones sunt, quorsum expectabatur alius sacerdos secundum ordinem Melchisedec. Hæc consummatio τελείωσις, id est, perfectio dicitur, sicut dixit cap. 2. autorem saluris eorum per passiones consummare: Et de hac perfectione dicit paulo post in hoc capite: Nihil enim ad perfectum adduxit lex, quia scilicet, neque gratiam homini conferre potest, neque gloriam. Sed quorsum addidit Apostolus parenthesin illam, quæ multū obscuritatis orationi affert, nec sententiam iuuare videtur: Populus enim sub ipso legem accepit? Non frustra hæc addidit, sed vt illis sensim viam muniret ad id, quod volebat. Videtur enim tātum probare velle, sacerdotium fuisse transferendum vt pro sacerdotio Leuitico introduceretur sacerdotium Christi: sed simul contendit legē quoque fuisse transferendam, vt pro lege Mosis, lex Euangelica introduceretur propter cognationem legis & sacerdotij, sicut ait paulo post: Translato enim sacerdotio, necesse est, vt & legis translatio fiat. Propterea nunc ait: Populus enim sub ipso legem accepit, id est, simul data sunt lex & sacerdotium, & eiusdem rationis sunt, quia sicut sacerdotium institutum est quale illi tempori conueniebat, ita etiam & lex. Ipsa etiam lex multa præcipit de genere sacerdotū, de ritu initiationis, de sacrificijs, de victu sacerdotum, & ministrorum: quare si sacerdotium abrogetur, legem quoque abrogari necesse est. Etenim in lege naturali alij erant sacerdotes, & alia sacrificia. Successit lex Mosis & cum ea nouum venit sacerdotium. Ita contingit in lege Euangelica, & si post illam nouum sacerdotium futurum fuisset, noua quoque lex esset. Sub ipso populus legem accepit, id est, eius tempore Græce ἐπ' αὐτῆ, id est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est, in ipso cum sacerdotium datum est, data est & lex. Hoc etiam addendum. Poterat quispiam dicere: non per solum sacerdotium consummantur homines, lege etiam opus est. Propterea respondet: sub ipso enim & cæt. ac si dicat: cum de sacerdotio loquor, legem etiam in eo intelligo, simul enim cum illo data est. Quod si quispiam argumentetur prius datam esse legem, quàm institueretur sacerdotium, quoniam lex data est Exodi. 20. & sequentibus, sacerdotium vero institutum est cap. 28. & sequentibus: Respondendum est legem vocari non ea tantum, quæ ante institutionem sacerdotij tradita sunt, sed quid quid Moses quinque libris illis comprehendit, quos Hebræi legem vocant. Multa enim postea Dominus præcepit, & omnia ad legem pertinent. In libris autem legis simul Moses de sacerdotio & de reliqua lege agebat, & nunc de his, nunc de illis loquebatur. Possumus etiam
42 quod Græce dicitur, In ipso, ita interpretari, vt sit per
In. ipsum, quod est valde vsitatum apud Hebræos, vt sit sensus: Per ipsum sacerdotium populus legem accepit, quia accepit illam per Mosem, qui sacerdos erat Leuitici generis sicut scripsit Dauid psal. 98. Moses & Aharon in sacerdotibus eius. Propterea Syriaca translatio habet in hunc modum: si ergo consummatio per pontificatum ipsius Leui erat, vti per quem imposita est lex populo &cæter. Chrysostomus aliter exponit. Quid est, inquit, in illo? Ipsi obedit, per illud omnia gerit. Ita etiam S. Thomas.

Translato enim sacerdotio &cæt. Iam hoc expositum est n. 40. & 41. S. Thomas hanc rationem addit. Omnis, inquit, lex ordinatur ad conuersationem humanam secundum aliquod regimen. Vnde secundum Philosophum in Politicis mutata cõuersatione necesse est mutari legem: sicut autem lex humana ordinatur ad regimen humanum ita spiritualis & diuina ad regimen diuinum. Hoc autem regimen designatur per sacerdotium. Translato ergo sacerdotio necesse est transferri legem, quæ per sacerdotium administrabatur. Sed facilius & apertius & melius ita exponemus: Translato sacerdotio ex vna Tribu ad alteram

teram necesse est & legem transferri: quia dum lex manebat, nullo modo poterat sacerdotium transferri de Tribu Leui.

In quo enim hæc dicuntur. Ille de quo dicta sunt hæc ver- 43
ba: Tu es sacerdos &c. non est de Tribu sacerdotali ἐφ' ὅν, id est, Inquem. Translatio Syriaca: Is enim de quo hæc dicuntur & cæt. Itaque interpres more suo dixit. In quo, pro Inquem.

De qua nullus altario præsto fuit προσέσχηκε, astitit, accessit id est, de qua nullus fuit sacerdos.

Manifestum est enim quod ex Iuda ortus sit Dominus noster Hoc argumentum Apostoli infirmum apparet, & cui facile sit respondere, dicemus enim Christum fuisse non solum ex Tribu Iuda sed etiam ex Tribu sacerdotali, vt multi ex sanctis patribus tradunt. Quare & si non assisteret altari, quatenus erat ex Tribu Iuda, potuit assistere, quatenus erat ex Tribu Leui. Quemadmodum Machabæi licet essent ex Tribu Iuda, quia principatum tenuerunt in Iudæa vsque ad Herodem, & ita non est ablatum sceptrum de Iuda, tamen etiam erant ex Tribu Leui & sacerdotium gesserunt. Præterea Suidas in verbo Iesus refert verba libelli cuiusdam de sacerdotio legali Christi, in quo scriptum est, sacerdotes Leuiticos voluisse Christum in suum numerum adscribere, cumque id fieri non posse videretur, quod esset ille ex Tribu Iuda respondisse quendam, esse eum etiam de Tribu Leui, atque ita admissum esse. Et quamuis quod de sa-
cerdotio Christi Leuitico in hoc libello scriptum est, te- 44
mere atque impie confictum sit, illud tamen inde colligitur, apud Iudæos sacerdotio fungi potuisse eum, qui quouis modo pertineret ad tribum Leui: Iudæi enim scriptoris videtur fuisse libellus ille.

Vt ad hæc omnia respondeamus, duo quærenda sunt. Primum est an aliqua ex parte pertinuerit Christus ad Tribum Leui. Alterum est, an satis esset, quouis modo pertinere ad Tribum sacerdotalem, vt sacerdotio Leuitico fungi posset.

De primo constans multorum veterum patrum sen-

ten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus ad quam tribũ pertinuerit

tentia est, Christum, qui rex fuit & sacerdos ad vtram que Tribum pertinuisse, ad regiam, & sacerdotalem, id est, ad Iudam & ad Leui. Ita docent Hilarius can. 1. in Matt. Ambrosius lib. 3. in Lucam paulo post principium, & in libro de benedictionibus Patriarcharum cap. 3. & 4. Gregorius Nazianzenus in carmine de Genealogia Christi. Augustinus lib. 83. Quæst. q. 61. & 2. de consensu Euãgelistarum cap. 2. Epiphanius lib. 3. in hæresi Antidicomarianorum. Beda & Euthymius in cap. 1. Lucæ. S. Thomas 3. p. q. 31. a. 2. ad. 2. & multi alij. Argumenta horum patrũ

47 hæc sunt: Tribus sacerdotalis & regia iam inde ab initio miscebantur, Aharon enim accepit vxorem Elisabeth filiam Haminadab sororem Naason principis Tribus Iudæ, Ex qua nati sunt omnes sacerdotes. Et Ioiada sacerdos duxit vxorem Iosabeth sororem Ochoziæ regis de Tribu Iudæ. 2. Para. 22. Atque ita diuina dispensatione factum videtur, vt hæ Tribus permiscerentur vt Christus secundum carnem, & à regibus genus duceret, & à sacerdotibus. Secũdũ Maria, & Elisabeth, quæ erat de filiabus Aharõ Luc. 1. cognatæ erant, ab eodem enim scriptum est: Et Ecce Elisabeth cognata tua, hinc enim id probat Augustinus li. 2. de consensu Euangelistarum. c. 2. & c. Tertiũ? Lucas cap. 3. inter maiores Domini recenset Nathan qui fuit sacerdos ex Tribu Leui, quod est argumentum Hilarij & Ambrosij. Addit Ambrosius, Etiam Leui, cuius memr nit idem Lucas, sacerdotem fuisse. Itaque iuxta Hilarium & Ambrosium Matthæus describit regiã Domini genealogiam, Lucas sacerdotalem.

Autoris sententia.

Ego ad solutionem huius quæstionis tria statuo. Primum est, nullo argumento satis probari Christum aliquo modo pertinuisse ad Tribum Leui. Argumenta quidem, quæ proposuimus, hoc non conficiunt, nam etsi

46 Tribus regia atque sacerdotalis interdum per coniugia miscerentur, nunquam hoc factum legimus in vllo ex maioribus Domini, nec vt fieret, oportebat, vt mox dicemus, Mariam autem & Elisabeth cognatas fuisse non est dubium: sed potuit Elisabet per matrem pertinere ad Tribum Iuda, quandoquidem sacerdotes & Leuitæ ex quali-

qualibet Tribu vxores accipere poterant, modo illæ non deferrent secum hæreditatem. Ambrosius lib. 3. in Luc. prope principium: Cognata, inquit, erat Elisabeth, quia ambæ erant ex Tribu Iuda. Iohannes Driedo lib. 3. de dogmatibus cap. 5. in. 4. eius parte ait: Ex traditione patrum didicimus Mariam, & Elisabeth fuisse filias duarum sororum, videlicet Hannæ, & Esmeriæ, quarum vtraque erat Bethleemitica de domo Dauid. Hanna verò Ioachin accepit maritum de Tribu Iuda, & de domo Dauid: Esmeria autem virum accepit Leuiticũ, de familia Leui. Quod vero senserunt Hilarius & Ambrosius Nathan fuisse de Tribu Leui, Et Augustinus subindicat lib. 2. de consensu Euangelistarum cap. 4. (putauerunt enim hunc Nathan fuisse illum, qui reprehendit Dauidẽ, & ab eodem fuisse adoptatum) dici non potest, cùm certum sit Nathã fuisse vnum ex filijs Dauid, quos genuit ex Bethsabee. 2. Reg. 5. & 1. Paral. 3. Quibus locis inspectis, Augustinus mutauit sententiam lib. 1. retract. c. 26. & li. 2. c. 16. Quapropter non video vnde probari possit Christum partem generis duxisse ex Tribu Leui.

Secundum est, probabilius videri nullo modo Christũ 47.
fuisse ex Tribu Leui, vt multis etiam visum est, Chrysostomus in hæc verba Apostoli, quæ nunc interpretamur, ait: In quo enim ista dicuntur, alterius tribus particeps erat, Et ego noui, quia nihil sacerdotale habuit, translatio quippe est. Anselmus in illud Matthæi. 1. Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius, docet solum Iudam nominari, quia ex ipso solo descendit Christus. Nicephorus libr. 1. hist. capitul. 4. Fortasse, inquit, genus ex sacerdotum ordine non duxit. Idem affirmauit Iohannes Driedo libr. 3. de dogmatibus Ecclesiasticis capitul. 5. in quarta eius parte. Et quamuis neque hoc satis probari possit ex scriptura, quoniam potuit aliquis ex maioribus Domini vxorem accipere de tribu Leui, quod nõ esse factũ non constat: tamẽ verba Apostoli magis huic sententiæ fauere videntur, quam alteri. In quo enim hæc dicuntur, de alia Tribu est, de qua nullus altario præsto fuit: nam & firmius erit argumentum, & magis proprie hæc dicentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, si Christus nihil habuit ex tribu Leui. Deinde cum Paulus per translationem sacerdotij probet & legem fuisse translatam, lexque omnino translata fuerit, oportebat, vt & sacerdotium omnino trãsferretur. Non esset autem omnino translatum, vel certe non esset ita perfecte translatum si adhuc maneret penes virum, qui pertineret quouis modo ad tribum Leui. Et hoc est quod dixit Chrysostomus. Nihil sacerdotale habuit, trãslatio quippe est. Quemadmodum pontificibus, & posteà Machabæis populum gubernantibus non est ablatum sceptrum de Iuda, quia ipsi licet essent Leuitæ, erant etiã de tribu Iuda. Et quamuis Christus sit sacerdos, quia non est secundum ordinem Aharon sed secundũ ordinem Melchisedec, oportebat, vt non esset ex sacerdotibus Leuiticis vt apertius cerneretur translatum sacerdotium.

48

Tertium est, Etiam si Christus pertineret ad tribũ Leui, validam esse argumentationem Apostoli, licet multo apertior & aliquanto validior sit, si nullo modo pertineat. Etenim pro lege erat apud Iudæos vt nemo ad aliquam Tribum referretur, nisi per patrẽ, ne sortes tribuum permiscerentur. Atque ideo mulieres habentes hæreditatem non poterant nubere nisi viris tribus suæ, qui scilicet per patres essent ex eadem Tribu vt factum videmus Num. vltimo. Hinc etiam in omnibus Genealogijs scripturæ viri nominantur, mulierum Genealogia aut nunquam describitur, aut non nisi per viros vt Genealogia Iudith cap. 8. eiusdem libri. Quod si mulieris mentio fiat in aliqua, non solent eius parentes referri, vt Matth. 1. Bohoz autem genuit Obed ex Ruth. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Dauid autem genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ. Ratio est, quoniam nihil referebat ex hac ne muliere, an ex illa nati essent, pater enim illis tribum & familiam dabat. Propterea Genealogia Christi vt probaretur esse ex genere Dauid, non est per Mariam contexta, sed per Ioseph, quia cùm illa ferret hæreditatem, non poterat nubere nisi viro familiæ suæ. Sed cum Christus patrem non habuerit secundum carnem ita de

49

beatis

Beatissima virgine matre eius loquẽdũ est, ac si pater esset. Ipsa ergo nata est ex Ioachim, qui fuit de tribu Iuda, & eam genuit ex sancta Anna, quæ fuit ex eadem Tribu; sed, quamuis fuisset ex Tribu Leui, aut ipsa, aut mater sancti Ioachin, nihilominus sancta virgo censebatur, & erat ex Tribu Iuda. Nequetamen ideireo posset Christus sacerdotio legis fungi, quia & si mater vere aliquo modo esset ex Tribu Leui, Ioseph, qui putabatur eius pater, erat ex Tribu Iuda, atque hac ratione Christus numeraretur ex Tribu Iuda. Si autem constaret eum patre carere secundũ carnem, quia pater matris eius erat ex Tribu Iuda, ipse referretur inter viros Tribus Iuda, & nullo modo inter filios Leui, & ideo nulla ratione sineretur altari ministrare. Machabæi autem licet per matrem attingerent Tribũ Iudæ, vt reliqui sacerdotes, tamen per patrem erant ex Tribu Leui, vt videmus. 1. Machab. 2. quare recte altari ministrabant. Quod autem genus illis maternum erat ex Iuda, quia Aharon primus eorum pater duxit Elisabeth de Tribu Iuda, ex qua omnes sacerdotes progenerati sunt, satis erat, vt ipsis populum gubernantibus, non diceretur sceptrum traslatum de Iuda, vere enim illi erant ex Iuda & ex femore eius, licet propter patrem essent ex Leui. Id si quidem ante legem prædictum fuit à Iacob, & postea lege sancitum est, vt quoniam quælibet tribus certâ sortem possessura erat in terra promissionis, & per coniugia tribus erant permiscẽdæ, vnusquisq; ex ea tribu putaretur, ex qua pater eius fuisset, ne confunderentur sortes, & à tribu transirent ad tribum. Quod vero ex libello de sacerdotio legali Christi affertur, impudentissimum mendacium est, & ab homine Mosaicæ legis ignaro, temerè confictum, totusque libellus fabulis plenus est, quas recte confutauit Iohannes Hentenius alio libello addito commentarijs Euthymij in Euangelia.

50

51

In qua tribu nihil de Sacerdotio Moyses locutus est.] In Græco est: In quam tribum. Similiter dixit paulo ante: In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est. Translatio Syriaca: Palam enim est à Iuda ortum esse Dominum nostrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtrum ex tribu, de qua nihil locutus eſt Moyſes de pontificatu.

Et amplius adhuc manifeſtum eſt ſi ſecundum &c cæt.] Dixit tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſſe transferri legem, & tranſlatum fuiſſe ſacerdotium docuit, quoniam tranſlatum eſt ad tribum Iuda, ex qua nullus vnquam ſacerdos fuit. Nunc autem dicit multo manifeſtius fieri, quod dixit de tranſlatione ſacerdotij ſi ſacerdos, qui exurgit, ſit ſecundum ordinem Melchiſedec, quod poſtea magis explicabimus. Chriſtum autem eſſe huiuimodi ſacerdotem, dubitari non poteſt, cum illi ſoli dictum ſit: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec.

Secundum ſimilitudinem Melchiſedec.] Quod Dauid dixit
52 & ipſe ſæpe dixerat, ſecundum ordinem, nunc alio vocabulo interpretatur, ſecundum ſimilitudinem, aut, vt eſt in tranſlatione Syriaca, in ſimilitudinem Melchiſedec. In quo prius explicandum eſt, cur ſecundum ordinem interpretatus fuerit Apoſtolus, ſecundum ſimilitudinem. Deinde, qua in re ſit hæc ſimilitudo. Pro ſecundum ordinem, in Hebræo eſt, עַל דִּבְרַת lxx. κατὰ τὴν τάξιν, Hieronymus ſimiliter ſecundum ordinem. Significat autem דִּבְרָה morem, ſiue conſuetudinem, aut ritum. Sed, redundat, vt in multis nominibus fit. Ordo igitur more Hebræorum ſumitur pro re ordinata, id eſt, pro ritu ordinato, & ſeruato à Melchiſedec, vel, pro ordinatione Melchiſedec. At vbi eſt ſimilitudo ſacerdotij Chriſti & ſacerdotij Melchiſedec? Concors omnium veterum patrum ſententia eſt in eo eſſe ſimilitudinem, quod Melchiſedec panem, & vinum obtulit, quemadmodum & poſtea Chriſtus. Quod his verbis explicauit Cyprianus in Epiſtola ad Cæcilium libr. 2. Epiſt. 3. quæ in nouis codicibus eſt Epiſtola. 63. In ſacerdote Melchiſedec ſacrificij Dominici ſacramentum præfiguratum videmus. Et poſtea. Qui ordo hic vtique eſt de ſacrificio illo veniens, & inde deſcendens, quod Melchiſedec ſacerdos Dei ſummi fuit, quod panem & vinum obtulit, quod Abrahã benedixit. Et poſtea: Præcedit ante imago ſacrificij in

in pane & vino, ſcilicet, conſtitura. Et Eccleſia canit: ſacerdos in æternum Chriſtus Dominus ſecundũ ordinẽ Melchiſedec, panem & vinum obtulit. Et in canone: Et ſacrificium Patriarchæ noſtri Abraham, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedec &c. At obſtrepunt nonnulli è recentioribus non ſolum hæretici vt Caluinus & Keminitius, ſed etiã ex noſtris, negantq; Melchiſedec obtuliſſe ſacrificium panis & vini, ſed dediſſe aiunt Abrahæ & militibus eius, vt laſſi è prælio, ederent, & biberent. 53
Quare ſcriptura non dixit eum obtuliſſe, quod etiam poſſemus interpretari, obtuliſſe vt ederent, ſed. *At vero Melchiſedec rex Salem proferens panem & vinum*: In Hebræo eſt וַיֹּצֵא id eſt, eduxit. Chaldæus: Et Melchiſedec rex Salem adduxit panem & vinum, ſed apertius. lxx. ἐξήνεγκεν αὐτῷ ἄρτους καὶ οἶνον, id eſt, protulit, ſiue eduxit ipſi panes & vinum. Cum dicit: protulit ipſi, ſatis intelligi videtur, vt ederet protuliſſe. Quod Ioſephus ita dilucidè explicauit, nemo vt negare poſſit. Ita enim ait libr. 1. Antiquitat. capitul. 11. Hic Melchiſedec us milites Abrahami hoſpitaliter habuit, nihil eis ad victum deeſſe paſſus, ſimulque ipſum adhibitum menſæ meritis laudibus extulit & cæter. Imo & Damaſcenus libr. 4. de fide capitul. 14, ſatis hoc ipſum indicat docens tamen illud conuiuium figuram fuiſſe ſacræ Euchariſtiæ. Panem, inquit, & vino ſuſcepit Melchiſedec Abraham ex cæde alienigenarum reuertentem, qui erat ſacerdos Dei altiſſimi. Illa menſa, hanc myſticam præfiguraut menſam, velut & ſacerdos ille Chriſti veri ſacerdotis figuram præ ſe ferebat, & imaginem. Ad id vero, quo orthodoxi 54
ſcriptores ſacrificium panis & vini fuiſſe probant, quoniã non ſine cauſa dictum eſt. *Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi*, ſed ideo hæc addita ſunt, vt eũ ſacerdotali officio functũ intelligeremus: facile reſpondent aduerſarij in Hebræo non legi: *Erat enim ſacerdos*, ſed: *Et ipſe ſacerdos Dei altiſſimi*.

Quod ſi quæras, quorſum ſacerdotalis officij meminerit ſcriptura, ſi ſacrificium non obtulit: Reſponderi poteſt, quoniam benedixit Abrahæ vt tamquam ſacerdotem eum benedixiſſe intelligeremus. Quod rectè

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuenit cum Hebræo. In quo ita legimus: Et Melchisedec rex Salem protulit panem & vinum. Et ipse sacerdos Dei altissimi: Et benedixit ei &cæt. Ita enim respondent Caluinus & Kemnitius, exponitque Caluinus: cum sacerdos esset Dei, benedixit Abrahæ. Sed sine dubio sentiendum & dicendum est cum omnibus orthodoxis scriptoribus, Melchisedec panem & vinum in sacrificiū obtulisse Deo in gratiarum actionē pro victoria Abrahæ. At vnde id probatur? Omitto veterum patrum sententiam, qui ita senserunt, quam Iudæus nihil morabitur, ex scriptura ita probari existimo, vt neque ab hæretico, neque à Iudæo negari possit. Cum enim dicit Dauid: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, constat Christi testimonio Matt. 22. consentientibus Iudæis, qui eum audiebant, verba huius psalmi de Christo intelligi quod magis etiam Paulus explicauit. Sed illis etiam tacentibus res perspicua est, quis enim alius sacerdos in æternum dici potest? Quo modo autem Christus sacerdos erit secūdū ordinem, id est, secūdū ritū Melchisedec, si Melchisedec nihil Deo obtulisse legimus? vnde hic ritus, aut hæc similitudo intelligi poterit? si dicas satis esse eum sacerdotem ab scriptura vocari, vt sacrificia obtulisse intelligamus, ea profecto sacrificia eum intelligemus obtulisse, quæ alij sacerdotes offerebant, id est, boues aut alias huiusmodi victimas mactasse. Quod si ita est, cur dicatur Christus sacerdos secundum ritum Melchisedec, & non secundum ritum Aharon, quandoquidem Aharon eisdem victimas immolābat.

55

Dices, quoniam Melchisedec non erat ex tribu Leui, vt Aharon, neque Aharon vocabatur rex iustitiæ, aut regnabat in Salem, non erat in scriptura sine patre, sine matre &cæt. quæ omnia typus Christi fuerunt. Vera quidem hæc sunt, sed interrogationi non satisfaciunt. Proprie enim Christus dicitur sacerdos secundum ritum Melchisedec, quia eundem ritum in functione sacerdotij, id est in oblatione sacrificij seruauit, nam similitudo, in reliquis, quæ ad functionem sacerdotij non attinent, nihil refert, vt secundum eius ritum sacerdos dicatur, cum in

56

cū in eo sit obseruāda similitudo, in quo ponitur, ponitur autem hic in ritu sacerdotij id est, in offerēdo sacrificium vt si tempore legis Mosaicæ Spartani, aut alij socij Iudæorum offerrent Deo vero victimas ijsdem ceremonijs, quibus Iudæi: diceremus sacerdotes Spartanorum esse sacerdotes secundum ritum sacerdotum Iudæorum. Siue autem in alijs rebus similes essent Iudæis, siue non essent, nihil referret ad sacerdotium, quia similitudo ponitur in ritu. Ita loquitur scriptura, & ita omnes loquuntur, vt secundum ritum alterius fieri dicatur quod in eo, in quo ponitur ritus, simile est, etiamsi in cæteris sint dissimilia. Vt Gen. 34. vnum est, quo differtur tantum bonum: si circumcidamus filios nostros ritum gentis imitantes: satis erat in sola circumcisione imitari. Exod. 12. Eritautem agnus absque macula, masculus anniculus, iuxta quem ritum tolletis & hædum, id est, in his sit similis agno, etiam si sitin cæteris dissimilis. Et ca. 29. Alterum vero agnum offeres ad vesperam iuxta ritū matutinæ oblationis. Ita etiam alij vt

57

Nil te nisi tristia mandere sæuo
Viscera dente iuuat, ritusque referre Cyclopum? *Ouid. 15. Meta.*

Et Virgil. *Lib. 11. Æne.*

Fundunt simul vndique tela,
Cebra niuis ritu——In cæteris non est similitudo nisi in crebra fusione.

Si ergo Christus est sacerdos secundum ritum Melchisedec, obtulit sine dubio in cæna sacrificium, quale ille obtulit, id est, sacrificium incruentum panis & vini, hoc est, sub speciebus panis & vini, & quod prius panis & vinum fuerat. Ritus enim Melchisedec is fuit, vt non cruentas hostias more cæterorum offerret, sed panem & vinum in figuram sacrosanctæ Eucharistiæ, cumque nusquam legamus eum sacrificium obtulisse, si in hoc loco Geneseos non obtulit, frustra dictum est, *Secundum ordinem Melchisedec*, cū ordo ille sciri non posset. Explicandū itaq; id fuit à Propheta. Sed vt nihil de Melchisedec dixit, quia ex Genesi notus erat omnibus, ita nihil de ordine, rituque sacrificij dixit, quia ex eodem loco satis intelligebatur, eum panem & vinum obtulisse.

58

Universidad de Deusto
Biblioteca

58 Si pre prie ergo loquendum est, atque ita vt hæreticorũ & Iudæorum sacrilega ora obstruamus, non dicemus vt multi dicunt Christum esse sacerdotem secundũ ordinẽ Melchisedec, quia ille fuit sine patre, & sine matre, sine Genealogia, quia vocabatur rex iustus, & rex pacis, quia bene dixit Abrahæ, quia decimas accepit & c. In his enim omnibus figura Christi fuit, at nõ horum causa Christus est sacerdos secundum eius ordinem, sed quia non iugulauit pecudes, vt alij sacerdotes, sed panem & vinũ obtulit. Quod si huiusmodi sacrificium ille non obtulisset, fuisset quidem figura Christi vt Dauid, & Salomon, at non esset Christus sacerdos secũdum ordinẽ eius: sicut nõ est secundum ritum Aharon, quia nõ mactauit oues, & boues vt ille. Si autem Melchisedec nulla in re figuram aut similitudinem Christi gessisset, sed in omnibus fuisset dissimilis, nisi in sacrificio panis & vini, Christus verè & propriè diceretur sacerdos secũdum ordinem Melchisedec, quia similitudo & ritus attenditur in eo, in quo ponitur, id est in oblatione sacrificij non in alijs rebus, vt satis probauimus.

59 Hoc ipsum id est, Melchisedec sacrificasse Deo panẽ & vinum, & ideo dictum esse: Erat sacerdos Dei altissimi quidam etiam ex Hebræis tradiderunt, quorum verba refert Galatinus lib. 10. cap. 5. eadem est sententia sanctorũ patrum, quos citat noster Robertus Bellarminus in secũdo tomo suarum disputationum lib. 1. de Missa. cap. 6.

Obiectionibus hæreticorum primum respondemus: scripturam quidem non dixisse: *Obtulit panem & vinum* sed *proferens panem & vinum*, protulit tamen, vt offerret in sacrificium pro tanta victoria gratias Deo agens, vt aperte indicant verba sequentia: *Erat enim sacerdos Dei altissimi*, extra rem quippe addita essent, nisi id, quod de pane & vino præmissum fuerat, ad sacerdotale officium sacrificandi pertineret.

Agnouere hoc Hebræi quidam eruditi, ex quibus Rabi Samuel: sed quid vult, inquit, proferens panem & vinum Ostenditur, quod docuit eum sacerdotij actus, qui erãt panem & vinum sacrificare, & hoc habetur in Ps. 109. Tu es

es sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech Quis est iste? est rex Messiach, & cæt. hæc ille.

Quod vero lxx. dicunt: *Protulit ipsi panes & vinum*, recte dictum est, protulit enim Abrahæ, vt pro eius victoria sacrificaret, & vt ipsum, ac milites simul pasceret.

Hoc sancti patres docent. Clemens Alexandrinus li. 4. stromatum prope finẽ de Melchisedec ait: Qui sacerdos erat Dei altissimi, qui vinum & panem sanctificatum cibum dedit in typum Eucharistiæ. Et Damascenus cum dixit lib. 4. c. 14. Pane & vino suscepit Melchisedec Abrahã 60
ex cæde alienigenarum reuertentem, qui erat sacerdos Dei altissimi. Atq; ita neq; ipse neq; Iosephus nobis aduersantur; nos enim fatemur eum dedisse Abrahæ & militibus panem & vinum in cibum, vt Iosephus vult, sed quod nos de sacrificio dicimus, ille non negat, & eruditi Hebræi confirmant.

Quare necesse non est ad id confugere, ad quod Lyranus & multi confugiunt, reges illos cum præda, cibaria etiam abstulisse, eaque cum receperit Abraham, non egusse eius milites cibis: cum moris sit vbique hospites etiam non egentes cibo ad mensam continuo deducere, sicut Abraham Genes. 18. Angelis statim cibum parari iussit, & Lot Genes. 19. Et non solum in scripturis, sed in Homero etiam & Virgilio sæpe factum videmus.

Erat autem & apud Hebræos, & apud ethnicos vsitatũ vesci omnes ijs, quæ sacrificata Deo fuerãt, idq; religionis & lætitiæ causa. 1. Reg. 9. Hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificium est hodie populo in excelso. Ingredientes vrbem statim inuenietis eum, antequam ascendat excelsum ad vescendum, neque enim comesturus est populus, donec ille veniat, quia ipse benedicet hostiæ, & deinceps comedent, qui vocati sunt. Et cap. 16. Ad immolandum Domino veni, sanctificamini, & venite mecum vt 61
immolem. Sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium. Continuo sequitur conuiuium, *Cum que ingressi essent vidit Eliab &c.* Et mox: *mitte & adduc eum neque enim discumbemus, prius quam huc ille veniat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hinc etiã illud.3.Reg.8.*Rex aũt Salomõ & omnis multitudo Israel, quæ conuenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, & immolebant oues & boues absque æstimatione & numero* & postea: *Mactauitque Salomon hostias pacificas, quas immolauit Domino, boum viginti duo millia, & ouium centum viginti millia.* Causa fuit quod epulaturus erat omnis Israel, qui ad dedicationem templi conuenerat. De quo Iosephus lib.8.Antiq.c.2.hæc scripsit: Rex cõcionẽ dimisit sacris primũ peractis, tã pro se, quã pro populo &c. nam tũc primũ tẽplũ victimarũ cruore imbutum est & omnes Hebræi cum liberis ac vxoribus epulo sunt excepti.

Apud ethnicos hoc passim fiebat, & hæc erant idolotyta, quæ Act.15.& alijs in locis scripturæ prohibentur.

62 Exempla sæpè occurrũt in Homero & in Vergilio, vt cũ Nestore & filijs, Neptuno sacrificãtibus, ad sacrificij Epulas Pallas & Thelemachus inuitantur.

Odyss.li.3. Εὔχεο υἱῶ ὧ ξεῖνε ποσειδάωνι ἄνακτι
Τῷ γὰρ καὶ δαίτης ἰωτὴ ἔστ᾽ ἀθεσφάτου μολόντες.

id est, *Supplica nunc ô Sospes Neptuno regi*

Huius enim epularum participes fuistis huc venientes. Deinde non multò post, taurum Mineruæ mactant, quem postea omnes comederunt. Et apud Romanum Homerum, Euandrus Herculi sacrificans ita Æneam alloquitur.

Interea sacra hæc (quando huc venisti amici)
Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes
Nobiscum & iam nũc sociorũ assuescite mẽsis.

Et mox:

Tum lecti iuuenes certatim, aræque sacerdos
Viscera tosta ferunt taurorum, onerantque canistris
Dona laboratæ Cereris, Bacchumque ministrant.
Vescitur Æneas, simul & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.

De eisdem dicitur Deuter.32.De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum.

Ita ergo Melchisedec prius Deo panis & vini sacrificiũ obtulit pro victoria, deinde eain milites destribuit, ac propterea Clemẽs Alexãdrin° sanctificatũ cibũ appellauit, ac recte in typũ Eucharistiæ factũ dixit quã prius Christus patri

patri obtulit in cœna, & postea Apostolis distribuit, atque ita in Ecclesia fieri præcepit.

Quod vero dicunt ita verti debere: *Et ipse Sacerdos Dei altissimi & benedixit ei*, nec esse in Hebræo *Enim*, erudite diluit Robertus Bellarminus, apud Hebræos, & Lxx. interpretes, & in Chaldaica paraphrasi notis adhibitis sententiã terminari in illis verbis: *Erat enim Sacerdos Dei altissimi*. Et quidẽ Lxx. haud obscure id indicarunt vertentes: *Erat autem Sacerdos Dei altissimi, & benedixit ipsi Melchisedec, & dixit, & cæt.* Deinde coniunctionem, id est, *Et*, docet ita sæpe poni apud Hebræos vt idẽ valeat quod *enim*, atq; ita verti omnino debeat. Vt Gen.20.En morieris propter mulierem, quam tulisti, habet enim virum. Pro quo in Hebræo est: *Et ipsa habet virum.* 63

Illud etiam affert ex Isa.64.Ecce tu iratus es, & peccauimus, id est, quia peccauimus, aut: peccauimus enim. Potest & ex alijs locis id ostendi, vt.3.Reg.11. Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire in terram tuã? id est, quia quæris ire. In Hebræo est: Et ecce tu quæris ire in terram tuam? Lxx. Qua re tu indiges mecum, quia ecce tu quæris ire in terram tuam? Et.3.Reg,1. Nec corripuit eum pater suus aliquando dicens: Quare hoc fecisti? Erat autem & ipse pulcher valde secũdus natu post Absalon: Hebraicè: *Et ipse erat puleher, &c.* ac si diceret: Non corripuit eum, quia erat pulcher valde & germanus Absalon, & nolebat eum contristare, quia amabat eum, quia pulcher erat, & quia desiderio Absalon tenebatur, sed Hieronymus pro, *Enim*, posuit, *Autem*, sicut Lxx. cùm dixerunt: *Erat autem Sacerdos Dei altissimi.* Et sunt multa huiusmodi.

Quærunt etiam hæretici cur Paulus huius sacrificij non meminerit si verè sacrificium fuit, & typum gessit Eucharistiæ. Respondeo Paulum non agere hic de eo, quod, siue Melchisedec siue Christus obtulit; sed ex verbis prophetę: *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec*, in quibus Christus Sacerdos appellatus est, non secundum ordinem Aharon, sed secundum ordinem Melchisedec, probat translatum esse Sacerdotium, quia illi datum est, qui erat ex tribu Iuda, non ex tribu Leui. Ac dein 64

Universidad de Deusto
Biblioteca

de colligit legem etiam mutatam esse, qua manente lege nemo Sacerdos esse poterat, qui non esset ex tribu Leui. Non igitur ad eum pertinebat, dicere; quid Melchisedec, obtulisset, sed assumebat, quod Iudæi negare non poterãt Christum esse Sacerdotem secundum ordinem Melchisedec, cætera putabat ex Genesi cognosci, quo in loco tantum de Melchisedec egerat scriptura, & ex eo intelligi poterat panem & vinum obtulisse, idque tacitè Dauidem indicasse, quoniã nisi hæc obtulisset, nihil esset cur Christus diceretur Sacerdos secundum ordinem Melchisedec.

65 *Qui non secundum legem mandati carnalis factus est.*] Locus est obscurus, & in quo multi multa dicunt, nec satis docent cur additum sit: *Mandati carnalis*, quod parum ad id, quod agitur, videtur pertinere: nec quorsum dixerit: *Secundum virtutem vitæ insolubilis.* Manifestius, inquit, erit quod dixi de translatione legis & Sacerdotij, si Sacerdos nouus, qui exurgit secundum ordinem Melchisedec, non sit secundum legem, sed à Deo fiat Sacerdos. Christus enim non est Sacerdos secundum legem, quoniam lex prohibet sacerdotem fieri, qui non sit ex semine Aharon: Sed supra legem est Sacerdos per voluntatem Dei, sicut dixit capit. 5. *Sic & Christus non semetipsum, clarificauit, vt Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te, quémadmodum & in alio loco dicit: Tu es Sacerdos in æternum, & cæt.* Sed aliquid tamen Amplius nunc dicit: Sacerdotes Leuitici fiunt secundum legem, quæ mandata carnalia habet, quæ scilicet corpus emundat; non animam, ac propterea hostiæ, quas ipsi offerunt, animam sanctificare non possunt. Quod apertius dixit cap. 9. *Iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solum modo in cibis, & in potibus, & variis baptismatibus, & iustitijs carnis, vsque ad tempus correctionis impositis. At Christus, factus est Sacerdos secundum virtutem, sine potentiam indissolubilem, vitæ insolubilis*, id est, factus est Sacerdos accepta à patre potestate conferendi suis vitam æternam, quæ nulla temporis diuturnitate, nulla rerum mutatione dissolui queat, sicut ait paulo post, *Vnde*

Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes, Per semet 66
ipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.

Hoc magis explicant verba sequentia, vt continuo videbimus. Quod autem nonnulli ex veteribus hæc de Melchisedec interpretantur, quomodo in verba Apostoli conueniat, non video, ait enim: *Et amplius adhuc manifestum est, si secundum ordinem Melchisedec exurgat alius Sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est*, & cæt. Christus enim est hic Sacerdos, qui exurgit secundum ordinem Melchisedec: nam ipse Melchisedec quomodo exurgere potest secundum ordinem Melchisedec.

Contestatur enim quoniam tu es Sacerdos in æternum.] Quis contestatur? Dauid verba Dei patris referens filium suum Sacerdotem constituentis, aut ipse pater loquens per Dauid. *Quoniam*, more Hebræorum & Græcorum additũ est, non significationis causa, vt Luc. 1. & dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Probat, quod dixit, Christũ factũ esse Sacerdotẽ accepta à patre virtute præstãdi suis vitam æternam, quoniam illi pater dicit: Tu es Sacerdos in æternum, & cæt. Officiũ perfectissimi Sacerdotis est, hominibus Deũ 67
reconciliare, eosq; sanctificatos ad vitam æternã perducere. Hoc Sacerdotes legis non fecerunt, sed Christus facit, qui est Sacerdos in æternũ. Duplici ratione dicitur *Sacerdos in æternũ*, quia ipse æternus est, nec moritur, vt alij Sacerdotes, qui dum vixerunt, potuerunt hostias offerre, sed morte impediũtur. At Christus, & si mortuus est, cũ sacrificium suum obtulit, resurrexit, & viuit in æternum. Deinde non est finita virtus eius sacrificij cum eius morte, nũc etiam illud patri repræsentat, & res nostras apud patrem agit, vt omnes electi vitam æternam consequantur. Propterea ait, *Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.*

Quoniam.

Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, & cæt. Cùm dicit Deus: *Tu es Sacerdos in æternum*, & cæt. tacitè reprobatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

batur vetus lex, quia neq; ipsa, neq; ipsuis Sacercotes, aut sacrificia potuerunt homines sacrificare, & perducere ad vitam æternam. Etenim cum nouo Sacerdoti secũdum ordinẽ Melchisedec dicitur: Tu es Sacerdos in ęternum subindicatur sacerdotes secundum ordinem Aharon nõ posse hoc facere etiam si tot, & tam varia sacrificia offer
68 rent. Quare sacerdotium illud reijcitur, & cum sacerdotio lex ipsa, vt cum nouo sacerdotio, & lex noua surgeret. Reijcitur autem, non quod mala esset, sed propter infirmitatem, quia exiguas vires habebat, non poterat hominem iustificare: Et propter inutilitatem, quia non ita iuuare homines potuit, vt eos à peccato liberaret, & gratia donaret; quod ipse Apostolus explicat dicens:

Nihil enim ad perfectum adduxit lex, id est, nullum hominem, quamuis omnia legis sacrificia adhiberet, potuit perficere, hoc est, sanctificare, & ad vitam æternam perducere, quæ est vltima, & maxima hominis perfectio.

Sed cur dicit, *Nihil*, quasi multa adducere possent ad perfectum, cum solum hominem respiciat lex? *Nihil* dixit, id est, nullum hominem, vt exponit Theophylactus. Quem admodũ de solo homine dictum est Iohan. 6. omne quod dat mihi pater ad me veniet. Et postea: hęc est enim volũtas eius, qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Est enim genus neutrum aptissimum ad vniuersitatem significandam. Theophylactus. Insultant hic (inquit) legem calumniantes hæretici asserẽtes. Ecce diuus etiam Paulus legem reprehendit. At enim non dixit eam prauam o insipientes, verum & inutilem, & infirmam ad consummandum videlicet. Quem ad modum enim lac vtile est infantibus pro ea ætate, adultis autem & perfectis inutile: haud secus lex imperfectis Iudæis erat vtilis abducens eos ab idolis, & ad verum Deum adducens, conuenientiaque mandata eis tradens. Perfectiorum autem indigis non porro vtilis est, carnales enim præcipiebat victimas & purificationes, quibus spirituales non indigent.

Genus neutrum.

Intro-

Introductio autem melioris spei.] loco legis sub introducta est per nouum Christi Sacerdotium, & per gratiam Euangelij melior spes, data enim nobis sunt Sacramenta per quæ & iustificari nos & vitam æternam consequi speramus, quia est in illis virtus passionis Christi, & æterni eius Sacerdotij. Per legem enim & per Sacerdotium legis habebamus iustitiam carnis, & exteriorem munditiam, per quam Deo propiores non efficiebamur, per gratiam autem Christi proximi Deo efficimur, ac multo magis per gloriam. Translatio Syriaca: Nihil enim perficit lex, introijt autem loco ipsius spes præstantior ipsa, per quam accedimus ad Deum. 69

Et quantum est non sine iureiurando.] Interpres ita intellexisse videtur. Quãtum est hoc? quanti fieri à nobis debet, vt Sacerdos nosser, non sine iureiurando factus fuerit Sacerdos? Pro *Et quantum est*, in Græco est καὶ καθ' ὅσον, id est secundum quantum. Quod ita interpretatur Chrysostomus: Quid est: *Et secundum quod non sine iureiurando*, Hoc est: Ecce & alia differentia, non simpliciter hæc promissa sunt, & cæt. Eodem modo exponẽdum est, *Secũdum quantum*. *Quantum*, hoc est, quanti fieri debet? Nam καθ' ὅσον, interdum significat, *Quemadmodum*, vt Hebræo. 9. Et quemadmodum statutũ est hominibus semel mori. Interdum *Quantum*, vt hic & Hebræo. 3. Quantò ampliorem honorẽ habet domus, qui fabricauit illam, Ita posteadicit, κατὰ τοσοῦτον, vbi habemus: *In tantũ melioris testamenti, &c.*

Alij quidem sine iureiurando, & cæt.] Cum Sacerdotium Deus dederit Aharon, & Phinees, & alijs, nunquam iurauit, quia temporarij Sacerdotes erant, hic autem, id est, Christus iureiurando factus est Sacerdos per eum qui dixit. Iurauit dominus, & cæt. Ex quo intelligimus hæc verba: *Tu es Sacerdos in æternum*, non esse prophetæ, sed Dei patris.

In tantum melioris testamenti sponsor.] Testamentum vocat fœdus & pactum inter Deum & homines: de quo vocabulo multa dicenda sunt capit. 9. Multò inquit melio
70 ra sunt quæ præstat & promittit Sacerdos noster Iesus,

quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quâ quę veteres Sacerdotes præstabãt. Sed quomodo hoc colligit Paulus ex eo quod alij Sacerdotes sine iure iurãdo fiebãt Sacerdotes, noster autẽ iure iurãdo? Theophylactus ita respõdet. Quatenus iurauit ipsum semper Sacerdotem fore, non enim iurasset, nisi maior esset. Proinde nouum quoque testamentum vetere est præstantius, &c. Christus cum iure iurando constituitur sacerdos, quia ius iurandum adhibetur ad illa, quæ creditu difficiliora sunt, & quæ maiora sunt, ac multum refert vt credantur, & certa habeãtur: sit eius Sacerdotium peperit nobis gratiam, & gloriam. Quid autem creditu difficilius, aut quid maius, quodque magis expediat certum, & ratum haberi: quã Deum nobis placatum, ac propitium reddi, & bona cœlestia atque æterna nobis esse præstanda? Cæteri autem Sacerdotes, quia non præstabant, iure iurando non indigebant: Pro sponsor est ἔγγυος, quod ita exponitur à Theophylacto. Quod autem est ἔγγυος fidejussor, mediator, &c. dicitur ab ἐγγυᾶν, quod est promittere, fide iubere.

71 *Et alij quidem plures facti sunt Sacerdotes.*] Alia ratione ostendit Sacerdotium Christi præstantius esse sacerdotio legis, quantũ immortale mortali præstat. In lege non erat vnicus pontifex, sed multi, quorũ alter alteri succedebat, nihil enim erant, nisi homines, & mori eos necesse erat. Hic autem, id est, Christus, quia semper manet, & semper viuit, semper est Sacerdos; Pontifex enim dum viuebat, Pontifex erat. Quare Christus sempiternum habet Sacerdotium, & successore non indiget, Christus quidem moriendo obtulit sacrificium, sed mortuus est vt homo, vt Deus non potuit mori, & mortuus, cõtinuò resurrexit tertio die, & semper viuit ad interpellandum pro nobis.

Sed obiciet quispiã idem contigisse in sacerdotio Christi, quod in sacerdotio antiquæ legis, nam & ipse morte finisse suum Sacerdotium videtur, non enim obtulit nisi semel, sicut ait Apostolus in hoc capite: *Hoc enim fecit semel se offerendo*, Deinde illi successit Petrus in Sacerdotio, sicut Aharon mortuo successit Eleazar, Et Petro postea reliqui Pontifices.

Cui ita respondendum est, multum interesse inter Pontifices

tifices legis & inter nostrum Pontificem. Nam pontifex legis iuuabat suis sacrificijs homines, dum viuebat, post mortem sacrificia offerre non poterat, At Christus, quia æternus est, semper manet, & semper officio suo fungitur interpellans pro nobis, quod statim explicabimus: sine du- 72
bio autem præstantius est Sacerdotium æternum, quàm quod tempore & morte finitur. Quare solus Christus est verus, & vndique perfectus Sacerdos: Pontifices autem Romani, qui ei succedunt, non aliud Sacerdotium habẽt, aut aliud sacrificium offerunt, sed participes sunt Sacerdotij eius, & in memoriam eius sacrificij offerunt ipsum, & ministri huius summi Sacerdotis sunt, sicut ait Paulus. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, &c. quæ postea vberius explicabuntur. Pro *Sempiternum*, est ἀπαράβατον, ac si diceret, intransibile. Translatio Syriaca: Non præterit Pontificatus eius.

Vnde & saluare in perpetuũ potest.] Explicat magis, quod dixit, *Sempiternum habet Sacerdotium.* Sacerdotium non ni si cum morte Sacerdotis finitur, hic autem Sacerdos æternus est, & ideò æternum habet Sacerdotiũ. Vnde fit vt nõ tantũ aliquãdo seruare homines potuerit, sed semper possit, modo illi accedant ad Deum per ipsum Christũ, tamquam per mediatorem, cui confidũt & obediunt. Quare quod in multis codicibus legitur: *Accedens* vitiosè legitur, & legendum est Accedentes τοὺς προσερχομένους, Ita legunt Græci, & nõnulli etiam ex latinis id adnotarũt. Ita etiam legitur in multis codicibus latinis. Translatio Syriaca: *Et potest in æternum seruare eos, quibus per eum patet aditus ad Deum.*

Deinde vbi nos habemus, *In perpetuum* est εἰς τὸ παντελὲς, 73
quod Erasmus docet magis sonare, *Ad plenũ*, siue *Perfectè.* Sed melius noster vertit interpres, cuius translationẽ confirmat Syriaca vertens *In æternum.* Quod Theophylactus etiam ostendit dicens: Potest omnibus adesse, ac seruare in perpetuum, hoc est, non temporariam salutem impertiri, sed etiam perpetuam tam hic, quàm in futura vita. Et poste: Igitur perpetuo εἰς τὸ παντελὲς, etiã seruare potest, hoc est, semper, accedentes per ipsum. Decepit Erasmum

inter-

interpretatio Oecumenij, *Non in hoc tantum sæculo, sed etiam in futuro*, & ideo putauit ipsum intellexisse, *Ad plenum*, cum intellexerit, *In perpetuum*, vt satis intelligitur ex verbis Theophylacti, quæ retuli. Quod si tunc Chrysostomum legisset, vidisset Oecumenium idem cum eo, & cum Theophylacto sentire, licet interpres eius verterit. *Ad plenũ*; Ita enim ait Chrysostomus. Quid est εἰς τὸ παντελές, Non ad tempus tãtum, sed etiam illic in futura vita. Semper ergo opus habet deprecari, & cæt.

74 Qua propter inconsulte Erasmus dixit hanc interpretationem Oecumenij, aut Paulum ipsum iuxta hanc interpretationem fauere errori Origenis de damnatis aliquando ad vitam beatam reuocandis. Non enim docet Paulus homines seruari â Christo, nõ solum in hac vita, sed etiam in futura, sed Christum, & dum dixit in terris Sacerdotis officium gessisse, & nunc etiam in cœlo gerere, non sicut alij Sacerdotes, qui tantum dum hic viuebãt, hominibus Sacerdotio suo proderant,

Semper viuens ad interpellandum pro nobis.] videtur hoc etiam de Sacerdotibus Leuiticis dici posse, legimus enim 2. Machab. 15. Erat autẽ huiusmodi visus, Oniam, qui fuerat summus Sacerdos manus protendentẽ orare pro omni populo Iudæorũ. Post hoc apparuisse & aliũ virũ ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illum. Respondentem verò Oniã dixisse: Hic est fratrũ amator, & populi Israel: hic est, qui multũ orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate Ieremias propheta Dei. Fuit autẽ Ieremias Sacerdos, sicut ipse initio suę ꝓphetię testat⁹ est.

75 Respõdeo Oniã & Ieremiã nõ orasse vt Sacerdotes, neq; enim hostias tũc offerebãt, sed vt priuati homines orabãt, nec manebat iã virtus Sacrificij, aut Sacerdotij eorum. At Christus etiam nunc officium Pontificis facit, & virtute hostiæ, quã pro nobis obtulit, nos ad vitã æternã perducit.

Quomodo Christus interpellet pro nobis.

Sed quæritur, quomodo nunc Christus interpellet pro nobis, indignũ enim hoc eius maiestate & potentia videtur. Cur enim orat, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra, cui pater omnia dedit in manus? Ad hoc S. Thomas breuiter respõdet: Interpellat autẽ pro nobis, primò humanitatem

humanitatem suam, quam pro nobis assumpsit, repræsentando. Item sanctissimæ animæ suæ desiderium, quod de salute nostra habuit exprimẽdo, cum quo interpellat pro nobis, & cæt. Et in illud Rom. 8. *Qui etiam interpellat pro nobis est*: Nunc autem eius interpellatio pro nobis, est voluntas ipsius de nostra salute. Iohan. 17. volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum. Alio modo interpellat pro nobis humanitatẽ pro nobis assumptam, & mysteria in ea celebrata, conspectui patri no repræsentando. Heb. 9. Introiuit in ipsum cœlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis, & cæt. Gregorius lib. 17. Mor. ca. 24. sine intermissione pro 76
nobis holocaustum redemptor immolat, quia sine cessatione patri suam pro nobis incarnationem demonstrat. Et. 22. Mor. capitul. 18. idem sentit, ac locum Pauli ad Romanos similiter explicauit, quomodo etiam explicant Primasius, & qui nomine Anselmi circunfertur in Epistolas Pauli.

Atque hoc quidem verum & certum est, sed hoc nunc quærimus, an nunc etiam Christus preces patri pro nobis offerat, vt homo est, sicut offerebat, cùm erat in terra, ita videlicet aut voce, aut mente patrem pro nobis alloquẽs. vt cũ Ioh. 17. eum orabat. S. Thomas negare planè videtur ad Rom. 8. dicens: dicitur autem pro nobis interpellare dupliciter, vno modo pro nobis orãdo secundũ illud Ioh. 17. Non pro his rogo tantũ, &c. Nunc autẽ eius interpellatio pro nobis est voluntas ipsius, &c. Apertius Gregorius, qui lib. 22. Mor. c. 13. ait: vnigenito enim filio pro homine interpellare est apud coæternũ patrem se ipsum hominem demonstrare, eiq; pro humana natura rogasse est eandem naturam in diuinitatis suæ celsitudine suscepisse. Interpellat igitur pro nobis dominus, non voce, sed miseratione, quia, quod damnati in electis noluit, suscipiẽdo liberauit, & cæt. Rupertus lib. 9. De diuinis officijs cap. 3. vehementius hoc ipsum confirmat.

Cumq; sibi illud obiecisset, ex Rom. 8. Qui etiã interpel 77
lat pro nobis, ita respõdit: Illa nãq; interpellatio, doctorũ omnium vera assertione, non summissa est postulatio, sed eius passionis, quæ semel suscepta, semel pro nobis in sacri

ficium oblata est, æterna commemoratio, semel in conspectu S. Trinitatis admissa sanguinis eius innocētis exclamatio, homicidas, qui fuderunt, conuincens, nos autem qui bibimus in ministerio altaris, non indiga, sed potenti interpellatione defendens. Et postea: sed dicit quis: Rogat per humanitatem qui dat per diuinitatem. Hoc plane verum est quia tunc moriens paulò minus ab Angelis imminutus rogauit per humanitatem: nunc autem gloria, & honore coronatus, & constitutus super omnia opera patris, dat per diuinitatem, omnem habens potestatem, vt pote à dextris Dei sedēs, vnde sicut resurgens ex mortuis, iam nō moritur, sic illum, ad hoc vt roget patrem, iam ne mo inuocat catholicus, & cæt.

78 At nobiles etiā autores docent omnino Christum nūc orare pro nobis, vt Gregorius Nazianzenus in oratione, 4. de Theologia Augustinus tractatu. 102. in Iohannem & in Psalmum. 29. & qui putatur Ambrosius in caput. 8. ad Romanos, & Theodoretus hic. Bonauentura in meditationibus vitæ Christi, capitulo. 98. inducit filium post quàm ascendit in cœlum, genu flexo patrem adorantem, & orantem vt mittat discipulis Spiritum sanctum. Tametsi hāc abiectionē Gregorius Nazianzenus loco indicato minime recipit. Et S. Thomas in. 4. distin. 15. quæst. 4. art. 6. q. 2. ait: Christus in quantum homo orat nobis, sed ideò nō dicimus; Christe ora pro nobis, quia Christus supponit suppositū æternum, cuius non est orare, sed adiuuare, & ideo dicimus, Christe audi nos, vel, miserere nostri, &c. Idem sentiunt & recentiores vt Abulensis in caput. 6. Matthæi, quæstione. 82. & in capitul. 14. quæst. 142. Et Fr. Dominicus Sotus in capitul. 8. epistō. ad Romanos, & alij multi.

Antequā huic quæstioni satisfaciamus, illud statuēdum est, neminem debere aut posse negare hæc pronuntiata, Christus in cœlo intercedit pro nobis, interpellat pro nobis, sacerdotis officio fungitur apud patrem pro nobis, orat pro nobis: quoniam planè hæc omnia cōcedit scriptura vt Roman. 8. Christus Iesus, qui mortuus est, imo, qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat

interpellat pro nobis. Et hic ait idem Apostolus semper viuens ad interpellandum pro nobis. Et paulò ante de officio sacerdotis dixit: Et alij quidem plures facti sunt sacer 79
dotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere, hic autem, eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium, vnde & saluare in perpetuū potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis. 1. Ioh. 2. sed & si quis peccauerit ad uocatum habemus apud patrē Iesum Christum, Iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Si autem aduocatus est, & mediator est, ergo intercedit pro nobis vnde Augustinus Epist. 59. ad Paulinū docens Christum postulare pro nobis ait: Euidenter quippe alibi de eo dicitur: Et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum ipsum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Origenes in illud Rom. 8. sed ipse spiritus postulat pro nobis, exponit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum, qui interpellat pro nobis.

Deinde in duobus locis Pauli, in quibus interpres po- 80
suit, *Interpellare*, in Græco est ἐντυγχάνω, quod est postulo, aut intercedo, vt Ro. 8. quia secundum Deū postulat pro 18
sanctis Act. 25. vidutis hōc, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me Ierosolymis petentes & acclamantes nō oportere eū viuere. Hoc est postulauit, orauit. Similiter dixit Paulus Rom. 11. An nescitis in Elia, quid dicit scriptura, quemadmodū interpellat Deū aduersus Israel, id est, orat? Quare Augustinus præfatione in secundā enarrationē Psal. 29. *Interpellare* dicere interpretatur. Habes, inquit, humanitatem, quæ pro te oret. Nam hoc dictū est ab Apostolo etiā post resurrectionē domini nostri Iesu Christi. *Qui sedet*, inquit, *ad dexteram Dei qui etiam interpellat pro nobis*. Et Epist. 59. Ad Paulinum in solutione quintæ quæstionis de ipso domino Iesu Christo dictum est, quod *Interpellat pro nobis*. Nūquid interpellat, & ipsō etiā postulat? imo vero quia postulat, propterea positum est interpellat & cæt.

Hinc ἔντευξις, quod interpres vertit postulatio, aut oratio 2. Timot. 2. *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

orationes, postulationes. Et capitulo. 4. eiusdem epistolæ: *Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem.* Quod ergo vertit interpres, *Interpellat pro nobis*, nihil est aliud, quàm si diceret, Intercedit p nobis, postulat pro nobis, orat pro nobis. Itaq; Augustinus in locis citatis & multi alij, vt dixi mus, intrepide concedunt Christũ vt homnẽ orare nunc pro nobis. Cum autẽ oratio nihil aliud sit, quã decẽtium à Deo petitio, vt ait Damascenus lib. 3. c. 24. si p nobis orat Christus, petit à patre ea, quæ nobis salutaria esse videt. Quomodo ergo negari põt Christũ orare, aut petere pro nobis? Gregorius aũt Nazianzen⁹, in oratione. 4. de Theo logia, etiã supplicare eũ dicit, & illud: *Semper vinẽs ad interpellandũ Deũ pro nobis*, Ita interpretatur, Idẽ significat quod pro nobis mediationis, vt ita loquar, ratione supplicare.

Præterea, si Christus ascendit in cœlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis, & humanitatem, quam pro nobis assumpsit, & omnia, quæ in ea passa est, patri ostendit pro nobis, quæro an aliquid nobis concedi à Deo velit? Si nihil nobis concedi à Deo vult, non ostendit pro nobis, si autem vult (vt illi etiam fatentur, qui negant eum orare) & voluntatem suam, ac desiderium salutis no-
81 stræ Deo exprimit, quid est hoc nisi orare p nobis? Quid enim refert voce ne, an desiderio loquatur, cùm magnus sit apud Deum clamor desiderij, sicut ipse dixit Moysi Exodi. 15. Quid clamas ad me.

Si dicas vt aliquãdo dixit S. Tho. exprimere desideriũ, quod habuit salutis nostræ, quæro an nunc etiam habeat, cùm illud exprimit? Si nõ habet, quorsum exprimit, quod habuit? Si autẽ habet, quid est orare nisi exprimere apud Deum desiderium rei quam optamus.

Quæstio non tã de re, quã de nomine videtur. Nomen autẽ orationis, aut petitionis videmus Paulũ minimè refugere: sed neque Gregorius Magnus, qui negare id videbatur, refugit. In Psalmum enim quintum pœnitentialem initio, ait: Quotidie enim orat Christus pro Ecclesia, de quo testatur Apostolus, quia sedens ad dexteram patris interpellat pro nobis. Et Dydimus libro. 2. de Spiritu sancto non longe à principio ait: cum enim

Saluator

saluator mediatoris & legati personã habeat, ex qua Pontifex deprecetur pro peccatis nostris saluans in sempiternum eos, qui per ipsum accesserunt ad Deum, quia semper viuens interpellat pro eis patrem, & cæt.

Nec illud omittendum apud Zachariam cap. 1. Angelum clamare: Domine exercituum vsquequo tu nõ miserebe-
ris Ierusalem, & vrbium Iudã, quibus iratus es. In quo Angelo Christum significari docent veteres patres, quos citat Hieronymus & magistros Ecclesiæ appellat, & ipse Hieronymus & Ambrosius in libro de fide resurrectionis prope finem. & idem Rupertus, qui nunc contradicit. Itaque hæc verba nequaquam Christum dedecere iudicarunt. Et Origenes in ca. 8. ad Rom. vide autẽ quomodo audias, quia Iesus interpellat pro nobis. Ipse est enim de quo & alibi scriptum est, quia pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit filio: Et sicut ipse est hostia & sacerdos, & ipse est in forma serui, & in forma Dei, sic ipse est aduocatus & iudex, & cæt.

Sed obijci nobis potest etiam Spiritum sanctum inter- 82
pellare pro nobis Rom. 8. sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quod si id impropriè dici responderimus, idem & de Christo respondebunt aduersarij. Respondeo id, si de Spiritu sancto intelligatur, necessario intelligi metaphorice dictum, quia Spiritus sanctus non habet naturam inferiorem, secundum quam possit orare, quemadmodum nec gemere potest, & tamen ait Paulus: Gemitibus inenarrabilibus. At Christus habet naturam, cui proprie oratio conuenire possit, & vbi proprie verba accipi possunt, nullomodo confugiendum est ad metaphorã. Dicitur ergo Spiritus sanctus postulare pro nobis, quia docet nos postulare, vt ait Damascenus libr. 4. capit. 23. aut quia facit vt nos postulemus, sicut Augustinus multis in locis exposuit, quos retulit Beda in commentarijs capitul. 8. Epist. ad Romanos, quem plurimi sequuntur. Quod eleganter in eundem locum explicauit Origenes his verbis: velut si magister suscipiens ad rudimenta discipulum, & ignorantem penitus literas, vt eum docere possit, & instituere, necesse habet inci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nare se, ad discipuli rudimẽta, & ipse prius dicere non sen
literæ, vt respondendo discipulus discat, & sit quodam
modo magister incipienti discipulo similis, ea loquens
& ea meditans, quæ incipiens loqui debeat, ac meditari:
ita & Sanctus spiritus vbi oppugnationibus carnis pertur
bari nostrum spiritum viderit, & neicientem, quid orare
debeat secundum quod oportet, ipse velut magister ora
tionem præmittit, quam noster spiritus (si tamen discipu
lus esse Sancti spiritus desiderat) prosequatur, ipse gemi
tus offert, quibus noster spiritus discat ingemiscere vt re
propitiet sibi Deum, & cæt.

Multi tamen negant hoc de Spiritu sancto dici vt Chry
sostomus homilia. 14. in epist. ad Rom. & Theophylactus
& Oecumenius in eundem locum Rom. 8. qui ita inter-
83 pretantur. Dona Spiritus sancti vocãtur spiritus vt. 1. Cor.
14. Prophetarum spiritus prophetis subiecti sunt, vt ergo
erat spiritus prophetiæ, & sanitatum, & cæt. ita erat & spi
ritus precũ, quem qui habebat, pro vniuerso populo ora
28 bat petens per hunc spiritum, quod verè populo conduce
bat cum magna animi cõpunctione, & gemitibus. Cuius
& nunc signum diaconus est (inquit Chrysostomus) pro
populo preces Deo offerens. Et idcirco nobis hoc obscu
rum esse dicit, quia iã non sit. Probat hoc ex verbis sequen
tibus. Qui autem scrutatur corda, scit, quid desideret spiri
tus. Vides (inquit) non de Paracleto verba fieri; sed de cor
de spirituali, quoniam nisi hoc esset, dicere oportebat, qui
scrutatur spiritum. Verum vt intelligas hic agi de homine
spirituali, & eo, qui precum donum habet, addidit, Qui
scrutatur corda. Augmẽtum Chrysostomi, & Theophy-
lacti & Oecumenij validum est, sed hoc eis aduersatur,
quod cum in præcedentibus semper Apostolus loqui vi-
deatur de spiritu creatore, durum videtur subitò eum
nunc loqui de spiritu creato: alioqui satis probabilis ex
positio est.

84 Potest etiam ita exponi locus valde probabiliter, vt in
spiritu intelligatur superior animæ portio, gratia Dei
illustrata, & adiuta, quæ spiritus vocatur, & carni con
traria est, vt Galat. 5. Caro enim concupiscit aduersus
spiri-

spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim pars
docet nos vt petamus secundum Deum, id est, quæ Deo
placẽt, & respuamus ea, quæ carni blandiuntur. Et quan-
to magis caro voluptates suas appetit, tanto magis spiritus
gemit, & petit instantius pro nobis, quæ vtilia esse videt.
Qua propter & Philosophi morales dicunt mentem de
precari semper ad optima.

Ab hac expositione verbis magis, quã re differat Theo
doretus cum ait: spiritum autem hic, non dicit substãtiam
spiritus, sed gratiã, quæ data est ijs, qui credũt. Ab ea enim
excitati compungimur, ab ea inflammati alacrius preca-
mur, & gemitibus inenarrabilibus Deum compellamus.
Et Augustinus Tractatu. 6. in Epist. Ioh. ait: Quid est, *Ipse
spiritus interpellat pro sanctis*, nisi ipsa caritas, quæ in te per
Spiritum sanctum facta est? Caritas ipsa gemit, caritas ip-
sa orat, & cæt.

Cum hac expositione egregie cõuenit illud *Qui autem
scrutatur corda*. Hoc optime cõuenit cum verbis Apostoli
in hoc capite, sæpe enim in eo ita accipit spiritũ, vt: *Qui nõ
secundum carnẽ ambulamus, sed secundum spiritum*. Et: *si autem
spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*. Et: *ipse enim spiri-
tus testimonium reddit spiritui nostro, quod filij Dei sumus*.

Sed & iuxta communiorem expositionem satis docet
Paulus Spiritum sanctum non postulare in se, sed mo-
uere corda nostra, quoniam si ipse postularet, non di-
ceret: *Qui autem scrutatur corda, scit, quid desideret spiri-
tus*: Quorsum enim de cordibus loquatur, si ipse spiritus
postulat?

Sed redeamus ad rem: nunc non orat, inquit Rupertus, 85
quia iam gloria & honore coronatus est, & omnium re-
rum potestatem habet. Cur ergo orauit in vita morta-
li? An non erat penes eum tunc potestas omnium rerum?
certe capit. 13. Iohannes ait: sciens, quia omnia dedit ei
pater in manus, & postea orat pro discipulis. c. 17. Post re
surrectionẽ etiã, iã gloria & honore coronatus, cũ dicebat.
Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra, orabat pro disci
pulis, sicut ait Iohan. 14: *Ego rogabo patrem & alium paracle-
tum dabit vobis*. Quando hoc fecit? Si post quã ascendit in

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœlum ergo illic orat: si ante ascensionē, post resurrectionem hoc facere debuit, dixit hoc quidem ea nocte, qua captus est à Iudæis, sed manifestè de tempore post resurrectionem, aut post ascensionem loquebatur: *Quia ego ad patrem vado, & quod cumq; petieritis in nomine meo, hoc faciam. si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis*, &c. cæt.

Denique proprium Pontificis est orare pro populo suo & Deum illi placare, sicut dixit Apostolus cap. 5. *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum.* Si ergo etiam nunc Pōtificis officio fungitur Christus, vti Paulus docet, quis dubitet eum orare pro nobis?

Hoc etiam mediatorem decet. Augustinus in Psal. 29. Quare interpellat pro nobis? Quia mediator esse dignatus est? Idem ait Gregorius Nazianzenus loco iam bis indicato.

86 At quæret quispiam, cur nunc oret, aut petat aliquid, cum ipse possit omnia. In vita mortali poterat omnia, & orabat, & quod ipse facere poterat petebat à Deo. Primò, quia sanctissima illa humanitas gaudebat subijci Deo, & agnoscere eum maiorem, atque autorem omnium bonorum, ac fontē, ac volebat eum ab omnibus pro omnibus honorari. Secundò, quia cùm naturam humanam assumpsisset, oportebat, vt quæ sunt eius propria non omitteret. Proprium autem hominis est velle, & Dei est perficere: ideo vt homo orare debuit, vt Deus illa perficeret. Tertio quia videbat Deum ad gloriam suam ita statuisse, vt
87 quæ ipse facturus, quæque præstiturus erat filio, ab eo peterentur. Vnde illud Psalmi secundi: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

His eisdem causis etiam in cœlo nunc orat. Quibus, & alia accedit ipsum esse Pontificem nostrum, cui à Deo demandata est salus omnium electorum: ac propterea non solum eum pro nobis mori oportuit, sed etiam ascendere in cœlum vt pro nobis vultui Dei appareat, & salutem nostram procuret, atque officium Pontificis faciat,

faciat, & redemptoris, donec omnia complentur redemptio perductis ad vitam æternam omnibus prædestinatis.

Rupertus autem, & qui nullam causam orandi Christo relictam putant, postquam gloria & honore coronatus, 87
constitutus est super omnia opera patris, dicant nobis, cur post hæc omnia ostendat patri humanitatem suam, & passionem? cur desiderium suum exprimat, & caritatem, quam habet erga nos. Denique cur pro nobis interpellet, qualicumque tandem sit hæc interpellatio, & ijsdem causis eum orare dicemus.

Quodque Rupertus negat Christum nunc submisse postulare, profecto eadem submissione animi nunc orat
e qua dum erat in vita mortali, hoc est, eadem reuerentia & agnitione diuinitatis & paruitatis naturæ humanæ, quam ex se habet illa, quia *Timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi*: Cum lacrymis quidem & clamore valido nunc non orat, vt orauit in diebus carnis suæ, hoc illius temporis fuit, sed reuerentia Deo debita, non illius temporis tantum, sed æternitatis etiam est.

Gregorius Nazianzenus: Supplex enim est nunc quoque, vt homo pro mea salute quoniam cum eo corpore est, quod assumpsit, quoad me humanitatis assumptæ facultate, atque potentia Deum effecerit. Quod autem ipse & facere potest, & facit, & nos petere possumus vt faciat.

Sed Ecclesia non assueuit hoc ab eo petere, ne Ariani & alij hæretici, qui ab initio Ecclesiæ Christi diuinam naturam negabant, ansam indo errandi arriperent. Deinde 88
quoniam cum non sint in Christo diuisi Deus & homo, sed eadem persona sit Deus & homo, Ecclesia, quæ Christum redemptorem suum omnibus modis honorare cupit, potius tribuit illi, quod præstabilius est, & vt Deum eum orat, non vt intercedat vt homo, sed vt Deus det. Ira enim homines facere solent, cum, cui honorem magnum habere volunt, ijs nominibus appellant, quæ maxime honorifica sunt. Regem Hispaniæ, nemo Comitem Flandriæ salutabit, & doctorem, aut magistrum nemo

licentiatum appellabit, & eum qui dare potest id, quo egemus, non oramus vt impetret sed vt det.

Si quis tamen recte & fideliter Christum Deum, & hominem agnoscens, credensque eum omnia dare posse, si velit, pio animi affectu excitetur consideratione humanitatis Christi & caritate eius, qua nunc etiam res nostras curat & promouet, & iuxta suæ potestatis pontificem & mediatorem nostrum agit atque vt pontificem & mediatorem cum alloqui & precari gaudet, nemo sanè obstat. Verum hæc precatio non omnium est sed paucorum qui hoc affectu atque hac consideratione moueantur, & proficere se sentiant.

Ex his omnibus colligitur non recte affirmasse Ruper-
59 tum quod ipse sentiebat, esse omnium doctorũ assentionem. Postremo hoc addamus & Chrysostomũ & Theoph. neque in hunc locum Pauli, quem nunc interpretamur, neque in cap. 8. Epistolæ ad Romanos, negasse Christum orare pro nobis, sed dicunt id dixisse Paulum vt vehemẽtem Christi erga nos amorem ostendat. Sed verè tamen dixit, si enim pro nobis non interpellat, non ostendit his verbis Paulus amorem eius in nos, tantum significant eũ non orare vt Deum, sed vt hominem vt etiam explicauit Theodoretus. Quod ex verbis Chrysostomi in hæc, quæ nunc interpretamur, manifestum est, ita enim ait: vides, quia de eo qui secundum carnẽ est, ista dicit? Quãdo enim sicut pontifex est tunc etiam interpellat. Vnde & quando dicit Paulus: *Qui etiam interpellat pro nobis*, hoc idem significat, hoc est, pontifex interpellat. Et posteà, Quo modo saluat? *Semper vivit ad interpellandum pro eis*. Vides humilitatem? vides humanitatem? Non enim dixit eum in humilitate constitutum (id est, dum in terra viuebat) dum taxat istud adeptum esse, sed semper, & quandocunque opus fuerit, interpellare pro eis. Sed & hom. 15. in Ep. ad Rom. vbi maxime nobis contradicere putatur, non minus aperte locutus est. Ait enim: Etenim in propria dignitate qui
90 apparuit, nostri curã nõ deposuit, sed & pro nobis intercedit, & adhuc eãdẽ caritatẽ cõstãter seruat, neq; enim cõtentus est occisione solum. Quod quidẽ maximi est amo-

ris

ris euidens argumentum, officijs ijs quæ ad ipsum pertinent, non fungi modo, sed & alium quoque obsecrare, & cætera.

Talis enim decebat vt nobis esset pontifex.] Tali nos pontifice egebamus vt plenè salui fieremus, non quales erant pontifices Leuitici.

Sanctus.] Theophylactus: ὅσιος, (sic enim Græce habemus) (inquit) est, qui nihil eorum, quæ facere debet, omittit & cæt. Propriè ὅσιος, dicitur purus & omnis labis expers, vt Act. 2. & psal. 15. Neque dabis sanctum tuum videre corruptionem. 1. Tim. 2. volo ergo viros orare in omni loco leuantes puras manus ὁσίας χεῖρας. Inde ὁσιότης sanctitas, puritas. Luc. 1. vt sine timore de manu inimicorum liberati seruiamus illi in sanctitate & iustitia corã ipso. Ephes. 4. Qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.

Innocens.] Ἄκακος, Chrysostomus & Theophylactus, & Oecumenius interpretantur. Sine dolo qui neminem deciperet. Κακίαν, Cicero in. IIII. Tusculana, & in libr. 3. de Finibus interpretatur vitiositatem. Sic enim ait in prio ri loco, virtutis contraria est vitiositas, sic enim malo quàm malitiam appellare quam Græci κακίαν appellant, nam malitia certi cuiusdam vitij nomen est, vitiositas omnium & cæt. Quare ἄκακος, Ciceroni erit, qui omni vitio caret, idemque quod ὅσιος, Idem vocabulũ est Ro. 16. vbi legimus: Et per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium, id est alienorum ab omni malo, purorum.

Impollutus.] Ἀμίαντος, id est qui nulla sorde polluitur. Interpres solet vertere *immaculatus*, vt Heb. 13. Honorabile 91
connubium in omnibus, & torus immaculatus. Iac. 1. Religio munda & immaculata apud Deum, & patrem hæc est. 1. Pet. 1. In hæreditatem incorruptibilem & inconta minatam. Quare sine dubio ad amplificationẽ sanctitatis Christi, Paulus nominibus ijs vsus est, quibus maxime sanctitas & innocentia vitæ significari solet. Quod & sequẽtia verba indicant.

Segre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Segregatus à peccatoribus] Longissime separatus à moribus & vita peccatorum, quamuis inter eos olim versare tur, ita vt dicerent Apostolis aduersarij, Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit magister vester? verum id faciebat, quia non est opus valentibus medico, sed male habentibus.

Et excelsior cœlis factus.] Supra omnes enim cœlos ascendit, & sedet ad dexteram patris.

Qui non habet necessitatem quotidie.] Omnia eo pertinẽt vt videant quanto præstet sacerdotium Christi sacerdotio legis, & quanto noster sacerdos maior sit sacerdotibus veteribus. Sacerdotes illi non semel, aut iterum victimas immolabant, sed quotidie, easque non pro peccatis tantum populi, sed etiam pro suis. At noster pontifex non sæpe sed semel obtulit sacrificium, nec pro peccatis suis obtulit, quæ nulla habebat, sed pro nostris.

Hoc enim fecit.] Videlicet offerre pro peccatis populi, non pro semetipso.

92 *Semel se offerendo.*] Oblatione videlicet cruenta. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Duplex enim est Christi oblatio, cruenta, qua se pro peccatis omnium in ara crucis obtulit, & incruenta, quã pridie quam pateretur in cœna sacramentum Eucharistiæ instituit, & sacrificium visibile Ecclesiæ reliquit. De his ita Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 1. Is igitur Deus & Dominus noster, & si semel se ipsum in ara crucis, morte intercedente, Deo patri oblaturus erat, vt æternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem sacerdotium eius extinguendum non erat, in cœna nouissima, qua nocte tradebatur, vt dilectæ sponsæ suæ Ecclesiæ visibile (sicut hominum natura exigit) relinqueret sacrificium, quo, cruentum illud semel in cruce peragendum, repræsentaretur, eiusque memoria in finem vsque sæculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur: sacerdotem secundum ordinem Melchisedec se in æternum constitutum declarans, corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini

vini Deo patri obtulit, ac sub earundem rerum Symbolis, Apostolis, quos tunc noui testamenti sacerdotes constituebat, vt sumerent, tradidit, & eisdem eorundẽq; in sacerdotio successoribus, vt offerrent, præcepit, & cæt.

Ideo igitur nos eandem hostiã quotidie offerimus, quia 93
Ecclesia non debebat esse sine sacerdotibus, & sine sacrificio. Et vt illius oblationis memoriam faciamus. Denique offerimus, vt fructus eiusdem passionis & oblationis ad nos magis ac magis perueniat. Illa enim oblatio fuit vniuersalis causa salutis omnium, & sufficiens ad omnium peccatorum remissionem, sed vt in nobis efficientiam habeat, eam iteramus. De hac plura dicenda erunt cap. 9. & 10.

Lex enim homines constituit sacerdotes.] In Græco est ἀρχιερεῖς, id est, pontifices. Hos enim nunc vocat sacerdotes, & de illis loquitur, quia non infimum, sed supremũ sacerdotij legis, cum sacerdotio Christi cõfert, vt præstantia sacerdotij Christi intelligatur. Translatio Syriaca: *Si quidem lex homines infirmos constituit pontifices*: perinde ergo est, ac si diceret, quantumcumque lex laboret, & perfectissimos homines seligat ad pontificatum, non potest cõstituere pontifices, qui sine peccato sint, nec enim in uenire potest: at sermo Diuinus, qui post legem datam ex ore Dauidis auditus est: *Tu es sacerdos & cæt.* non hominem purum constituit pontificẽ, sed ipsum, qui filius Dei est, & peccatum habere non potest. Infirmitatem ergo 94
vocat miseriam peccati, & alias miserias, quibus propter peccatum subiacemus. Sicut dixit cap. 5. Qui condolere possit ijs, qui ignorant, & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. De quo iam suo loco diximus. Probat autem his verbis, vt recte animaduertit Chrysostomus, & Theophylactus, Christum non prose obtulisse, sed pro nobis.

Sermo autem iuris iurandi.] Verbum illud Dei, quo Christus sacerdos constitutus est iurante Deo. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es sacerdos & cæt.

Qui post legẽ est.] Quorsũ hoc addidit? Quasi diceret: qui

post

Universidad de Deusto
Biblioteca

post institutum sacerdotium Leuiticũ dictus est, vt nouus sacerdos, ac nouum sacerdotium constitueretur, quod ea supplerent, quæ defuerant priori. De quo iam dixit supra: *Si enim consummatio per sacerdotium Leuiticũ erat &c.*

Filium in æternum perfectum.] Subaudi, constituit sacerdotem. Sed cur addidit: *in æternũ & perfectum* cùm satis esset dicere: Filium constituit sacerdotem? Pro *perfectum*, est τετελειωμένον, quod Theophylactus interpretatur *potentẽ sempiternum*, qui non nunc solum modo peccare non possit, sed nunquam. Ita etiam Chrysostomus. Occumenius constituit inquit sacerdotem in æternum consummatũ, hoc est, non qui nunc tantum sit hinc peccato, sed & talis in perpetuum futurus est &cæt.

95 Est ergo elegans Antitheſis vt adnotarunt Chrysostomus & Theophylactus in his, & in illis: Ibi lex, hîc sermo Dei cum iure iurando post legem, ibi homines constituũtur serui, hîc filius, ibi infirmitatem habentes, id est, peccatis & reliquis miserijs subditi, vt morti &c. hîc, is, qui nec mori potest, nec vllis miserijs subiacet, sed consummatus est, id est, liber ab omni miseria resurrexit & ascendit in cœlum, & sedet ad dextram patris, atque hæc non in breue tempus, sed in æternum. Itaque perfectum siue consummatum ita nunc accipit vt cap. 2. cum dixit autorem salutis eorum per passiones consummare, hoc est dare ei, quod deerat, vitam immortalem, & locum dignissimum super omnes cœlos. In his omnibus, hoc animaduertendum est, non conferri sacerdotes nouum testamenti, nec sacrificia eorum, quatenus ab eis offeruntur, cum sacerdotio, aut cũ pontifice veteris legis, sed Christus cum illis confertur, & eius oblatio cum oblationibus illorum quæ cap. 9. plenius sunt explicanda.

CAPVT. VIII.

1 CAPITVLVM *autem super ea quæ dicuntur*] Prosequitur, quod cap. 7. cæperat de dignitate & præstantia sacerdotij Christi. In Græco est Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, quod eũ vertere possumus, In ijs, quæ dicuntur hoc est, in ijs quæ de Christo & de eius sacerdotio dicimus, hoc caput omnium est, hæc summa. Vsitatum enim est Græcis κεφάλαιον, dicere pro summa. Inde ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, Et similia pro summatim dicere, apud Isocratem ad Nicodem. & apud Xenop. lib. 6. Cyripædiæ, & apud alios. Chrysostomus, & Theophylactus *hoc quod maximum est & præcipuum*, caput enim præcipua corporis pars est, vocant quippe Græci κεφάλαιον, quod summum & præcipuum in aliqua re est, vt Plato. li. 1. de legibus κεφάλαιον δὲ παιδείας λέγομεν τὴν ὀρθὴν τροφήν, caput autem disciplinæ dicemus rectã educationem. Ita Cicero de amicitia caput est ad beate viuendum fecuritas, & alibi sæpe. Erasmus apertius dixit: *Cæterum eorum, quæ dicimus, illud est caput.* Siue autem dicat: caput super ijs, quæ dicuntur, siue circa ea, quæ dicuntur, siue in ijs, quæ dicuntur, idem sensus est.

Illud inexplicatum reliquerunt Chrysostomus, & Græci, cur κεφάλαιον, id est, capitulum dixerit potius, quam κεφαλήν, id est, caput. Responderi potest, ita Græcos loqui. Sed quæretur iterum cur hoc nomine, quàm illo vti maluerint? Græci nominibus, quæ diminutiua appellantur, sæpe non diminuendi causa vtuntur, sed augendi & ornãdi vt cũ ait Homerus: ἐπὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε, Ilium, vrbem appellat cum diminutione, quasi pulcherrimam vrbem. Quod Romani videntur imitati, qui Nasicam prudentissimum hominem, Corculum vocauerunt vt est apud Ciceronem in prima Tusculana. Imitantur etiam; cùm blandiendi causa hæc nomina vsurpant, vt o capitulum lepidissimum. Quod igitur cum breue videatur, multa & magna complectitur, recte κεφάλαιον, dictum est. *Li. 1. Odyſ.*

Videtur autem mihi etiam capitulum dici, quia breue est, id est, quia vno verbo clauditur summa omnium quæ 2
dicuntur. Quem ad modum cap. 10. ait: In capite libri scriptum est de me, ἐν κεφαλίδι, in capitulo, quia breue est caput illud, id est, quia proximum principio est, quod scriptum esse dicit, vt suo loco explicabimus.

Talem

Talem habemus pontificem. Hoc caput est quod omnia continet. Pontifex noster tantæ dignitatis, & tanto cæteris pontificibus præstãtior est, vt ad dexerã Dei patris sedeat super omnes cœlos. Ex hoc enim intelligitur maior, non solum omnibus pontificibus Leuiticis, sed omnibus etiã Angelis, sicut dixit cap. 1. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: sede à dextris meis?

In dextera sedis magnitudinis.] Pro magnitudinis est, μεγαλοσύνης, quod c. 1. vertit, Maiestatis, *Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.* Potest autem intelligi sedes magnitudinis siue maiestatis, sedes Dei patris, qui *maiestas*, id est, maximus & potentissimus dicitur, vel, sedes magnitudinis, sedes maxima. Vtroque modo interpretatur Theophylactus, & vtroque modo loqui solent Hebræi. De hoc & cap. 1. diximus.

3 *Sanctorum minister.*] τῶν ἁγίων λειτουργός, Hoc est, pontifex hic noster, pro nobis introiuit in sancta sanctorum, hæc enim vocat sancta, & λειτουργός, sæpe dici solet minister sacrorum, aut qui Deo ministrat Rom. 15. vt sim minister Christi Iesu in gentibus. Et Angelos vocauit, λειτουργικὰ πνεύματα, Heb. 1. Et de potestatibus ait Rom. 13 Ministri enim Dei sunt. Inde λειτουργία, sacrificium, seu sacrum ministerium, Heb. 9. Etiam tabernaculum, & omnia vasa ministerij, sanguine similiter aspersit. Philip. 2. sed etsi immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ: pro obsequium est λειτουργία.

Minister.

Sancta sanctorum.] Significabant cœlum, vt videbimus ca. 9. In Sancta sanctorum introibat solus pontifex semel in anno in die festo Expiationis. Quod significabat Christum facta per passionem suam expiatione peccatorum nostrorum, ingressurum esse in cœlum, vt appareret vultui Dei pro nobis, de quo ait cap. 9. *Per proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta.* Et postea apertius, *non enim in manu facta sancta Iesus introiuit exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.* Mihi autem non solum propter id quod diximus, minister sanctorum dici videtur, sed quia nunc etiam

etiam pontificis officio fungitur in cœlo salutem nostram procurans, vt etiam intellexit Theodoretus.

Et Tabernaculi veri. Vt ostendat in quæ sancta introierit Christus hæc addidit. *Tabernaculum* autem *verum* vocat cœlum quod erat figuratum in ea parte Tabernaculi Mosaici quæ dicebatur Sancta Sanctorum. Res enim figuratæ, *veræ* in scriptura appellantur comparatione figurarum, vt si dicas Christus verus David verus Salomõ verus Melchisedec: quoniam ita se habent figuræ cum rebus figuratis sicut signum cum re signata, & sicut pictura cum re ipsa, & pictus homo non dicitur verus, sed qui vivus est: neque enim accipiuntur figuræ, vt res quædam sunt, ita enim veræ sunt, sed vt assumuntur ad aliquid significandum. Atque ideo id, quod in eis significatur, potius verum dicitur. Ita dixit capitul. 9. Non enim in manu facta sancta Iesus introiuit exemplaria verorum. Et Iohannis. 6. Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum. 1. Iohannis. 2. tenebræ transierunt, & verum lumen iam lucet. Ita dictum est Iohannis. 1. lex per Moysem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, quia in Christo exhibitum est quid quid in cæremonijs & figuris veteris legis significabatur. Præterea, figura quasi prophetia quædam est & promissio rei futuræ, & quia veritas dicitur cùm præstatur, quod promissum erat recte dictum est: veritas per Iesum Christum facta est, & ipsæ res, in quibus impletur, quod promissum & prædictum erat, veræ appellantur. 4

Verus.

Quod fixit Dominus, & non homo.] Tabernaculum Moysis sicut & reliqua tabernacula, quæ fiebant clauis magnis in terra figebantur, ne vento huc & illuc trãsferrentur. Cum tabernaculum Mosis erigebatur, atrium primo fiebat longitudinis centum cubitorum, latitudinis quinquaginta. Fiebat vero viginis columnis æreis in singulis lateribus longioribus, denis vero in postico latere, senis in anteriori, in quo erat janua magna, & in singulis columnis inerant annuli & bases æneæ mucronatæ in terram 5

Tabernaculi Mosis descriptio.

 defixæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

defixæ, Annulis innectebantur funes, qui clauis cubitalibus humi confixi, columnas firmabant, & contra vētorum vim tabernaculū muniebant. Deinde linteū byssinū intrinsecus circum tendebatur à capitellis columnarū ad bases vsque dependens, quod paries videbatur. Hæc linteа tentoria appellantur. Hæc ex Iosepho lib. 3. Antiq. c. 5. vbi tabernaculum *Moysis* describit. Eadem legimus licet subobscurius Exodi. 27. Facies & atrium tabernaculi &c. Intra hoc atrium erigebatur tabernaculum quod eodem fere modo fiebat vt diximus lib. 1. de templo, ca. vltimo. Hinc in Genesi sæpe & in cæteris libris legis cum fiunt tabernacula, figi dicuntur.

6 Ex his intelligitur illud Isai. 33. Oculi tui videbunt Isra-
Isai. 33. elem, habitationem opulentam, tabernaculum, quod ne quaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur,
Isai. 54. quia solum modo ibi magnificus est Dominus noster. Et quod de dilatatione Ecclesiæ ab eodem dictum est. c. 54. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Ad dexteram enim & ad lęuam penetrabis &c. Vt ergo docet Paulus se non de tabernaculo Mosis loqui, in quo ministrabat pontifex Leuiticus, sed de cœlo ipso per illud tabernaculum significato dixit, *Tabernaculi veri*, & addidit, *Quod fixit Dominus & non homo*: Illud enim ab hominibus figebatur, quoties opus erat, hoc verò Dominus fixit, id est, perpetuum, atque immobile collocauit. Chrysostomus homi-
Vtrum cælum moueatur, & Sphæricum sit. lia. 14. vbi sunt qui dicunt moueri cœlum? vbi sunt qui ad Sphæræ formam illud esse pronuntiant? vtraque enim ista excluſa sunt in hoc loco &c. Et Theophylactus
7 ait: Hinc obserua secundum Diuum Iohānem Chrysostomum, quod cœlum neque moueatur, neque rotundum sit. Vtraque enim tollit, quod ait, *Fixit* &c. quod de cœlo Empyreo, in quo sunt beati, intelligendum est. Et quidem non moueri illud certum est, sed figuram sphæricam habere nihil prohibet; est enim hæc figura perfectissima omnium, & capacissima, atque ideo

deo cœlo maximè conuenit, vt recte probat Aristoteles lib. 2. de cœlo cap. 4.

Omnis enim pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur.] Quid differt inter munera & hostias, Theophylactus docet his verbis. θυσίαι, id est, hostiæ sunt per sanguinem, & carnem oblationes, vel (quod exactius est) omnia, quæ per ignem sacrificantur. θυσία enim proprie est à verbo θύειν, quod est θυμία ποιῆσαι, hoc est adolere, vel, suffitum edere. Dona autem sunt vt fructus & quæcumque alia inuenta & igne carentia. Addit tamen, sæpe hanc differentiam non seruari vt Genes. 4. Respexit Dominus ad Habel, & ad munera eius, qui scilicet obtulerat de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Ad Cain autem & ad munera illius non respexit. Vbi. lxx ea, quæ Abel obtulit, vocant δῶρα, id est, munera, quæ vero obtulit Cain, vocant θυσίας, id est, hostias aut victimas quæ de terræ fructibus erant. Sed & Apostolum dicit quæcumque offeruntur simpliciter vocare munera & hostias. *Munera & hostia.*

Verum est quod ait Theophylactus de differentia inter munera & hostias, quod Leu. 7. manifestum est. Cùm enim ait Moses, si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerēt panes absque fermento, cōspersos oleo & lagana azyma vncta oleo, coctamque similam, & collyridas olei admistione conspersas, panes quoq; fermentatos cū hostia gratiarū, quæ immolatur propacificis; hostiā ipsam quæ immolatur, Moses vocat זֶבַח lxx. θυσίαν, illa vero omnia quæ cū hostia offerūtur vocat Moses קָרְבָּן lxx, δῶρον, id est, munus. Quibus vocabulis hic Apostolus vsus est, & sæpe ita loquitur Moses in illo libro. Quare vbi seruari proprietas verborum poterit, seruanda erit, vbi non poterit, non laborabimus, cùm non semper eam scriptura seruet. 8

Sed quid his verbis agat Paulus, aut quo tendat eius argumentum, difficillimum explicatu est. Multis ergo interpretationibus horum verborum & sequentium omissis, tota pericope mihi in hunc modum videtur, explicanda

plicanda. Tria de Christo dixerat, ipsum esse pontificem, sedere ad dexteram patris, ministrum esse sanctorum, id est, adhuc pontificis officio fungi in cœlo. Quod tertio atque extremo loco dixerat, nunc sic probat. Si sanctorum minister est, & pontifex, hostiam, aut munus aliquod offeret pro nobis. Omnis enim pontifex constituitur, vt munera & hostias offerat. Quid autem offerat, nunc tacet, c. 9. explicaturus cùm dicet: *Non enim in manu facta Sancta Iesus introiuit exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis*, Id est, vt se patri ostendat & per illam hostiam, quam iam in terra obtulit, nobis omnia bona impetret, & pro nobis interpellet, donec omnes electi salutem æternam consecuti fuerint. Decebat autē atque oportebat vt hæc ita fierent, id est, vt in cœlo esset ad dexteram patris, & ibi salutem nostram procuraret: nam si esset super terram, nec sacerdos esset, hoc est, si futurus fuisset ex illo sacerdotum genere, qui sunt super terram, id est, qui tantum sacerdotum officio funguntur, dum inter homines agunt, nec potestatem in cœlo habent, non solum non esset pontifex, verùm ne sacerdos quidem esset. Cur autem non esset sacerdos docet *Quum essent, qui offerrent secundum legem munera*, Quod in Græco est apertius. Ita enim verteremus verbum verbo, id est, existentibus illis sacerdotibus, qui offerunt secundum legem munera, Ac si diceret: Nam sacerdotes qui super terram tantum hostias offerrent, iam lex habebat, neque alio sacerdote opus erat, si terrenus tantum sacerdos futurus erat nihilque maius habiturus, quàm illi, qui secundum legem offerebant munera. Addidit autem, *secundum legem*, quasi dicat. Christus, si sacerdos esset terrenus non esset eiusmodi, vt secundum legem victimas immolare posset, cum non esset ex tribu Leui: Cur ergo ortus ex alia tribu, sacerdos fieret, non secundum legem si nihil maius, aut melius habiturus esset, quam sacerdotes ex tribu Leui, quos lex ipsa sacerdotes facit.

Qui exemplari & vmbræ deseruiunt cœlestium. Hi sacerdotes constituti sunt, vt exemplar quoddam & quandam similitudinem nobis exhibeant eorum, quæ

quæ per Christum fiunt in cœlo. Nam quod pontifex cæsa victima introibat in Sancta sanctorum semel, hoc significabat Christum fuso sanguine suo ingressurum fuisse in cœlum, vt appareret vultui Dei pro nobis. Quod latius explicabitur capite 9. Ingressus quotidianus sacerdotum ad altare vt immolarent victimas, significabat Christum quotidie per sacerdotes suos oblaturum sacrificium, & se ipsum ostensurum patri, ac pro nobis vsque ad finem sæculi interpellaturum. Itaque sacerdotes legis officio suo fungentes, exemplar nobis, & vmbram repræsentabant eorum, quæ per Christum in cœlo facienda erant.

Possunt hæc omnia, non de omnibus sacerdotibus intelligi, sed de solis pontificibus qui introibant in Sancta sanctorum quæ erant exemplaria, & referebant Sancta sanctorum cœlestia. Hoc probabilius & verius mihi videtur, quoniam c. 9. ait, Necesse est ergo exemplaria quidē cœlestium his mundari, ipsa autem cœlestia melioribus hostijs, quam illis. *Cœlestia* autem vocat cœlum cuius exemplar erant Sancta sanctorum terrestria. Sicut ait continuo *Non enim in manu facta Sancta Iesus introiuit exemplaria verorum*. Quod latius explicabimus suo loco. num. 17. & sequentibus.

Figura ipse exemplar, vt vertit interpres ὑποδείγμα, dicitur, quod Theophylactus interpretatur *obscuram picturam*, quasi dicas subostensionem, hoc est, obscuram repræsentationem. Eadem figura dicitur vmbra duplici ratione, & quatenus vmbra opponitur imagini expressæ, & quatenus opponitur corpori. Primo modo vmbra dicitur rudis & inchoata pictura. Vnde etiam adumbrare. Ita locutus Apostolus infra capitul. 10. *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum*. Altero modo vmbra dicitur, quæ ex aliquo corpore fit. Ita locutus est Colossensibus 2. *Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum. Corpus autem Christi*, id est, mysteria Christi fuerunt corpus, ex quo facta sunt huiusmodi vmbræ, ad significā-

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 dum illum, iussa sunt hæc. Obiter igitur ostendit sacerdotium Christi præstantius esse sacerdotio Leuitico quã
11 doquidem ad illud significandum instituti sunt sacerdotes Leuitici.

Pro deseruiunt est λατρεύουσιν, id est, cum magna reuerentia seruiunt, quanto igitur maiori reuerentia seruien dum est ipsis cœlestibus? Nam λατρεύειν, dictum volunt à λα, quæ particula auget in compositione, & τρεῖν, quod est tremere.

Sicut responsum est Moysi. Καθὼς κεχρημάτισται μωσῆς, quẽ admodum oraculo responsum est Moysi sicut vertit Erasmus Quasi dicat: illa forma tabernaculi non est à Moise excogitata nec forte fortuna se ei obtulit, sed à Deo ostenta est ei, qui cum vellet sacerdotium Christi, & quæ in cœlo pro nobis facit, significare, talem illi formam constituendi tabernaculi præmonstrauit, qualem aptissimam ad eã significandi rem esse vidit. Hoc autem probat ex verbis, quæ dicta sunt Mosi Exod. 25. *Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Quod Apostolus dicit, *omnia*, non est in Hebræo, neque apud lxx. in his verbis, ex eodem tamen capite sumitur, vbi ait: *Facientque mihi sanctuarium & habitabo in medio eorum, iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius.* Vbi autem dicit, *Secundum exemplar*, Apud lxx. & apud Paulum est κατὰ τὸν τύπον, secundum formam.

13 *Cum consummaret tabernaculum.* In Græco μέλλων γὰρ τελειοῦσθαι, id est, cum cõsummaturus esset tabernaculum. Sed interpres dixit *cùm consummaret*, id est, cum iam faceret, & consummare vellet, sicut in translatione Syriaca est. *Dum conderet tabernaculum*, more enim scripturæ præsens tempus sæpe non tam factum, quam animum indicat: vt Lucæ. 1. Quoniam virum non cognosco. Dan. 3. Notum sit tibi rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti non adorámus. De verbo consummare dicemus postea capite 9.

Præsens tẽpus indicat animum. *Luc. 1.* *Dan. 3.*

te. 9. numero. 31.

Nunc autem melius sortitus est ministerium.] Dixerat, *Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos*, Cui adiungendum est quod modo ait: *Nunc autem melius*, & cæt. ac si diceret. Atqui non solum est sacerdos, sed præstantiori quodam modo sacerdos est, quam omnes sacerdotes Leuitici, quanto melioris testamenti, id est, fœderis, aut pacti, siue legis mediator est. Fœdus, quod cum hominibus iniit, multo præstantius est fœdere, quod olim initum erat Mose mediatore. Esse autem hoc testamentum & fœdus melius quàm illud vetus, ex eo constat, quod in melioribus repromissionibus sancitum est, id est, constitutum & factum. Nam nouum fœdus, cuius mediator est Christus, promittit, & gratiam & gloriam, præstat que quod promittit, vere hominem perficit. At vetus lex non promittebat nisi bona temporalia, eaque præstabat. Quamuis enim in vmbra illa promissionum temporalium bona æterna prænuntiarentur, tamen ea, lex præstare non poterat, quia homines iustificare non valebat, sed per gratiam Christi erant iustificandi. Non est ergo Christus ex sacerdotibus, qui sunt super terram, sed in cœlis sedet Dominus omnium, & tanto præstantius est eius sacerdotium sacerdotio Leuitico, quanto ea, quæ ipse promittit, & præstat, potiora sunt ijs, quæ vetus sacerdotium promittebat & præstabat. Dicit autem: *Quanto melioris testamenti est mediator*, quia Christus per sacerdotium suum mediator est inter Deum, & homines, vt promissiones fœderis & testamenti sui consequantur. 14

Nam si illud prius culpa vacasset.] Pro *culpa vacasset* est in Græco, irreprehensibile erat. Fuit autem reprehensibile, non quod aliquid mali haberet, ait enim idem Apostolus Roman. 7. *Itaque lex quidem sancta & mandatum sanctum, & iustum & bonum*; sed quòd perfectionem non habebat, quòd aliquid ei deerat, quod posteriori testamento reseruabatur. Ita de sacerdotio veteri locutus est cap. 7. si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat, *Quid adhuc necessarium fuit secundum* 15

ordinem Melchisedec alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aharon dici? Et postea de testamento ipso, *reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem, nihil enim ad perfectum adduxit lex*. Itaque culpam non pro peccato accipit sed pro reprehensione, culpare enim est reprehendere. Et est sensus: si nihil veteri testamento, legique defuisset, non erat necessarium aliud testamentum, non quæreretur locus secundi, id est, non fuisset secundum in eius locum introductum, cum enim habetur, quod optimum est, cessat labor inquirendi. At introductu est, vt suppleret quæ deerant priori.

Culpa.

Vituperans enim eos dicit.] Quæritur quos vituperet, aut quæ sit causa vituperandi eos; cùm non de hominibus, sed de testamento ipso locutus fuerit. Græca quidem facile ita interpretari possumus, vt hæc incommoda fugiamus quæ sequi videbãtur: ita enim verti possunt *vituperans enim, eis dicit*, Dixerat prius testamentum non fuisse irreprehensibile, quod vituperari non posset. Hoc aũt probat cõtinuó, *vituperans* enim testamẽtũ illud, & defectus eius ostendens, *dicit eis* (sicut etiam interpretatur Caietanus) videlicet sacerdotibus, de quibus paulo
16 ante loquebatur, ac per eos omni populo. Nec mirarer nostrum interpretem vertisse, *Eis*, quod ab aliquo mutatum sit putante illum casum pertinere ad verbum *vituperans*. Verum quoniam Chrysostomus & Theophilactus adnotant non dixisse Apostolum. Vituperans enim illud, sed vituperans illos, & nos ita intelligamus.

Quid est autem. *Vituperans eos?* Theophylactus exponit: vituperans Iudæos, qui non potuerunt consummari per legis præcepta. Sed hæc vituperatio legis est, non Iudæorum. Chrysostomus & Oecumenius dicunt: si prius testamentum culpa vacasset, id est, si inculpabiles homines fecisset, & ideo dictum est: vituperans enim eos, quia scilicet non erant facti inculpabiles. Sed hic legis defectus est, non hominum. Alij non dicunt cur eos vituperet, aut qua in re sint vituperabiles.

At

At nos ex verbis ipsis Ieremiæ, quę citantur ab Apostolo; possumus hoc intelligere. His enim verbis, vt mox videbimus, dominus prædicit reprobationem populi Iudæorum, quia legem Dei non seruauerunt, sed potius regem ac dominum suum à Deo sibi missum in cruce n 17
egerunt. Hoc enim est, quod dicit: *Quoniã ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus*. Et pollicetur se nouo populo, quem in locum populi Iudæorum substituet, nouum testamẽtum daturum, de quo ait: *Et consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum*, vt iam dicemus, propterea dicit, *Vituperans eos*. Intelligit autem *eos* de quibus Ieremias in his verbis loquitur, id est, sacerdotes, & in eis omnem populum Iudæorũ, reprehendens eos, quòd legẽ non seruassent, & reijciendos à se prædicens. Quasi dicat: Nouum testamentum promittit, quo vetus abrogetur, sed dum promittit, vituperat eos, quos ob peccata sua prædicit esse abijciendos, & testamentum, quod promittit, alijs esse dandum. Si autem nouum testamentum promittitur, ideò promittit, quia vetus illud erat imperfectum, & erat terminandum.

Ecce dies venient dicit Dominus.] Testimonium desumpsit ex cap. 31. Ieremiæ, in quo manifestè cõtinetur, quod Apostolus vult. In eo Hebræi, & Lxx. sensu omnino conueniunt, penè etiam verbis. Apostolus verba Lxx. interpretum refert, paucissimis mutatis, sed eundem tamẽ sensum habentibus. Pro, *venient*, in Hebræo est, veniunt, quomodo est in codice Hieronymi, Lxx. verterunt ἐρχονται, & ita est apud Paulum, quod præsentis temporis est, licet, & futuri significationem interdum habere dicatur. Ego libentius dicerem, nostrum interpretem vertisse, veniunt, quod cito vẽturos esse dies illos indicat. Sed ad sensum parum refert. *Ieremi. 31.*

Et consummabo, & cæt.] In Hebræo est, sicut vertit Hieronymus: *Et feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum*, Græca vt sunt apud. 70. sic verti possunt. Et disponam domui Israel, & domui Iuda testamentum nouum. Pauli Græcus interpres ita verti potest, *Consummabo, siue perficiã super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum.* Testamẽtũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnia eundem sensum habent. Sed hoc est adnotandum, quod in Hebræo dicitur בְּרִית, id est, fœdus, vel, pactum, Lxx. vertere solere διαθήκην id est, testamentum, sed eodem sensu, id est, pactum, siue legem intelligentes, vt Psalmo. 77. Non custodierunt testamẽtum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare. Et postea: cor autem eorum, non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius. Psalm. 88. Neque profanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Inde disponere testamentum est fœdus inire, vt Psalm. 82, Quoniam cogitauerunt vnanimiter, simul aduersum te testamentũ disposuerunt tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ, & cæt. Psam. 88. disposui testamentum electis meis, iurauí Dauid seruo meo, & cæt. 1. Mach. 1. In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis dicentes: Eamus & disponamus testamentum cum Gentibus, quæ circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Ita locuti sunt in hoc loco Ieremiæ, Lxx. Disponam domui Israel & domui Iacob testamentum nouum. Quod Hieronymus ita dixit: Et feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum. Et postea: Quia hoc est testamentum, quod disponam domui Israel. Hieronymus in eadem verba Hieremiæ sic ait. Quod autem pactum pro testamento ponimus, Hebraicæ veritatis est: licet testamentum rectè pactum appelletur, quia voluntas in eo, atque testatio eorum qui pactum ineunt, continetur.

Psal. 77.

Disponere testamẽtũ. Psalm. 82.

Psalm. 88.

1. Mach. 1.

Super domum Israel, & super domum Iuda.] Domum Israel vocat eos, qui ex gentibus credituri erant domum verò Iuda eos, qui Christum receperunt ex populo Iudæorum, sicuti fecit Hosee. 1. Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris, quæ sine mensura est, & non numerabitur. Et postea. Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibi met caput vnum. Ita exposuit Augustinus libro. 18. de ciuit. capitulo. 28. Et libro. 22. contra Faustum, capitul-

Hos. 1.

capitul. 89. Quod cur fiat & quàm receptum sit exposuimus capitul. 1. Hosee, numer. 123. & sequentibus & numer. 129. *Domus Israel*, sunt decem tribus, quæ à veri Dei cultu recesserunt, *Domus Iuda*, sunt duæ Tribus, id est, Iudas & Beniamin, quæ permanserunt in cultu veri Dei. Quam ob rem populus gentiliũm qui primum Dei fuerat, & postea ad idola diuertit, recte intelligitur in domo Israel. Iudæi verò qui semper Deum verum coluerunt in domo Iuda. Est autem vsitatum apud prophetas, vt quæ promittuntur Ecclesiæ, promittantur Ierusalem, & Synagogæ, quoniam in ipsis primò expleta sunt, qui fuerunt primi credentes & magistri omnium credentium, ac patres, vt latius explicauimus in cap. 8. Zachariæ, initio. 10

Prophetarũ phrasis.

Quod si in domo Israel intelligamus eos ex decem tribus, qui vel nunquam idola Ieroboham adorauerunt, vel illis relictis ad suas tribus accesserunt, & cum illis manserunt, hi etiam patres fuerunt, & magistri credentium, sicut est in Psalm. 67. Principes Iuda Duces eorum, principes Zabulon & principes Nephthali: Si autem eos intelligere malimus, qui per terras Assyriorum dispersi sunt; illi etiam crediderunt, vt sæpe à prophetis prædictum est, & vtroque modo intelligitur in domo Israel & in domo Iuda significari populum credentium in Christum, tam ex Iudæis, quàm ex gentibus.

Psalm. 67.

Sed quod secundo loco dixi domum Israel esse credentes ex decem tribubus, quæ manserunt cum duabus; & quæ promittuntur vniuersæ Ecclesiæ, primum in hunc populum conuenire (vt loco citato in Zachariam explicaui) verius mihi, ac germanius videtur. Atque hoc ipsum sensit vt arbitror, Hieronymus in eundem locum Ieremiæ cùm ait: Perspicuum est, hæc in primo intelligenda Saluatoris aduentu, quando vterque populus sibi, Israel & Iuda copulatus est. Si cui autem scrupulum faciat hæc promitti domui Israel, & domui Iuda, ac dici: *Non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris.* Intelligat primam Ecclesiam Christi 21

ex Iudæis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex Iudæis fuisse, & ad illos venisse dominum, sed quia illi in sua venientem suscipere noluerunt, dedit omnibus potestatem, vt qui eum reciperent, Filij Dei fierent.

Non secundum testamentum, quod feci patribus eorum. Ita etiam est apud Lxx. In Hebræo. *Non secundum fœdus, quod percussi cum patribus eorum.* Ita etiam est in Chaldæo. Quare non recte legitur in quibusdam codicibus: *Non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris*, cum sit legendum, cum patribus eorum quamuis Hieronymus referés verba Lxx. Interpretum legat: *Cum patribus vestris*, quod vitio codicis factum videtur, sensus est. Non erit hoc testamentum, quale fuit illud.

22 *In die qua apprehendi, & cæt.*] Nequis dubitaret de quo testamento loqueretur addidit. In die qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Ægypti manifestè enim de lege loquitur, quæ data est per Moysem in monte Sinai, postquam populus egressus est ex Ægypto. Et quamuis lex quinquagesimo ab exitu die ferri cœperit, dicit *in die, qua apprehendi*, &c. diem pro tẽpore ponens. Ita solet loqui scriptura vt Ezech. 20. In die qua elegi Israel & leuani manum meam pro stirpe domus Iacob, & apparui eis in terra Ægypti, & in die illa leuaui manum meam pro eis dicens: Ego dominus Deus vester, in die illa leuaui manum meam pro eis, & cæt. Psalm. 77. Non sunt recordati manus eius, die quo redemit eos de manu tribulationis, sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos. Quod vero dicit: *Apprehendi manum eorum*, ita exponit Hieronymus: quando eductus est Israel de terra Ægypti, tanta Dei in illo populo familiaritas fuit, vt manum eorum apprehendisse dicatur.

Dies pro tẽpore.

23 *Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo.*] Ita etiam Lxx. Hieronymus: *Pactum quod irritum fecerunt.* Et enim כי Et relatiuum esse potest, quomodo Hieronymus intellexit, & significat. *Quod*, Valet etiam idem, quod *Quoniam*, & sensus est semper idem. Iuxta Hieronymum sensus est: Quod fœdus meum ipsi irritum fecerunt. Et quamuis nulla causa reddi videatur his verbis, redditur tamen, sicut Lxx. expresserunt vertentes: *Quoniam ipsi non permanserunt*

serunt in testamento meo: Ac si diceret: Quoniam ipsi non custodierunt legem, quam dedi eis, sed potius meum filium, eos ad me vocantem, cruci affixerunt, statim apud me abijcere eos, & vocare multitudinem gentium, ac ijs qui in officio permanserint ex populo meo & veri filij Israel fuerint, dabo nouam legem, quam cum ijs qui crediderint ex gentibus, communicent.

Et ego neglexi eos.] Hic abiectio illius populi magis indicatur. In Græco est, abieci curam eorum, nolui vt populus meus essent. Ita prædictum erat Dan. 9. Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus & non erit eius populus, qui eum negaturus est, Lxx. ita habent vt Paulus. In Hebræo est: Et ego dominatus sum eorum, hoc est, puniui eos, & ostendi me dominum esse, ac posse erga eos facere, quod vellem, quod dominorum est. Leo Hebræus vertit: Et ego ostendi me esse Dominum eorum. Ita dictum est Psalm. 9. omnium inimicorum suorum dominabitur. Et Psalm. 109. Dominare in medio inimicorum tuorum. Quod & ad reprobationem illius populi, & ad supplicium, quod de illo per Romanos sumpsit, referre licet. At ἀμελεῖν, quod est apud Paulum, & apud, Lxx. proprie significat curam alicuius rei abijcere, quod noster interpres solet vertere, *Negligere*, vt Matthæ. 22. At illi neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, & cæt. 1. Timotheo. 4. Noli negligere gratiam, quæ in te est. Hebræũ. 2. Quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem?

Dan. 9. 24 *Matth. 22.* *1. Timo. 4.* *Hebr. 2.*

Quia hoc est testamentum, quod disponam domui Israel.] Id est, Hoc est fœdus, quod feriam cum domo Israel, vt est in Hebræo, hoc enim significat disponere testamentum, vt diximus, num. 19. *Quia* more Hebræorum & Græcorum redundat, & ornatui tantum, ac consuetudini linguæ deseruit. Hebraicæ כי Hieronymus vertit: *Sed hoc erit pactum*, &c cæt. Quod adnotauit in cap. 10. Hosee, num. 17. & 18. Nihil ergo aliud est, quam si diceret: Hoc est pactũ, quod feriam & cætera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

25 *Post dies illos.*] Quos nam dies dicat, obscurum est. Oecumenius intelligit, post dies, quibus populus egressus est ex Aegypto. Theophilactus post illos dies de quibus dixit supra: Ecce dies veniunt, dicit dominus & cæt. S. Thomas, post legem datam, alij aliter, sed nec de diebus exitus ex Aegypto, nec de tempore legis datæ hæc intelligi, vel ex eo cõstat, quod hæc vaticinabatur Ieremias post multos annos, ex quo populus exijt, & lex data est. Itaq; nullum tempus signabatur, sed frustra potius hæc dicebantur, cum iam non posset fieri nisi post dies illos. Nec aptior est interpretatio Theophilacti, quandoquidẽ dies, quos venire dixit, sunt dies, quibus danda erat noua lex. Ita enim ait: Ecce dies veniunt dicit dominus, & consummabo super domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum. Quomodo ergo de eodem tempore loquẽs dicet: post dies illos. Quare ita potius intelligendum arbitror: post dies illos, id est, post quam ego reiecero incredulos Iudæos, sicut dixerat: Et ego neglexi eos. Etenim post quã Iudæi propter incredulitatem suam reiecti sunt à Deo, & Apostoli transierunt ad prædicandum Euangelium gentibus, data est lex filijs Israel, id est, electis ex gentibus, & ad euangelium venientibus & adiuncti sunt do-
26 mui Iuda. Hoc Hieronymus subindicauit his verbis. Nũc autem in Euãgelio post crucem, resurrectionem, & ascensionem dare se pactum non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus pollicetur. Et post ea affert illud Act. 13. vobis quidem primùm oportebat loqui verbum Dei, sed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Et addit: Non enim oportebat panem filiorum dare canibus. Sed quia filij patrem in sua venientem suscipere noluerunt, dedit omnibus potestatem, vt qui receperint eum, fiant filij Dei, &c. Quibus haud obscure docet impletam esse hanc prophetiam post reiectionem Iudæorum, & probari sibi nostram interpretationem.

Theophylactum quidem tueri possumus, si more scripturæ exponamus, *Post dies illos*, id est, in diebus illis, cùm
Matth. 27 dies illi aduenerint. Vt Matt. 27. Recordati sumus, quia seductor

ductor ille dixit ad huc viuẽs: Post tres dies resurgã, id est, cum venerit tertius dies. Sed multò magis mihi placet vltima expositio, signat enim tempus, quod in Theophylacti expositione non signatur.

Dando leges meas in mentem eorum.] Ita etiam omnino, Lxx. Nec enim legendum est, *dabo*, sed dando *dabos*, In Hebræo est. *Dabo legem meam in visceribus eorum.* Sensus idem est. Ait ergo: Hoc pactum ego cum illis inibo, nõ scribendo legem meã in tabulis lapideis, sicut lex Mosis scripta est, sed scribendo in mente eorum. Christus legem suam 27
non scripsit, sed in cordibus credentium impressit, Moysi autem legem scriptam dedit Deus. Apostoli etiam prius viua voce docuerunt, quàm aliquid scriberent, quod serò factum est, quemadmodum testatur Irinæus lib. 3. capit. 1. Et Eusebius li. 3. Eccl. hist. cap. 24. Chrysostomus homi. 1. in Matth. Hieronymus in Catalogo de Matthæo & de Ioanne agens, Legem veterem scribi oportuit in tabulis lapideis, quoniã populo duri cordis dabatur, vt esset apud iudices & per eã nocentes punirentur, & cogerẽtur eam seruare, erat enim lex seruorũ. At noua scripta est in cordibus, quia lex filiorum est & sponte ac libere seruari debet. De quo vide Chrysostomum & Euthimium in proœmio in Matthæum. Quod autem in Hebræo est: legem meam, Lxx. & interpres Pauli dixerunt leges meas propter diuersa præcepta & consilia, vt ait S. Thomas, rectèque dicit legem nouam dandam fuisse in mente & scribendam in corde, in mente, vt interno Dei lumine intelligatur, in corde, vt ametur & suauiter impleatur.

Et ero eis in Deum] Verè me Deum præstabo illis, diligam eos, & benefaciam eis, & illi erunt mihi populus, me solum colent, & mihi semper seruient, vel etiam vicissim illi me colent vt Deum suum, & ego illos tuebor, & magnis beneficijs afficiam vt populũ meum. Hebraicè autem hoc dictum est, vt alias diximus, pro Ero eis Deus, & ipsi erunt mihi populus. 28

Et *non docebit vnusquisque proximum suum.*) Hoc difficillimum explicatu est, nec enim in noua lege id factum vnquã est, sed semper alij alios hortati sunt, vt Deũ cognoscerent

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerent & amarent. Quod si dicamus hoc prædictum esse de primis credentibus, in quibus magnus fuit fervor fidei & caritatis, nec tunc negari poterit id factum esse, quãdo quidem Apostoli & verbis, & scriptis hortabantur fideles, vt permanerent in fide, & Deum cognoscerent, atque amarent. Quare Caietanus de beatis hæc dici putat, quod & ante eum putauit Augustinus in lib. de spiritu & litera cap. 24. & 28. & Theodoretus, Theophylactus & Oecumenius intelligũt hæc de laboriosa institutione, quoniam ijs, qui mentis compotes sunt, facile persuademus vt in Christum credant. Hieronymus ait: Non quærent Iudæos
29 magistros, neque mandata & traditiones hominum, sed ab Spiritu sancto docebuntur. S. Thomas ait, si hæc verba de hac vita intelligantur ad solos Apostolos pertinere, ita quæ aut de eis dici, aut de omnibus beatis.

Ego ita censeo, si hæc verba possint ad homines in hac vita viuẽtes accõmodari, nequaquã ad beatos referri debere, quoniã de viuentibus in terra vaticinatur Ieremias, & de illis omnia præcedentia sine dubio dicta sunt. In beatos quidem perse sumpta, optime conueniunt, sed adiuncta præcedentibus ipse contextus exigit multo magis, vt ad viuentes in hac vita referantur. Cum enim diceret dominus per prophetam se daturum legem nouam scriptam in cordibus, quorsum subito ad vitã beatorũ transiret, in quibus nemo sit, qui ab alio doceri indigeat, quod omnibus beatis commune est, illis etiam qui non acceperũt legem gratiæ, sed vixerunt in lege Moysis, aut in lege naturæ? Quid autem mirum est, aut quis ignorat, neminem beato rum indigere vt doceatur ab alio cognoscere dominum?
30 At si ad viuentes in hac vita hæc verba accommodentur, dicitur res mira & quæ maximè commendat dignitatem legis Euangelicæ.

Ad eos igitur accommodemus, neque ad Apostolos tantum, aut ad perfectissimos quosque ex discipulis Apostolorum, sed ad Christianos illius temporis, qui magna ex parte caritate feruebãt, & sancti omnes appellabantur vt palam videmus in Epistolis Pauli, vt Hebræ. 3. vnde fratres sancti, vocationis cœlestis participes. 2. Corit. 1.

Eccle-

Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in vniuersa Achaia, &c. Tales enim erant tunc Christiani, vt si Apostolorũ de illis præconia audiamus, recte in illos cõuenire hãc Ieremiæ prophetiã non dubitemus, quãuis nonnulli fuerint improbi, qui multitudini de qua hęc dicũtur, nocere nõ debeãt vt 1. Cor. 1. Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quę data est vobis in Christo Iesu, quod in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia (sicut testimoniũ Christi cõfirmatũ est in vobis) ita vt nihil vobis desit in vlla gratia Eph. 1. Propterea & ego audiẽs fidẽ vestrã, quæ est in dño Iesu, & dilectionẽ in omnes sanctos, nõ cesso gratias agẽs pro vobis. Philip. II. Inter quos lucetis sicut luminaria in 31
mũdo verbũ vitæ cõtinentes ad gloriã meã in die Christi. Et huiusmodi sunt multa in literis Apostolorum.

Itaq; eo tẽpore nõ docebat vnusquisq; proximũ suũ, aut fratrẽ suũ dicens, cognosce dominũ, id est, ama dominũ, nã cognoscere, aut scire dominũ ita solet dici in scriptura vt 1. Paral. 28. Tu autẽ Salomõ fili mi scito Deũ patris tui, & serui ei corde perfecto, & animo voluntario. 1. Ioh. 2. In hoc scimus, quoniã cognouimus eum, si mãdata eius obseruemus. Qui dicit se nosse Deũ, & mãdata eius nõ custodit, mẽdax est, & in hoc veritas non est. Quare recte Chaldæus vertit: & non docebunt vltra vir proximũ suũ & vir fratrem suũ dicendo: scitote timere dominũ, quia omnes discẽt, vt sciãt timorem mei, &c. Idẽ Hosee. 4. vbi nos habemus: Et non est scientia Dei in terra, dixit: neq; qui ambulent in timore domini in terra. Etenim videntes noui fideles se per gratiã Christi tot peccatis & tã terribili damnatione liberatos, Deo gratias agebant, & illum toto corde 32
diligebant. Idcirco dicit: Quoniam omnes scient me à minore vsque ad maiorem eorũ, id est, omnes amabũt me. Rationem autem huius amoris reddit: Quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor. Ac si dicat: hoc tãto beneficio quasi quodam stimulo excitabuntur ad amandum me.

Dicit autẽ: nõ docebit, &c. dicens, cognosce dominũ quomodo dici solet, nõ amãtibus & nõ cognoscẽtibus, si-

S cut

Universidad de Deusto
Biblioteca

cut ipse indicat cū ait: Quoniā omnes scient me. Quare nō est huic prophetiæ cōtrariū, siquis fratrē suū hortaretur vt ardētius Deū amaret quā amabat, aut si Apostoli scribāt ad Ecclesias, vel, ad discipulos, vt Christum ament, volunt enim multos ad ardentiorem amorē excitare. Deinde nō illi sæculo tantū scribebant, sed futuris etiam, in quibus multi hac admonitione indigent. Sed & illo sæculo erāt nonnulli Christiani, qui Deum non amabant, & quibus
33 iure diceretur, vt cognoscerēt dominū. Etenim propheria nō est de omnibus Christianis illius sæculi, sed verbi gratia de Ecclesia Corinthiorū, Ephesiorū, Philippēsiū & cæt. quoniā tunc magna pars vniuscuiusq; Ecclesiæ Deū amabāt, licet essent nonnulli qui non amarēt. Quod enim de aliqua Ecclesia dicitur, id in maiori, & meliori eius parte verum esse satis est.

In eum, quem diximus modū recte accōmodatur locus iste aureo illi sæculo primitiuæ Ecclesiæ. Sed nihil vetat de nobis quoq; & de omnibus Christi fidelibus ipsum explicare. Vt enim ait beat⁹ Hieronymus super Isaiæ. 54. ad eos pertinēt verba ista Ieremiæ, de quibus Isaias ibi dixit, & ponam vniuersos filios tuos doctos ad dominū: cōstat autem Isaiam de vniuersis Ecclesiæ filijs locutum, vt ipse dominus exponit Iohan. 6. dicens: nemo potest venire ad me nisi pater, qui misit me, traxerit eū: Est scriptum in prophetis: & erūt omnes docibiles Dei: omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me. Dubitandum igitur non est, verba Ieremiæ ab Apostolo hoc loco adducta, vniuersis Christi fidelbus conuenire.

Sed obseruare oportet neq; Ieremiā neq; Isaiam, neq; Apostolum neq; dominum ipsum negare velle necessarium esse, fuisseque semper in Ecclesia externum ministerium verbi, quo quidam homines doceant alios de necessarijs & vtilibus ad salutem. Id tantum volunt inutilem fore omnem humanam in docendo sacra fidei mysteria diligentiam, nisi Deus interius assistat mentem illustrans, & vera esse persuadens, quæ docētur, quia neque fide cognoscere, multo vero minus ex affectu charitatis,
34 veritati cognitæ adhærere possumus, nisi Deus speciali sua

sua ope & auxilio nos doceat interius.

Sacra hæc & spiritualis Dei doctrina vnctio illa est, de qua. 1. Iohan. 2. vos vnctionem habetis à sancto, & nostis omnia. Non scripsi vobis, quasi ignorantibus veritatem, sed quási scientibus eam. Et paulo post: Et vos vnctionem quam accepistis, maneat in vobis, & non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus & verum est & non est mendacium. Quem locum explicans beatus Augustinus tractatu. 3. in Primam Canonicam Iohan. prope finem: Quid ergo (inquit) nos facimus fratres quia docemus vos? si vnctio vos docet de omnibus, quasi nos sine causa laboramus, Et vt quid tantum clamamus? Dimittamus vos vnctioni illius, vt doceat vos vnctio ipsius, sed modo mihi facio quæstionem & illi ipsi Apostolo facio, dignetur audire paruulum quærentem à se (ipsi Iohanni dico) vnctionem habebant, quibus loquebaris? Tu dixisti, quia vnctio ipsius docet vos de omnibus? vt quid talem Epistolam fecisti? quid illos tu docebas? Quid instruebas? Quid ædificabas? Iam hic videte magnum sacramentum fratres: sonus verborum nostrorum aures percutit, magister intus est, nolite putare quemquam hominem aliquid discere ab alio homine; ad monere possumus per strepitum vocis nostræ, Si non sit intus qui doceat inanis fit strepitus noster. Huc vsque Beatus Augustinus.

Cui consonans Beatus Gregorius hom. 30. in Euange- 35
lia explicans verba Iohann. 14. Ille vos docebit omnia, sic ait: nisi idē spiritus cordi adsit audientis, ociosus est sermo doctoris, nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore docētis intelligit, quę, nisi int⁹ sit, qui doceat, doctoris lingua exteri⁹ in vanū laborat. Ecce vnā loquētis vocē omnes pariter auditis nec tamē pariter sensum auditæ vocis percipitis. Cū ergo vox dispar nō sit, cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligentia? Nisi quia per hoc quod vox loquentis communiter admonet est magister interior, qui de vocis intelligentia quosdam specialiter docet. De hac vnctione spiritus rursus per Ioānem dicitur. Sicut vnctio eius docet vos de omnibus. Ad idetiam spectat verbum illud domini Matthæi. 23. Nec vocemini magistri, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

magister vester vnus est Christus. Quo in loco Theophylactus: Docēdi dignitas, inquit, proprie solius est Dei. Quod si homines doctorū, vel magistrorū officiū gerunt, non ex dignitate & autoritate propria id habent, sed tanquam ministri Christi. Et vt super Matthæum ait Hieronymus: Ex consortio veri magistri, & abusiue magistri
36 appellantur. Itaque cum Apostolus, siue vt verius dicam Ieremias dixit, non docebit vnusquisque proximum suum; id solum intendit, neminem docere posse alium quæ ad salutem pertinent autoritate propria interius persuadendo, & tamquam præcipuus magister, sed tantum vt minister & instrumentum supremi verique magistri Christi.

Quoniam omnes scīēt me, à minore vsque ad maiorem eorum.] Hoc videtur priori nostræ expositioni aduersari, quoniam non de maiori & meliori parte fidelium hoc dictum videtur, sed de omnibus, & nemo excludi videtur cùm dicitur omnes scient me à minore vsque ad maiorē eorum. Huic argumēto facile satisfiet, si dicere velimus nō de omnibus Christianis illius tēporis locutū esse Ieremiā, sed de perfectioribus, qui Christi beneficia melius erāt agnituri. Et ex illis omnes à minori vsq; ad maiorē scituri erāt dominum, quod rectissime dicitur. Verū & si ad plures hoc referam⁹, vt hactenus fecimus, eodem modo soluetur obiectio, hoc non de omnibus fidelibus singularum Ecclesiarum dictum, sed de maiori & meliori parte, cuius numerus Deo cognitus erat. In his ergo omnes à minore vsque ad maiorem scient & amabunt Dominum, vel vt translatio Syriaca habet: à paruo eorum vsque ad senem eorum. Sed si posteriorem sequamur expositionem præcedētium verborum, nulla est in his difficultas, siquidem de omnibus & singulis Christi fidelibus verum est eos per fidem scire Deum, & Christum eius.

37 *Et peccatorum eorum iam non memorabor.*] In Græco additur & iniquitatum eorum. Chrysostomus autem & Theophylactus & Oecumenius alterum horum legisse videntur, aut, *Peccatorum eorum*, aut *Iniquitatum eorum*, nō vtrumque, licet vtrumque positum sit in eorum libris in verbis Apostoli. Similiter, vt in nostra, est in translatione Syriaca. Ita

ca. Ità etiām est in Hebræo & in Lxx. apud Ieremiā. Quare illud male additum est in codicibus Græcis.

Dicendo autem nouum, veterauit prius.] Cum dixit Deus per Ieremiā, consummabo testamentū nouū, aperte prius illud testamentum, quod erat datum Moysi, ostendit iam antiquum & esse, & dici debere; non enim dicitur nouū, nisi respectu veteris. Et quod vetus verè dicitur, ad finem, & ad interitū festinat. Nam quòd nouū esse desinit & mutari incipit, & antiquari semper progressu temporis magis mutabitur, & veterascet, donec tādem finiatur. Quod igitur iam Ieremias sua ætate vetus vocauit, docuit ad interitum vergere atque ita in passione Christi interijt. Ita eodem testimonio mirabiliter & legem nouam confirmat, & veterem reijcit, ne Hebræi putarēt ad eam esse redeundum, aut non satis sibi consuluisse cùm nouā acceperunt. Veterauit autem dixit πεπαλαίωκε, ideſt, vetus fecit, vetus esse declarauit.

CAP. IX.

1 *Habuit quidē & prius.*] Chrysostomus in hæc verba sic ait, ostēdit hactenus ex sacerdote, sacerdotio & ex testamento, quia finē habiturū erat illud: ostendit autē deinceps iā ex ipsa tabernaculi figura, &c. In quibusdā codicib⁹ Græcis, quos secutus est Erasmus, sed postea id correxit, & in regio est ἡ πρώτη σκηνὴ, id est, prius tabernaculū, sed vitiosissimè additū est σκηνὴ siue tabernaculū, quoniam sensum vitiat. Chrysostomus quidem & Theophylactus & Oecumenius, nō legunt, imo planè asserunt legendū esse tantum ἡ πρώτη Et subaudiendum esse Διαθήκην, id est, testamentū: de testamēto enim loquebatur Apostolus: & ait: Habuit quidem prius, scilicet, testamentum, iustificationes culturæ: similiter est in translatione Syriaca. Chrysostomus. Habuit quidem & prius illud: Quod prius? Testamentum, scilicet, Et Theophylactus interpretatur, prius, siue primum, hoc est vetus testamentū. Et Photius apud Oecumenīū ait Habe-

bat quidem prius iustificationes culturæ, non de tabernaculo dictum esse arbitror, sed de ipso veteri testamento. Neq; enim tabernaculum cõferebat cum nouo testamento, sed totum vetus testamentum cum nouo, & cæt.

2 *Iustificationes culturæ.*] Iustificationes vocat mandata, siue leges, vt Chrisostomus & Theophylactus, & Oecumenius interpretantur, sed vberius Theodoretus his verbis: Ita appellauit mandata (scilicet, iustificationes culturæ) quatenus faciebant ad cultũ diuinum. Ita etiã dicit beatus Dauid: Iustificationes tuas doce me. Quin etiã ipse legislator: Hæc sunt iudicia & Iustificationes, quas locutus est dominus filijs Israel, &c. Ita dictũ est. Luc. 2. Erãt autem iusti ambo ante Deũ, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus domini sine querela. Hoc vocabulo persæpe vtitur scriptura præsertim in Psal. 118. Iustificationes autẽ dicuntur mandata, quia qui secundũ leges & mandata viuit, iustus censetur. *Iustificationes* ergo *culturæ*, sunt mandata ad cultum Dei pertinentia, cuiusmodi erant omnia, quæ ad ritus sacrificiorum spectabant, vt dixit Theodoretus. Photius apud Oecumenium interpretatur leges & ordinẽ, ac ea, quæ decẽtem Dei cultũ consequuntur. Et ipse Oecumenius ait: *Iustificationes cultus*, hoc est, symbola sacrosque cultus rituum & votorum. Quare qui ita distin-
3 guunt, *Iustificationes*, *Cultus* (vt olim fecisse videtur Erasmus, quod postea mutauit) à vero sensu aberrant: non enim de omnibus mandatis loquitur, sed de spectantibus ad ceremonias sacrorum, quæ præsentis instituti sunt. Ita etiam Syriaca translatio. In primo autem erant mandata ministerij, scilicet, sacri.

Iustificationes.

Et sanctum seculare.] seu mũdanum, vt est in Græco. Ita vocat locum, qui non solum Iudæis, sed gentibus etiam patebat, id est, omnibus mundi nationibus, vt aiunt Chrysostomus, Theophylactus, & Haymo. Quorsum aũt huius loci, & partiũ tabernaculi meminerit, postea docebit. At sunt multi quibus nõ placet sanctũ sæculare fuisse locũ aliquem. S. Thomas, sanctũ interpretatur, sanctificationem veteris legis, quæ *Sæcularis*, dicebatur, quia temporalis erat, & non perpetua, aut *Mundana*, quia vetus testamentum

tum gratiam non continebat, & ideo mundanum dicitur, non sicut nouũ quod vere sacrũ est, in quo sub tegumento rerum visibilium diuina virtus secretius operatur salu- 4
tem. Idem sensit Caietanus, & mundanam sanctitatem vocat quæ oculis hominum cernebatur, quasi non sit spiritualis, quæ solis Dei oculis cernitur. Sed hæc locutio inusitata est, vt sanctitas veteris testamenti appelletur, *Sanctum mundanum*. Deinde & articulus Græcus nõ bene conuenit τὸ ἅγιον, id est, sanctum illud.

Multò aptior videtur Oecumenij & Theodoreti interpretatio, totum templum (seu potius tabernaculum, nam de tabernaculo nunc sermo est) vocari τὸ ἅγιον, id est, sanctum; & mundanum dici, quia figuram mũdi habebat. Quod his verbis explicat Theodoretus. Tabernaculũ ita appellauit; vt quod totius mundi figurã teneat, velo enim intermedio diuidebatur in duas partes, & hæc quidẽ appellabatur sancta, illa vero sancta sanctorum. Et sancta quidem imitabantur vitam, quæ in terra agitur: sancta autem sanctorum, formã ac rationem vitæ, quæ agitur in cœlis. Ipsum autem velũ vsum firmamenti implebat. Quemadmodum ergo hoc cœlum ea, quæ sunt inferni, seiungit à supernis: ita velum in medio tabernaculi extensum separabat à sanctis sancta sanctorum, & cæt. Expositioni Chrysostomi & Theophylacti fauere maximè videtur translatio 5
Syriaca quæ ita habet. *Et ædes sancta mundana, siue sæcularis*, & quidem potius sæcularis vertendum est, quam mundana, est enim צַלְמָיְרָא.

At ego probabiliorem esse iudico Oecumenij & Theodoreti sententiam, licet Oecumenius parum sibi constare videatur; quoniã in tabernaculo nusquã legimus fuisse locum, quo etiam Ethnici ingrederẽtur. Poterant quidem illi consistere extra atrium illud tabernaculi quod descripsimus supra cap. 8. n. 5. at non erat pars tabernaculi neque ad tabernaculum pertinebat, nec locus signatus erat gentilibus vllus, nec si signatus esset, sanctum dici posset, non enim sanctus, sed profanus locus est, qui gentilibus patet. Deinde sanctum sæculare, siue mundanum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nusquam, vt opinor, legitur in libris legis & prophetarum, in quibus sæpe de tabernaculo agitur. Postremo nihil ad rem pertinere videbatur dicere, Prius testamentū habebat iustificationes culturæ, & locum in quem Ethnicis etiam ingredi licebat. Quid hoc ad id de quo agit Apostolus? Dicere autem: Habebat vetus testamentum ceremonias ad Deum colendum per sacrificia, & tabernaculum, in quo scilicet Deus coleretur, necessariū fuit Et tabernaculum rectissime dicitur τὸ ἅγιον. 6

Cum hoc optime conuenit, quod sequitur: Tabernaculum enim factum est primum & cæt. quibus verbis exponere videtur, cur illud *sæculare* siue *mundanū* dixerit, quod mundi videlicet figuram habeat, vt dixit Theodoretus. Quin & Syriacæ translationis verba aptius in hanc expositionem quadrant: *Et ædes Sancta sæcularis.* At si templum mundanum dicitur, quia mundi figuram habet, & hæc interpretatio nomini Græco conuenit, & ei quo nostra translatio vtitur parum videtur cōuenire. Cur enim dicatur sæculare? verbum etiam Syriacum magis sæculare sonare diximus, quàm mundanum. ¶ Sunt, qui velint, *Sanctum sæculare* dici templum, quia multis sæculis duraturū existimabatur. At præterquam quod hac ratione sanctum mundanū non recte diceretur: Paulus nec verbum quidem de templo facit in hoc capite, sed semper de tabernaculo loquitur, & in temporibus Moysis moratur. Deinde si de templo locutus fuisset, quomodo continuo diceret. Tabernaculum enim factum est, & cæt. Quid hoc ad illud pertinet.

Mihi hoc verisimile videtur sanctū sæculare dici, quod postea appellatur primū tabernaculū, quod, probabile est cōplecti nūc eā partē, quę extra tabernaculū, & intra atriū illud posita habebat altare holocausti, & labrū æneū, qui locus erat sacerdotū, sicut significare videtur Apostolus dicēs: *In priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes*: Sacrificia autem fiebant extra tabernaculum proprie dictum ante eius ianuam intra atrium, quod linteo circū circa tegebatur. Recte autem meminit huius tabernaculi primi, id est, primæ partis totius taber- 7

tabernaculi, quoniam in eo sacrificia fiebant, vt sit sensus: Habuit vetus testamentum leges sacrificiorum, & locum in quo sacrificia offerrentur. Tabernaculum enim primum factum est, in quo hæc fiebant. Quod si propriè primum tabernaculum accipiamus, ita vt in eo non sit altare holocausti: certè in eo multæ magnæque ceremoniæ fiebant ad Deum colendum, & in eo sacrificiorum officia consummabantur vt infra exponemus. num. 34. & 35. Itaque hæc expositio & cum præcedentibus & cum sequentibus bene cohæret.

Sed cur hæc pars *Sanctum sæculare* dicitur? τὸ ἅγιον, id est *Sanctum* rectè dicitur sanctum illud, tabernaculum illud sacrificijs & cultui Dei destinatum; sed cur sæculare? oportet enim rationem reddere, quæ & Græco & Latino nomini conueniat. Hoc ex verbis sequentibus eiusdem Apostoli intelligi poterit. In priori quidem (inquit) tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes: in secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine, quem offerret pro sua & populi ignorantia hoc significante spiritu sancto nondū propalatam esse sanctorum viam, adhuc priori tabernaculo habente statum. Quæ parabola est temporis instantis His verbis docet Apostolus (vt explicauimus lib. 1. de templo cap. 20.) priorem tabernaculi partem, quam dicimus vocari sanctum sæculare significare statum veteris legis, in qua sacrificia offerebantur, & Sancta sanctorum significare cælum, quod nondum erat apertum, dum vetus lex stabat. Neque enim sanguine hircorum aut vitulorum aperiri potuit, sicut sanguine Christi apertum est. Et ideo ait: Christus autem assistens pontifex futurorum, bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id est, non huius creationis, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta & cæt. Quia igitur hoc primum tabernaculum significabat vitam & cultum Dei, quem in hoc sæculo Sancti Deo offerebant donec per sanguinem Christi introirent in secundum tabernaculum, id est, in cœlum, appellatum est Sanctum sæculare id est, tabernaculum repræsentans vitam & cultum 8

tum huius sæculi : Idem dicitur sanctum mundanum, quia repræsentabat vitam, quam in hoc mundo habebant Sancti ante aduentum Christi. ¶ Ita dixit idem Apostolus Tit. 2. vt abnegantes impietatē, & sæcularia desideria &c. Desideria sæcularia dixit ea, quæ sunt in hominibus sæculi, atque eadem eodem vocabulo vocauit κοσμικὰς ἐπιθυμίας, id est, desideria mundana, qualia habent homines mundani. Nam sæculum sunt homines sæculi. Sicut mundus, homines mundi, vt Iohan. 15. si mundus vos odit, scitote, quia me priorē vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret &c Nec semper κόσμος, id est, mundus, in malum accipitur, sed sæpe etiā significat homines, qui sunt in mūdo vt Ioh. 1. Ecce qui tollit peccata mundi. Et cap. 3. sic enim Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret & cæter. non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum Iohan. 7. Manifesta te ipsum mundo & cæter. Quare hæc appellatio neque Sanctis Sanctorum conuenire poterat, neque toti Tabernaculo proprie, quia totum & sæculi & æternitatis figuram gerebat.

9

Sæculum. Mundus.

Tabernaculum enim factum est primum.] Intra illud atrium columnis æreis & linteo factum erigebatur Tabernaculum, facie ad orientem versum, tergo ad occidentem, cuius longitudo erat triginta cubitorum, latitudo decem, quod in duas partes diuidebatur. Prior (quam nunc Apostolus vocat primum tabernaculum) habebat longitudinem viginti cubitorum, & statim se offerebat ingredientibus, appellabaturque Sancta plurali numero. Posterior & interior pars appellabatur Sancta sanctorum, quod locus esset sanctissimus & habebat longitudinem & latitudinem decem cubitorum. In hoc primo tabernaculo erant ea, quæ recensēt Apostolus. Quare si hæc tantum verba spectemus, proprie loquitur de priori parte tabernaculi : sed si legamus sequentia, non improbabiliter dicemus, hic etiam atrij partem includi, quæ erat ante tabernaculum, in quo erat altare holocausti, & labrum æneum & locus sacer-

19

Tabernaculi descriptio

sacerdotum, vt diximus numer. 6. & 7.

In quo erant candelabra. Vnicum erat candelabrum, sed habebat septem lucernas, & ideo vertit candelabra de quo diximus multa lib. 2. de templo cap. 12. lege caput. 25. Exodi : Erat autem ad meridianum latus tabernaculi, id est, ad dexterum, mensa verò ad Aquilonare siue sinistrum. Quod autem hic collegerunt Primasius & Haymo, Apostolum non loqui hic de Tabernaculo, sed de templo Salomonis, quoniam in eo erant multa candelabra, in Tabernaculo autem vnicum: non recte colligitur, quoniam in Græco est singulari numero ἡ λυχνία, id est, candelabrum, quo nomine etiam candelabrum Tabernaculi appellatur à Ixx. Exod. 25. sæpe & alijs in locis. Mirorque Erasmum non vertisse iuxta Græcum, In quo erat candelabrum : sed in quo erant lucernæ : Syriacus candelabrum. Interpres noster singulas lucernas, candelabrum vocauit.

Et mensa.] In hac singulis hebdomadibus noui panes ponebantur, qui eo quòd Deo propositi & oblati essent, vocabantur panes propositionis, de quibus disputauimus in eodem libro cap. 20. lege caput. 25. Exodi. 11

Quæ dicitur Sancta.] Obseruemus hic, quod postea iuuabit obseruasse, relatiuum, Quæ, non referri ad id, quod proxime antecessit, id est, ad propositionem panum sed ad illud, quod erat remotius, id est, ad tabernaculū. Neque enim est sensus propositionem illam panum appellari Sanctam, sed Tabernaculum illud primum appellari Sancta vt Chrysostomus, & omnes interpretantur. Sicut statim de secundo tabernaculo loquens nomen eius indicat, id est, Sancta sanctorum. Translatio Syriaca : Et vocabatur ædes Sancta. Obseruemus etiam interpretem genus posuisse, quod Græco nomini, licet Latino non conueniret. Cum enim dixisset : Tabernaculum enim factum est primum & cæter. & dicturus esset, quod dicitur Sancta, dixit : Quæ dicitur Sancta, respiciens nomen σκηνὴ, quod Tabernaculum significat, & fœminei generis est. Porro Sancta, vel, singulari numero accipi potest, vel plurali pro diuersitate accentus

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed quoniam pluralis est, legendum est ἁγίαι, non ἁγία.

12 Chrysostomus: Tabernaculum enim cōstructum fuit primum, quod dicebatur Sancta. Theodoretus: Quod legendum est cum accentu acuto in antepenultima: ita enim nos docet intelligendum esse alterum nomen.

Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum.] In translatione latina dubium est vtrum *Secundum* pertineat ad velamentum, an ad tabernaculum, sed ex Græco constat pertinere ad velamentum, nec posse referri ad tabernaculum, quoniam δεύτερον, id est, *secundum*, neutrius generis est, cuius etiam est κατάπετασμα, ideſt, velum σκηνὴ, autem, id est, Tabernaculū fœminei generis est. Ambiguitatem sustulit Erasmus vertens: Post secundum autem velum, erat tabernaculum quod vocatur Sanctum sanctorum. Trāslatio Syriaca habet: Tabernaculum vero interius, quod erat intra superficiem portæ secundæ, vocabatur Sanctum sanctorum. Dicit autem *Post velamentum secundum*, quoniam prior tabernaculi pars, quæ dicebatur Sancta, habebat etiam ve-
13 lum ante fores. Vtriusque veli meminit Moses Exod. 26. De velo quod erat ante Sancta sanctorum ait: Facies & velum de hyacintho & purpura coccoque bis tincto, & byssō retorta, opere plumario, & pulchra varietate contextum, quod appendes ante quatuor columnas & cæter. Inferetur autem velum per circulos, intra quod pones arcam testimonij, quo & Sanctuarium & Sanctuarij Sanctuaria diuidentur, id est, quo diuidentur Sācta à Sanctis Sanctorum: De velo quod erat ante primam partem Tabernaculi, id est, ante Sancta ait: Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura coccoq; bis tincto, & byssō retorta opere plumarij. Cæterum, quod Paulus vocat Sancta, à *Mose* dicitur קֹדֶשׁ id est, Sanctitas. Sancta vero Sanctorum קֹדֶשׁ הַקָּדָשִׁים id est, Sanctitas, Sanctitatum, ita etiam Chaldæus. lxx. dicunt singulari numero. Sanctum & Sanctum sanctorū. Itaq; Sanctitas more Hebræorum pro re Sancta accipi-

Sancta sanctorum.

tur,

pitur & pars prior tabernaculi, quoniam Sancta & vene- 14
rabilis erat recte dicitur Sācta & Sanctum & Sanctuariū. Sed quoniam pars interior longe sanctior erat, quoniam habebat arcam & propitiatorium & Cherubim, & in ea, responsa Deus interdum reddebat, dicta est Sancta sanctorum id est, Sanctissima, ea locutione, qua dicunt Hebræi canticum canticorum, id est, eximium, & præstantissimum canticum, vanitas vanitatum, id est, eximia & maxima vanitas, & Deus Deorum, id est, Deus maximus & præstantissimus. Ita dictum est Leu. 6. de similā oblata, qua solis sacerdotibus vesci licebat: Sanctum Sanctorum erit ideſt, maxime Sancta, & postea: Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius quia sanctum sanctorum est. Et cap. 7: In loco Sancto vescetur his carnibus, quia Sāctum Sanctorum est. In his locis est in Hebræo vti diximus. lxx autem vertunt Sancta Sanctorum. Itaque non dicitur Sanctitas Sanctitatum aut Sancta Sanctorum, quasi sanctissimum omnium, sed quasi Sanctissimum, quia Hebræi genitiuo nominis substantiui addito alteri nomini vtuntur pro adiectiuo, si singularis numeri sit: sin autem sit pluralis, genitiuus vim habet superlatiui nominis, vt adnotauimus in cap. 1. Hosee num. 26. Nihil autem refert, vtrum Sanctum sanctorū dicamus, an Sancta sanctorum, nam & noster interpres & lxx. vtroque modo dicunt vt psalmo. 133. In noctibus extollite manus vestras in Sancta iuxta versionem lxx. Hebraice in Sanctitatem. Hieronymus vertit: leuate manus vestras ad Sanctum, & Paulus Hebr. 9. Hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse Sanctorum viā. Et postea: sed per proprium sanguinem introiit semel in Sancta. Ex quibus etiam constat Sancta sanctorum per Antonomasiam etiam dici Sancta.

Hebræorū, Phrasis.

Aureum habens Thuribulum.] Magna quæstio est, quod nam hoc thuribulum sit, nusquam enim legimus intra 15
Sancta sanctorum positum esse thuribulum. De quo Caietanus: Nescitur, inquit, vnde autor huius Epistolæ hoc acceperit, scilicet; quod in Sanctis sanctorum esset aureum Thuribulum. Chrysostomus quidem & Theodoretus, &

Thuribulū.

Oecu-

Oecumenius nihil de hac re dixerunt. S. Thomas refert quosdam dixisse thuribulum aureum esse altare incensi, sed ipse nihil definiuit. Lyranus negat id verum esse, quoniam Exod. vltimo scriptum est, altare incensi esse extra velum. Itaque Thuribulum esse dicit, in quo pontifex ingressus in Sancta sanctorum, thus incendebat, vt illius fumo ac nebula tegerentur Sancta sanctorum, ne videri possent ab ijs, qui erant in exteriori tabernaculo. Consentit & Theophylactus in ea verba: Non sine sanguine, dicens altare aureum non fuisse in Sanctis sanctorum. verum in medio tabernaculi, in quo erant candelabrum, & mensa. Et statim subdit: Aliud enim Thuribulum, aliud altare erat. Atque hæc videtur esse communior sententia, in eamque propendet Sanctus Thomas. Ambrosius Catharinus respondet non potuisse alibi Thuribulum decentius collocari, quàm in Sanctis sanctorum, vt præsto esset, cùm eo vtendum esset. Addit nulla lege prohiberi Paulum aliquid dicere, quod non sit in scriptura.

16 Probabilia hæc videri possunt, sed vera quidem certè non sunt. Nam Moses ea tantum fieri iussit in Tabernaculo, & ad eius vsus, quæ à Deo acceperat, sicut ei dictum est. Exod. 25. Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est: Omnia autem, quæ ei Deus præcepit facere, legimus Exod. 25. & sequentibus, omnia etiam, quæ facta sunt sigillatim, enumerantur Exod. 35. & quatuor sequentibus: & Iterum capite. 40. enumerantur, quæ Moses posuit in Tabernaculo. Et quidem cùm minutissima etiam numerantur, nusquam legimus hoc Thuribulum aureum. Sed quid coniecturis opus est, cùm scriptura ipsa doceat Thuribulum, quo pontifex vtebatur in Sanctis sanctorum, non fuisse in illis, sed extra ab ipso assumptum fuisse, antequam ingrederetur? Ita enim legimus Leuitic. 16. assumptoque Thuribulo, quod de prunis altaris impleuit, & hauriens manu compositum Thymiama in incensum, vltra velum intrabit in Sancta.

17 Quare sine dubio dicendum est, altare thymiamatis vocari hic à Paulo Thuribulum aureum, vt multis probat Abulensis quæst. 16. in cap. 6. lib. 3. Regum, & in cap. 25. Exodi. quæst. 6. Eodem modo intellexit Origenes homil. 9. in Exodum. Quod quoniã latius comprobauimus lib. 2. de templo cap. 8. breuiter nunc expediemus. Altare thymiamatis, Thuribulum vocabatur apud Iudæos, quoniam re vera nihil aliud erat quàm magnum quoddam Thuribulum, si quidem nihil in eo offerebatur, sed ignis imponebatur, & odores incendebantur. Ita locutus est Iosephus libr. 6. de bello capitul. 6. cùm ea, quæ erant in templo enumerans ait: Et prima quidem pars ad quadraginta cubitos auulsa, hæc tria mirabilia & prædicanda opera cunctis hominibus habebat, candelabrum, & mensam, & thuribulum & cæter. Nec enim vllo modo præterire potuit Iosephus altare aureum, quod pretiosissimum iudicabatur, & Thuribuli mentionem facere, sed in thuribulo illud intellexit. Atque vt omnis dubitatio 18
tollatur, idem libr. 3. Antiquit. capit. 7. eodem illud vocabulo appellat, quo hic Paulus. Cum enim narrat inter candelabrum & mensam, positam fuisse aram suffumigatoriã, pro ara suffumigatoria in Græco ponitur θυμιατήριον, id est, Thuribulum, vt & hic apud Paulum. Syriaca etiam translatio id subindicat, quæ pro Thuribulum aureum habet, domus aromatum. At cur dixit Paulus sancta sanctorum habere Thuribulum aureum, cum doceat scriptura Exodi vltimo altare incensi fuisse extra velum, id est, extra Sancta sanctorum? Altare hoc factum erat vt deseruiret Sanctis sanctorum, Cum enim non possent Sacerdotes in illa ingredi, nisi Pontifex, idque semel singulis annis; ne ea tabernaculi pars, quæ erat sacratior, & in qua erant arca, & propitiatorium & Cherubim, honore thuris careret, factum est altare Thymiamatis, ac sanctis sanctorum admotum, in quo aromata incenderentur, quorum fumus in sancta sanctorum ingrederetur. Non ergo in sanctis sanctorum erat altare incensi, vt existimant Oecumenius & Augustinus Quæstio. 133. in Exodum, sed prope adiunctum. Hinc altare oraculi dicitur, nam sancta sanctorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctorum oraculum etiam appellantur. 3. Reg. 6. sed & altare oraculi texit auro. Et Leuit. 16. vocatur altare quod erat coram Domino, quia erat coram Sanctis sanctorum. Et vbi nos habemus altare oraculi, in Hebræo est
19 altare quod erat ad oraculum, siue iuxta oraculum, quod manifestius vertunt lxx. Et fecit altare ante faciem oraculi. Potest etiam verti vt vertit Hieronymus. Altare oraculi, siue Altare, quod erat oraculo, id est, quod Sancta sanctorum in suos vsus habebant. Quoniã igitur habere multis modis dicitur, vt in calce Categoriarum docuit Aristoteles, oraculum dicitur habere Thuribulum aureum siue altare thymiamatis, quo modo herus seruum habet, aut famulum, quo modo rex satellites habet, aut templũ ministros. Aureum autem dicitur hoc altare, siue Thuribulum, quamquam factum esset ex lignis Settim, quomã totum auro mundissimo tegebatur, vt legimus Exod. 30. sicut altare holocausti dicebatur æreum, quoniam ære tectum est.

Et arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro] Non enim erat aurea, sed ex lignis Settim & auro purissimo circumtecta, vt legimus Exod. 25. Arca testamenti dicebatur: quoniam facta est, vt in ea testamentum, id
20 est, lex seruaretur. Eadem ratione dicitur arca testimonij quoniam testimonium dicitur lex, qua Deus testatus est, quid ab hominibus fieri vellet. Arca etiam fœderis dicebatur, nam fœdus idem est, quod testamentum, siue pactum. De quo plura diximus lib. 2. de templo cap. 1.

In qua vrna aurea habens manna]&c. Difficillima hinc quæstio exoritur, quoniã verba Apostoli manifeste pugnare videntur cum verbis libri. 3. Reg. cap. 8. quæ ita habent: In arca non erat aliud niſi duæ tabulæ lapideæ quas posuit in ea Moyses in Horeb. atque idem prorsus legimus. 2. Par. 5. Adeò vt hoc loco, vel maxime aduersus nos pugnent, qui hanc Epistolam Pauli esse negant. De hac re copiose disputauimus lib. 2 de templo c. 2. Atque ideo
21 breuiter nunc de illa agendum est. Primum illud responderi non potest, quod Theophylactus putauit: Fortasse (inquit) vt qui optime institutus erat in rebus Iudaicis à Gamalie

Gamaliele, & ex traditione hoc habebat, postquam, hodieque Phariſçorum sectam ex Hebræis tuentes, assentiuntur remita se se habere. Verum tamen primùm non fuit. Cæterum quando erat occultanda arca temporibus Ieremiæ, forsan, inquiunt, reposita sunt & hæc in arca &cæt.

Hoc nonnullis probabile visũm est. Sed dici nõ potest ac multo minus, quod vt probabilius dixerunt Canus lib. 2. de locis Theologic. cap. 11. & F. Michael Medina lib. 6 de recta in Deũ fide. c. 25. & Bellarminus in primo tomo lib. 1. cap. 17. tempore Salomonis non fuisse in arca niſi duas tabulas lapideas, postea in ea quoque repositas vrnam; manna & virgam Aharon, vt melius seruarentur. Non inquam potest hoc responderi, quoniam Paulus, non loquitur de tempore Salomonis, aut Ieremiæ, sed de tempore Mosis, & Tabernaculi: Quare nihil refert tempore Ieremiæ, aut posthac omnia fuisse in arca, si illo priori tempore non fuerunt.

Dicẽdũ potius fuerat, tempore Mosis fuisse hæc in arca sed cùm templum extructum est à Salomone, tantum tabulas lapideas fuisse, vt dixit Ambrosius Catharinus in clauibus scripturæ, in Clauc. 2. & lib. 1. annotationum in commentarios Caietani, ad quem librum lectorem mittit in commentarijs huius loci. At hoc satis constat, ad eludendum vim argumenti excogitatum esse, cùm nihil, aut proferatur, aut proferri possit ex scriptura, aut ex veteribus historijs Hebræorum, & Christianorum, quo hoc commentum nitatur. Scriptura quidem nihil illud adiuuat, semper enim docet tabulas legis fuisse in arca, atque ob id eam arcam testamenti & fœderis, & testimonij vocat: nusquamque in ea traditum est, vrnam, aut virgam in arca seruari.

Iosephus quoque conscius mysteriorum suæ gentis lib. 8. Antiquit. capitul. 2. testatur in arca non fuisse niſi duas tabulas lapideas: & nihil aliud fuisse tempore Mosis satis indicat libr. 3. capitul. 6. & libr. 4. capitul. 8. Et Philo libr. 3. de vita Mosis non longe à principio affirmat arcam fuisse vas legibus destinatum. Deinde

quorsum hæc post Mosem in arcam illata sunt? Quorsum postea elata antequam templum extrueretur? Quod
23 autem placuit Lyrano in cap. 8. lib. 3. Reg. Et Abulensi in idem caput. q. 6. & Caietano in hunc locum Paulo & Cano & Bellarmino locis indicatis, repositas fuisse vrnam, & virgam in quodam latere, siue sinu arcæ, non minus cõmentitium est. Aut enim hic sinus erat intra ipsam arcam atque ita non potuit negari esse in arca quod in illo sinu erat: aut erat extra arcam, atque ita iam non erat in arca quod in illo seruabatur, sed iuxta arcam, aut admotum arcæ, quemadmodum propitiatorium, quo nihil erat arcæ coniunctius, non dicitur esse in arca sed super arcam: & Cherubim, qui ipsum arcæ operculũ pedibus premebant, non erant in arca, sed vt hic ait Apostolus: *Super quæ eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium.*

Sed vnde hunc sinum probant, cùm scriptura Exod. 25. singula, quæ in fabrica arcæ facta sunt, exactè enumeret, itemque Iosephus, nec vsquam hic sinus legatur, aut intelligatur? Nam illud Deuter. 31. quod proferunt:
24 Tollite librum istum & ponite eum in latere arcæ fœderis &cæter. non de externo aliquo latere, aut sinu dictum est, sed de interno, in quo seruatus videtur liber Deuteronomij, atque ità nihil illis suffragatur. Melius autem & probabilius dicimus iussisse Dominum librum Deuteronomij seruari in latere arcæ extrinsecus iuxta arcam, id est, vt arcæ admoueretur: nam vbi nos habemus in latere, in Hebræo est à latere. lxx. verterũt à lateribus. Hoc multo verius est, quoniam 3. Regum. 8. & 2. Paralip. 5. scriptum est, tantum fuisse in arca duas tabulas lapideas: Et ex Iosepho lib. 4. Antiq. cap 8. satis intelligi potest, ita enim ait eandem rem scribens: Hæc volumina & arcam sacerdotibus tradidit, in qua decem illa præcepta in duabus tabulis scripta reposuerat, & præterea tabernaculum. Quam ob rem illud ipsum respondendum esse arbitror, quod in loco prius à me indicato, id
25 est, lib. 2. de templo, cap. 2. respondi, Paulum nequaquã ab historia Regum, aut à libris legis discrepare, quoniam si ver-

Autoris sententia.

si verba Græca intueamur, facile perspiciemus hæc tria non fuisse omnia in arca, sed tabulas lapideas in arca, vrnam, & virgam dumtaxat in Sanctis sanctorum positas fuisse. Itaque cùm dicit: *Inquâ vrna aurea habens manna, & virga Aaron* & exter. *Inquâ*, non refertur ad arcam, sed ad Tabernaculum, quod apud Græcos fœminei generis est, vt diximus. Interpres sæpe, vt solet sæpe, Græcum genus reliquit, quamuis Latino nomini minimè conueniens. Ita fecit psalm. 74. Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto: Et inclinauit ex hoc in hoc, pro ex hoc in hunc scilicet calicem, sed calix apud Græcos neutrius generis est, Sapient. 1. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc, quod continet omnia scientiam habet vocis. Pro *Et hic*, sed Spiritus neutrius Generis est apud Græcos Apocalip. 10. Accipe librum & devora illum, & faciet amaricari ventrem tuum, & in ore tuo erit dulce tamquam mel. Respexit ad Græcum ἐπὶ τὸ κεφάλαιον, Et capitel. 20. Hi sunt duæ oli- 26
væ & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes pro, stantia.

Quod si quis dicat relatiuum referendum esse ad *arcam* & non ad *Tabernaculum* quod remotius est, animaduertat Paulum (vt in hoc ipso cap. n. 11. admonuimus) retulisse illud ad nomen remotius, & nostrum interprete genus nominis Græci posuisse, quod Latino non conueniebat in illis verbis: *In quo erant candelabra, & mensa & propositio panum* quæ dicitur Sancta, vbi *Quæ*, non refertur ad propositionem panum, sed ad tabernaculum. Hoc etiã sæpe fit vt Rom. 1. *Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei*, &c. vbi *Qui*, non refert *Dauid*, sed *Christum*. Cum ergo ita exponimus, id dicimus quod & Paulus, & noster interpres sæpe faciunt. Id etiã dicimus, quod scriptura ipsa docet, quæ locum vrnæ & virgæ non tacuit, nec tamen vnquam arcam esse dixit, sed Tabernaculum, in quo ante arcam posita sunt, id enim significat *coram Domino*. Exod. 16. *Sume vas vnum, & mitte ibi manna, quantum capere potest Gomor, & repone coram Domino ad seruandum in generationes vestras,* 27 *Coram Domino.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

posuitque illud Aharon in Tabernaculo reseruandum. Primum videmus non dictum esse, *Posuitque illud in arca reseruãdũ sed in Tabernaculo.* Deinde dictum esse: *Reponere coram Domino*, Profecto, si esset in arca, non diceretur: *esse coram Domino*: Illud enim dicitur *esse coram Domino*, quod est coram arca, & propitiatorio vbi Deus esse existimabatur, & vnde responsa reddebat siue esset in Sancto sanctorum, siue etiam in Sanctis vt Exod. 27. de candelabro siue Lucerna, Et collocabunt eam Aharon & filij eius vt vsque mane luceat coram Domino. Et cap. 28. pones autem in rationali iudicij Doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore Aharon quando ingredietur coram Domino. c. 30. vret thymama sempiternũ coram Domino id est, coram arca, siue corani propitiatorio.

Quare nusquam tabulæ legis dicuntur esse coram Domino, Quia non erant ante arcam, sed in arca. Et de virga scriptum est num. 17. dixitque Dominus ad Moysem Refer virgam Aharon in Tabernaculum testimonij vt seruetur ibi &cæt. fecitque Moyses sicut præceperat Dominus. Hoc etiam testimonium abũde probat quod diximus, cum enim ait. Refer virgam Aharon in Tabernaculum testimonij vult iterum ferri ad locum, in quo erat prius, non erat autẽ prius in arca, ita enim legimus in eodem cap. loquere filijs Israel & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas à cunctis principibus Tribuum, ponesque eas in Tabernaculo fœderis coram testimonio
28 vbi loquar ad te. Coram testimonio dicit, id est, coram arca, in qua erat testimonium, siue lex quod solet dicere coram Domino, vt in eodem cap. Quas cum posuisset Moyses coram Domino in Tabernaculo &cæter. Erant igitur virgæ in Tabernaculo fœderis coram arca, non intra, & ibidẽ quoq; erat virga Aharõ. Omitto paruã fuisse arcæ lõgitudinem (id est, duorũ cubitorũ & dimidij vt est in Exodi. 25.) vt capere posset virgam, id est, baculum Aharon.

Quare recte Paulus Burgensis in additione huius capitul. 9. affirmauit in arca tantum fuisse duas tabulas lapideas, sed virgam, & vrnam fuisse coram arca: idque intelligi ex Exodi. 16. & Numer. 17. Et Anselmus in hunc

hunc locum Pauli (Seu quis alius fuit) dixit virgã & vrnã non fuisse in arca, sed in tabernaculo. Ad illud igitur, non ad arcam referamus verba Apostoli *In qua vrna aurea* &c. Si cui durum videbitur permutari genera ab Interprete, dicere potest, *In qua*, poni pro *cum qua* (quod læpe in scriptura fieri ostendemus infra n. 48.) vt sit sensus: cum qua arca erant simul in tabernaculo virga & vrna & tabulæ, ac si diceret: non erat tantum arca, sed præter illam erant etiam hæc tria. Quod recte dicitur, etiam si tabulæ essent in arca, sed id brevitatis causa non explicauit. Ipse enim ait: *De quibus non est modo dicendum per singula.*

Sed neque Anselmi respõsio omnino improbabilis est dici hæc esse in arca, quia erant iuxta arcam. In loco enim aliquo esse dicitur, quod est in eo, & qđ in loco contiguo est. Hoc posterius probat ille ex Iohan. 10. Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Porticus enim non erat templum proprie loquendo, sed semper templum vocatur quia adiuncta erat templo. Ita dictũ est Ioh. 1. Hęc in Bethania (seu potius in Bethbara) facta sunt trans Iordanem, vbi erat Iohannes baptizans. Nec tamen in ipsa vrbe baptizabat, sed prope illam, in loco, in quo erant aquæ multæ. Et Lucæ. 13. Dominus de morte sua ait: Non capit prophetam perire extra Ierusalem, cum tamen ipse non fuerit mortuus in Ierusalem, sed extra, prope illam quia vt ait Apostolus ad Hebr. 13. Extra portam passus est. His modis solui potest hæc quæstio satis probabiliter: lector quem volet, eligat: mihi primus, vt scilicet, relatiuum. *Inqua* non *arcam*, sed *tabernaculum* referat, firmior & certior videtur.

Quæ fronduerat.] Hoc est, quæ germinauerat, vt eo miraculo constaret omnibus, Aharon electum fuisse à Domino vt pontifex esset. Historia est in libro Num. cap. 17. vbi ait Moses. Sequenti die regressus vidi germinasse virgam Aharon in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt. Quare cum noster interpres pro βλαστήσασα, vertit *quæ frondnerat*, non frondes tantum, sed etiam amygdalas

habuisse intelligendum est. Amygdalasque tulit, quia baculus ipse amygdalinus erat vt docet Iosephus lib. 4. Antiq. cap. 4.

Superque eam erant Cherubim gloriæ : Videtur hoc adversari ijs, quæ ante diximus. Cum enim dicit *Super eam* arcam intelligit, super quam erant Cherubim. Quod si hic arcam intelligit, eandem ergo intelligebat, cùm dixit: *In qua vrna aurea habens manna &cæt.* Ad hoc eodem modo respondere possumus permutatum esse ab Interprete genus, & pro neutro, positum fœmineum, quod erat in Græco. Cùm enim dixisset. *Et tabulæ testamenti*, id est, διαθήκης, continuo addit: *Superque eam erant Cherubim*: sicut si dixisset: Et tabulæ legis *Superque eam*, id est, super legem: Mysterij autem causa dictum videtur super legem esse propitiatorium, & Cherubim, quoniam nec propitiatio, nec societas Cherubim datur nisi obseruantibus præcepta decalogi. Poni autem legem, siue testimonium quod idem est, pro arca ipsa continente legem vsitatum est, vt Num. 17. Ponesque eos in tabernaculo fœderis coram testimonio. Et Exod. 30. (quod maxime solutionem nostram confirmat) ponesque altare contra velũ quod ante arcã pẽdet testimonij corã propitiatorio, quo tegitur testimonium, Et Moyses dicit propitiatorium esse super legem. lit. c. 27. vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij extra velum, quod oppansum est testimonio.

29

Lex. Testimonium.

Nihil etiam prohibet dicere, cum Apostolus scripsisset: *Aureum habens Thuribulum, & arcam testamenti circum tectam ex omni parte auro*, per parẽthesim interposuisse illa, *In qua vrna aurea habens manna & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ testamenti*, & iterum ad arcam redire nunc, cum ait: *Superque eam erant Cherubim gloriæ*. Dixit autem *Cherubim gloriæ* more Hebræo, id est, Cherubim glorioſi sicut interpretati sunt Chrys. & Theophylactus, id est, habentes multum maiestatis, quæ eos venerabiles reddit. Dicitur enim gloria in vna quaq; re, quid quid eam magnificat, & præclaram, ac venerabilem reddit, sicut latius exposuimus in capitul. 14. Hosee. numer. 16.

30

Gloria.

Erant

Erantque Cherubim aurei, quasi pueri alati stantes super arcam, se mutuo aspicientes, quales nunc pinguntur angeli. De his diximus multa libr. 2. de templo capitul. 6. vide Exod. 25.

Obũbrantia propitiatorium.] Cherubim alis expansis tegebant propitiatorium. Est autem propitiatorium, tabula aurea, qua arca testamenti tegebatur. Dicitur propitiatorium, quasi locus placationis, quia ibi Deus Mosi apparens, & cum eo loquens placabatur, & propitiabatur populo suo. Lege. c. 25. Exod. id ehoc diximus lib. 2. de templo, capite. 4.

De quibus non est modo dicendum per singula.] Hoc est, hæc omnia plena sunt misterijs, sed non sunt à me omnia explicanda, satis erit ea attingere, quæ ad institutum nostrum pertinent.

His vero ita compositis.] In Græco est: ita paratis & factis. 31

Interiori quidem Tabernaculo semper introibant sacerdotes.] Semper dicit, id est, omnibus diebus, vt ex hoc magis intelligatur, quanto venerabilius & augustius esset secundum illud Tabernaculum, id est, Sancta sanctorum, in quod non sacerdotes, sed solus pontifex introibat, nec is quidem singulis diebus, sed semel singulis annis.

Sacrificiorũ officia consummantes. Consummare, hoc est τελειῶν, dicere solet, pro eo quod est facere, vt cap. 8. sicut responsum est Moysi cùm cõsummarer Tabernaculum, id est, cum facere vellet, sicut suo loco exposuimus. Et postea: Et consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum. Idem verbum est in Græco. 2. Cor. 7. vbi ait: Perficientes Sanctificationem in timore Dei. Ita igitur in his locis dicitur consummare, aut perficere, vt finis intelligatur operis, nec tamen principium excludatur. Aliàs vero ita hoc verbum ponitur vt finis tantũ & vltima manus imposita intelligatur, vt Roma. 15. Hoc igitur cùm cõsummauero, & assignauero eis fructum hunc &cæt.

Cõsũmare.

Sed quæstio ex his verbis oritur, cur Paulus dicat: sa- 32

Universidad de Deusto
Biblioteca

crificiorum officia consummantes, cùm in priori parte Tabernaculi, quæ dicebatur Sancta, nulla sacrificia fierent, tantum enim erant in ea candelabrum & mensam propositionis, & inter hæc duo, altare thymiamatis, & sacrificia offerebantur extra secundum velum, & extra tabernaculum ipsum in illa parte atrij, quæ erat ante Sancta, vbi erat altare holocausti. Hæc quæstio in Græcis verbis nulla est, nam pro sacrificiorum officia est cultus, aut culturas, vt vertit initio huius capitis: cultus vero consummabant sacerdotes componentes lucernas candelabri, & aromata incendentes, & panes propositionis sabbatis mutantes. Id etiam in translatione Syriaca perspicuum est, quæ habet: Peragerent ministerium suum. Atque idcirco Chrysostomus & Theophylactus, & Oecumenius nihil de hac re dixerunt. S. Thomas censuit sacrificia hic vocari incensionem aromatum & deuotionem offerentium.

33 Nos quidem facile respondere possumus prius tabernaculum ita dici nunc ab Apostolo, vt etiam locum altaris holocausti, & sacerdotium complectatur. Quod si quis obijciat priorem partem Tabernaculi definitam esse à Paulo eam, quæ intra primum velum est, cum dixit: *Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur Sancta.* Quoniam si ita sumpsisset; vt nunc dicimus, non poterat præterire altare holocausti, quod in eo loco est: respondebimus Apostolum non agere de omnibus, sed de insignioribus, sicut ait: *De quibus non est modo dicendum per singula.* Atque ideo nec meminit atrij illius, in quo erant sacerdotes neque altaris holocausti aut labri ænei, sed has duas partes quasi vnam numerans & nomen principalioris ponens, ea tantum, quæ in illa erant, commemorare voluit.

Et quidem si Apostoli mentem intueamur, omnino pertinet ad eius institutum loqui de atrio & altari, quoniã status legis veteris significabatur priori Tabernaculo propter hostias maxime, quæ offerebantur, sicut ait: *Adhuc priori Tabernaculo habente statum. Quæ parabola est temporis instantis, secundum quam munera, & hostiæ offeruntur*, &cæt.

Hostiæ

Hostiæ autem in altari illo immolabantur. Respondere etiam possumus nostrũ interpretem acute sensum Apostoli reddidisse, eodemque modo semper primũ tabernaculũ accepisse. Non enim dixit, sacrificia consummantes (quod non inepte etiam dicere potuit,) sed sacrificiorum officia cõsummãtes, propterq; accepit verbũ *Cõsummãtes.* 34 Etenim sacerdotes extra tabernaculũ primũ sacrificabãt tam summus, quã minores. Sed sacrificiorum officia consummabãt in illo, nec illa officia finiebãtur, donec ingrederentur in primum tabernaculum: sic pontifex vitulum immolabat ad ostiũ tabernaculi, in altari scilicet, holocausti, vt videmus Leu. 4. Et addit Moses: Hauriet quoque de sanguine vituli inferens illũ in tabernaculum testimonij. Cumque intinxerit digitum in sanguinem, asperget eum septies coram domino cõtra velum sanctuarij, ponetque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis Et postea: Immolatoque vitulo in conspectu domini, inferet sacerdos, qui vnctus est, de sanguine eius in tabernaculum testimonij. Similiter minores sacerdotes immolatis victimis vespere introibant in tabernaculum primum incẽsuri aromata coram domino & compositi lucernas. Exod. 30. Et adolebit incensum super eo Aharon suaue fragrans mane. Quando componet lucernas, incendet illud & quãdo collocabit eas ad vesperum, vret thymiama sempiternũ corã Domino in generationes vestras. Quanuis autem de Aharon nunc loquatur, commune illi erat hoc ministerium cum filijs suis, vt docemur capitul. 27. eiusdem libri.

Quod magis à Philone explicatur in libello de victimis 35
his verbis: Institutum est etiam vt quotidie bis adolerentur odoramenta fragrantissima in ara, quæ intra velum est, oriente sole, occidenteque ante matutinum, & post vespertinum sacrificium & cæt. Cum ergo singulis diebus post omnia sacrificia sacerdotes ingrederentur in tabernaculum aromata incensuri, rectissime noster interpres vertit: *In priori quidem tabernaculo semper introibãt sacerdotes sacrificiorum officia consummantes:*

Adde quod sacrificium dicitur in lege non solum cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

hostiæ mactantur, sed etiam cum aromata incenduntur, aut panes & quiduis aliud simile offertur, vt Num. 16. Iratusque Moyses valde ait ad dominum: Ne respicias sacrificia eorum. Quæ autem sacrificia intelligat paulò post indicat cùm ait. Tollite singuli thuribula vestra & ponite super ea incensum offerentes domino, & cæt. Leu. 6. Decimam partem Oephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, & cæt. Et tota cremabitur in altari: omne enim sacrificium sacerdotum igni consumetur. Et capit. 7. omne sacrificium similæ, quod coquitur in Clibano, & cæt. Et
36 λατρεία, quod in hoc loco est apud Paulum, non solum sacrificia animaliũ significat, sed omnẽ etiam cultum, qui Deo exhibetur, vt Iohan. 16. Sed venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare Deo. Roman. 9. Quorum adoptio est filiorum, & gloria & testamentum, & legislatio, & obsequium, pro obsequiũ est illa vox Græca: & in hoc ipso capite dixit Apostolus de veteribus sacerdotibus: Qui exemplari, & vmbræ deseruiũt cœlestium. Non autem deseruiebant tantummodo, cùm hostias cædebãt, sed etiam cùm reliquas etiam oblationes proferebant.

In secundo autem semel in anno solus Pontifex. In die videlicet festo expiationum vt est in Leu. capit. 16. qui celebrabatur die decimo septimi mensis. Leu. 23. Eo die põtifex ingressurus in sancta sanctorum, immolabat vitulum orãs pro se, & pro domo sua: Et pro peccato populi offerebat hircum, quorum sanguinẽ inferebat in sancta sanctorum, & eo aspergebat illa atque mundabat. Ritus horum omnium describitur Leuit. 16. Et quoniam sanguis ille figura erat sanguinis Christi, quo omnia erant emundanda, obiter id subindicans Apostolus dixit, *Non sine sanguine*. Quod autem putauit Augustinus, quæstione. 133. in librum Exodi pontificem quotidie introisse in sancta sanctorum ad inferendum incensum, refellit hic Theophylactus & merito, sed Augustinus, quia credit altare thymiamatis fuisse in sanctis sanctorum, necessario id dicere debuit. At scriptura manifeste docet altare hoc fuisse extra velum quo tegebantur sancta sancto-

sanctorum. Exod. 30. Et apertius Exod. vltimo. Et Leuit. 16. Quod nos latius confirmauimus libro. 2. de templo, capit. 8. similiter explodendum est, quod ait Glossa sæpe quidem sine sanguine introibat, sed cum sanguine non nisi semel.

Pro sua & populi ignorantia.] In Græco est *offert*, & ita legendum est, & pro *Ignorantia Ignorantijs*. Similiter plurali numero legitur in translatione Syriaca *Pro erratis*. Erat quidem hostia, quæ offerebatur proprie pro peccato per ignorantiam admisso, & alia pro peccato admisso scienter, de quibus scriptum est Leuit. 4. & 5. Nunc tamen omnia peccata vocat, *Ignorantias* more scripturæ. Hostia enim, quam in die expiationum põtifex offerebat, non immolabatur, pro peccato in scienter admisso, vt intelligitur Leu. 16. Ita dictum est Psalm. 24. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Et Canticum Habacuc cap. 3. Inscribitur: *Pro ignorantijs*, in quo orat propheta ne propter peccata Iudæorum Christi aduentus differatur. Quod nos latius in idem caput confirmauimus, num. 1. & 2. & 3. In quo omnes veteres interpretes præter Theodotionem vsi sunt eodem vocabulo quo nunc Græcus Pauli interpres vtitur. Vndique autem Paulus ansam arripit, vt sacerdotium Christi melius esse doceat Leutico, quia Christus non pro peccatis suis obtulit, quæ nulla habebat.

Hoc significante Spiritu sancto nondum propalatam esse sanctorum viam, & cæt.

Dum vetat spiritus sanctus quemquam ingredi in san- 38
cta sanctorum præter pontificem, idque semel singulis annis. Hoc tacite indicat, dũ durabat status veteris legis, nondum apertam esse viam cœli, quod significabatur per sancta sanctorum, illaque aperienda erant per sanguinem Christi, atque ita vt Christus expirauit, velum templi scissum est à summo vsque deorsum. Matth. 27. Et sicut sancta sanctorum figura erant cæli, ita sancta figura erant status huius vitæ, quem tunc habebat populus Dei, id est, legis in qua erant, & sacrificiorum, quæ illo in loco consummabantur, vti diximus, num. 34. & 35. Sacerdotes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dotes, qui in eo ministrabant, tam minores, quàm summus, nō introibant in sancta sanctorum, quoniam per sua sacrificia non poterant hominibus cælos aperire, vt ipse Apostolus continuo exponit. Quod autem Pontifex semel ingrederetur non sine sanguine, significabat cœlū esse aperiendum sanguine summi pontificis Christi. Itaq; quod ait: *Priore tabernaculō habente statum*, quod more Græco dictum videtur, *Nihil aliud est, quàm. Manente priori tabernaculo*, Siue vt vertit Syriacus: *Quandiu stabat prius tabernaculum. Quæ parabola est temporis instantis*. In Græco apertius est. *Quæ parabola in tempus, quod præsens*. Quæ verba aliter à Theophylacto & Oecumenio exponuntur, quàm ipsa Latinis auribus sonare videantur. Etenim relatiuum, *quæ*, referunt ad prius tabernaculum, quod vt sæpe diximus, apud Græcos fœminei generis est. Iuxta quam sententiam dicendum esset, interpretem more suo genus nomini Græco conuenientis retinuisse. Et est sensus: quod tabernaculum prius *Parabola est*, id est, similitudo & figura temporis illius, quod tūc instabat, id est, præsens erat, quoniam, quæ in illo tabernaculo fiebant, non consummabant homines, nec cælum illis aperiebant. Possumus etiam sine vlla generis muratione ita interpretari, *Hæc parabola temporis instantis est*, id est, quod hac parabola & similitudine prioris tabernaculi significabatur, illud ipsum erat, quod eodem tēpore fiebat. Syriacus: *Erat autem hoc exemplar pro tempore illo*: Itaque *temporis instantis*, est temporis tunc præsentis, Solet enim interpres dicere *instans*, pro eo, quod est præsens, vt. 1. Cor. 7. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem: in Græco propter præsentem necessitatem. Et Chrysostomus similiter accepit, ita enim ait: Quod nam dicitur *tempus*? Quod ante Christi aduentum fuit. Post aduentum enim Christi, nō iam est tempus præsens, Quod ab Apostolo vocatum est, ἐνεστηκώς, ipse interpretatur, ἐνεστῶτος. Rectè etiam *instant tempus*, dicimus imminens, & iam adueniens. Eodē enim verbo vsus est Paulus 2. Thessa. 2. cùm dixit: Quasi instet dies domini. Et quoniam vtitur verbo præteriti temporis interpretari possumus: Temporis, quod tunc institit, aut, quod

instabat, sed veniente Christo finitum est, vt ait Chrysostomus. Itaque tempus illud & *præsens* appellari potuit, quia iam erat tempus legis, & *instans* dicetur, quia cum tabernaculum factum est incipiebat lex & multæ victimę post illud erant immolandæ.

Illud non prętereundum quod à Budæo in commentarijs linguę Græcæ diligenter adnotatum, & Demosthenis in oratione de corona, & Isocratis ad Philippum autorita confirmatum est, iuxta eiusdem linguę proprietatem dici, πόλεμος ἐνεστηκώς, bellum iam commissum, & cæptum, quare eleganter exponemus hic in tempus, quod iam cœperat, id est, in tempus legis.

Vitiosę ergo in bibliis regijs, & in Cōplutēsibus additū est in hoc loco, εἰς τὸν καιρὸν, & cæt. id est, in hoc tempus instās, & cōtra quod Chrysostom⁹ & Theophylactus legerunt, & in correctis codicibus legitur, loquens enim de tempore, quod iam præterierat, non potuit dicere, In hoc tempus. Quare falsa est etiam expositio glossæ Interlinearis, *Temporis instantis*, id est, quod nunc est. *Parabola* autem in verbis dici solet, cùm est oratio obscura & plena similitudinibus, vt latius explicauimus in capitul. 2. Michææ. num. 8. 9. & 10. sed nunc Apostolus in rebus eam posuit, ac si diceret: constitutio illa tabernaculi primi, & ingressus sacerdotū in illud, nihil aliud erant quàm obscura quædam similitudo eorum quæ in illa lege semper futura erant. *Parabola.*

Iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, & cæt. In codicibus Græcis & apud Chrisostomum & Theophylactum legitur *Secundum quod*, & refertur ad *tempus*, ac si diceret: Parabola fuit temporis illius, in quo munera & hostiæ, quæ offeruntur, non possunt hominem iustificare, nec cœlum ei aperire. Eodem modo legit Syriacus. Atque ita dicendum videbatur, nostrum interpretem posuisse, *Iuxta quem*, relicto vt solet genere nominis Græci, quod Latino non conuenit, nam vox Græca quæ significat. *tempus*, masculinum nomē est. At nihil necesse est hoc dicere, nam etiam Oecumenius legit, *Secundum quam*, & exponit, *Secundum quam* similitudinē, & secundum quem typum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

typum, & Græcè dixit, *Secundum quam parabolam*. Hoc est Munera & hostiæ quæ offeruntur, similitudini huic deseruiunt, & conueniunt, nam vt sacerdotes non poterant ingredi in sancta sanctorum: Ita neque sacrificia, quæ offeruunt, possunt iustificare homines & in cœlum inducere. De muneribus & hostijs diximus cap. 8. num. 7. & 8.

Quæ nō possunt iuxta cōscientiā perfectū facere seruientē.]Sacrificia & ceremoniæ legis possunt corpus emundare, & homines mundos reddere, vt ab aliorū conuictu & contactu rerū non arceātur: at iustos reddere non possunt, idest, τελειῶσαι, quod nunc dicit, perfectū facere, & solet vertere, consummare. *Iuxta conscientiam*, id est, secundum interiorem hominem, vt ait Theophylactus, aut secundum animam, vt Oecumenius. Conscientiam bonam habere dicitur, qui iustus est, quia nullius peccati sibi cōscius est, vt. 1. Tim. 1. Habens fidem, & bonam cōscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. Et cap. 3. Habentes mysterium fidei in conscientia pura. Contra, qui est in peccato, conscientiam habet impuram, aut malam. Tit. 1. sed inquinatę sunt eorum, & mens, & cōscientia. Heb. 10. Aspersi corda à conscientia mala. Sacrificia ergo emundant corpus, non conscientiam, quia si mala sit, bonam eam facere, non possunt. *Seruientem* autem vocat eum, qui offert, & qui illis sacrificijs, & ceremonijs Deum colit λατρεύοντα, Syriacus: *Quæ non poterant perficere cōscientiam illius, qui offerebat, eas*: sed hoc statim magis explicabimus.

Cōscientia bona & mala.

43

Solummodo in cibis & in potibus, & cæt. Apud Latinos pendere videtur oratio, & perfectum sensum non habere, dicit enim *incibis, & in potibus*, & cæt. *vsque ad tempus correctionis impositis*, & nihil prætereà. Apud Græcos non pendet, nō enim legitur: vsque ad tempus correctionis impositis, sed *imposita*, vt sit sensus. Hæc sacrificia, & hæ ceremoniæ non purgabant animam, sed imposita & præcepta erant, donec veniret Christus, qui alia meliora institueret. Ita legūt Chrysostomus, Theophylact⁹, Theodoretus, Oecumenius. Ita etiam Syriacus. Sed aliter habuerunt codices,

44

quos noster interpres secutus est, & ad sensum nihil refert

fert ita, an ita legas, vt mox dicemus.

Locus est multo difficilior, quā primo aspectu apparet, nō enim de vniuersa lege loquitur, sed de muneribus & hostijs, quibuscū difficile est cōiungere cibos & potus, & varia baptismata. Quod tamē, ac si apertū esset, ab expositoribus prętermissum est. Atque hoc iure mouere debet omnes; videtur enim superuacaneum esse illud. *Incibis & potibus*, & cæt. Quid enim ad rem pertinet? aut quorsum sacrificijs adiungitur? Si diceret: Munera & hostiæ non possunt perfectum facere offerentem: aut, cibi, & potus, & varia baptismata nō possunt perfectum facere hominem, rectè omnia constarent. At quomodo hæc copulētur, magna quæstio est: Poterant enim munera & hostię institui, quæ iustificarent, etiam si cibi & potus & baptismata, non iustificarent.

Ex huius loci enarratoribus, multi subaudiri volūt hæc: *Lex vetus consistebat solummodo in cibis*, & cæt. at quid de lege dixit? qua aut scripturæ, aut aliorum librorum consuetudine subaudiantur tot verba, quorum nullum positum fuerat? Multi etiam iungunt hæc verba, *solummodo in cibis*, & c. Cum *seruientem*. Sed quis hic seruiens est? sacerdos ne an populus, siue Iudæus? Si sacerdos sit? Nō seruiebat ille solummodo in cibis, & potibus, sed in sacrificijs, & in cæteris, quæ ad Dei cultum fiebant in templo: si populus? Aut homo Iudæus: in multis etiam alijs seruiebat, vt in expletione præceptorum Decalogi, in operibus caritatis & virtutum, quæ in lege præcipiebātur, in legibus iudiciorum, in oblatione victimarum pro peccato, in celebratione sabbati, & dierum festorum.

45

Mihi videtur locus difficillimus, haud incōmodè explicari, si dicamus *in* valere idem quod *cum*, vt sit sensus: Iuxta hanc similitudinem munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt hominem perfectum facere, solummodo cum cibis & potibus, & varijs baptismatibus, & cæt. ac si diceret; Ipsa per se infirma sunt, neque habent, vnde virtutem accipiant, quoniam cætera, quæ in lege præcipiuntur, magna ex parte ad vsus ciborum, & potuum, & oblationum variarum pertinent; quæ cum corporea sint, animum

Universidad de Deusto
Biblioteca

46 mum purgare non possunt, quæ *Seruientem*, siue *Colentem*; Sacerdotem interpretamur, tum etiam quemlibet ex illo populo, aut etiam totum populum, vterque enim sacrificijs Deum colit, & vterque offerre dicitur, vt ex Leu. 4. & 5. & ex alijs locis legis facile intelligitur, nō autem iungimus *Seruientem* cum *solummodo in cibis*, & cæt. sed Munera & hostiæ non possunt perficere hominem, quia solummodo habēt sibi adiuncta ea, quæ ad cibos & potus spectant, quæ corporū sunt, non animorum.

At dices: alia multa præcipiebantur in lege. Fateor, at nō de omnibus legis præceptis necesse habuit loqui Apostolus, sed de illis, quæ ad munditiam pertinebant. Et nec præcepta iudicialia, nec vero moralia instituta sunt ad emundationē hominis, nec poterant primam gratiam cōferre. Quod adeò verum est, vt ipsa decalogi præcepta Paulus appellauerit, 2. Cor. 3. literam occidētem, & ministrationem mortis. *Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria*, & cæt. Et ceremoniæ institutæ
47 ad emundandum, non animum, sed corpus emundabant, sicut ait cap. 10. *Impossibile est enim sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata*. Et in hoc capite 9. aperte indicat agere se de ceremonijs institutis ad emundationem. Et cum præcipuas commemoret, solā carnem eas emundare docet. *Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis*, & cæt.

Supereſt ad plenam huius loci intelligentiam, vt ostendamus, non esse ab scripturæ consuetudine alienum *in*, accipi pro *cum*, vt hic accipi diximus: Ita dictum est Gen. 32. *In baculo meo transiui Iordanem istū*, & hunc cum duabus turmis regredior, id est, cum baculo meo. Nullum comitem habui, cùm Iordanem transiui præter baculum meum Caldæus solus transiit Iordanem istum. Hosee. 4. propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cœli, sed & pisces maris congregabuntur, id est, simul cum bestia agri, & cum volucre cœli vt verterunt Lxx. 2. Pet. 1. Vos
48 autem curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem

Inpro Cum

tem abstinentiam, & cæt. Hoc est, cum fide virtutem, cum virtute scientiam, cum scientia abstinentiam. Et Psalm. 2. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. In Græco & in Hebræo est: In timore; & in tremore, & tamen Interpres non dubitauit vertere, cum tremore. Sine autem legamus, *Impositis*, siue *Impositis*, nihil refert, idem enim sensus est. Munera & hostiæ impositæ cum cibis & potibus & cæt. aut munera & hostiæ cum cibis & potibus & cæt. impositis vsq; ad tempus correctionis. Nunc ad singula redeamus.

In cibis,] Mundus enim censebatur, qui mundis cibis vesceretur; immundus, qui immundis: de quibus copiosè agit lex Leu. 11.

Et in potibus. Chrysostomus affirmat nihil de potu dixisse legē. Et Theophylactus quærit, cur dixerit, *Et in potibus*. cùm de potuum differentia nihil scriptum sit in lege; & ad sacerdotes refert, qui ministraturi in tabernaculo à vino abstinebant, vel ad Nazaræos, qui votum faciebant de abstinentia. Hoc & nonnulli præterea sentiunt, nihil de potu præscripsisse legem. At sicut cibi erant in lege mundi, & immundi, ita & potus. Leuitici enim, i. e. immunda censentur vasa, in quæ aliquid de immundis cadaueribus incidebat. *Et super quod ceciderit quidquam de morticinis eorum, polluetur, tam vas ligneum & vestimentum*, & cæt. Et postea: *Vas autem fictile, in quod horum quidquam intrò ceciderit, polluetur, & ideirco frangendum est*. Quo fiebat, vt aqua, vel vinum similiter polluerentur, quia erant in huiusmodi vasis. *Omnis*, inquit, *Cibus, quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua* (scilicet, quæ erat in huiusmodi vasis.) *immundus erit: Et omne liquens, quod bibitur de vniuerso vase, immundum erit*. His addenda videbantur ea quæ dixit Theophylactus: Legimus enim Leu. 10. Dixitque dominus ad Aharon: vinum & omne, quod inebriare potest, nō bibetis tu, & filij tui; quando intrabitis in tabernaculū testimonij: ne moriamini: ideo præceptū sempiternum est in generationes vestras. Et de Nazaræis Num. 6. à vino, & omni, quod inebriare potest, abstinebunt. At si accuratius rem

49

V intuea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

intueamur ipsi quidem peccabant, si vinum bibebant, vinum autem non fiebat immundum. Itaque immunditia legis nulla contrahebatur.

Et varijs baptismatibus.] Varijs ac multiplicibus baptismatibus, id est, ablutionibus vtebantur Hebræi ad emundationem suam, & se & vestes suas sæpe abluentes: de quibus passim legimus in libris legis vt Leu. 11. & 15. & Num. 19. denique Marcus capit. 7. ait. Pharisæi enim, & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum: Et à foro nisi baptizentur, non comedũt. Et alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare baptismata, calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum.

50 *In iustitijs carnis.*] In Græco est, iustificationibus quod vocabulũ initio huius capitis exposuimus, & præcepta significare diximus. Vbi & Apostolus ait: *Habuit quidem, & prius iustificationes culturæ.* Et nunc licet interpres verterit, *Iustitijs*, idem valet, vt psal. 18: Iustitiæ domini rectæ lætificantes corda, præceptum domini lucidum illuminans oculos. Ps. 17: Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius nõ repuli à me, Quibus in locis Lxx. posuerunt hanc eandem vocem Græcam. Hieronymus verò vertit præcepta. Cur autem dixerit *in iustificationibus carnis*, Theophylactus ita exponit: Hæ autem iustificationes fuerunt carnis, hoc est, mandata carnalia, carnem purgãtia & cæt. Cum dicit, *carnis*, opponit id ei, quod ante dixerat, *Secũdum conscientiam*, vt emundatio carnis sit exterior emundatio, qualis in lege dabatur ijs, qui immundum quippiam tetigerant; illis enim externis purgationibus non assequebantur, vt *secundum conscientiam*, id est, mente puri essent, sed vt mundi censerentur, & tabernaculum, seu templum cum mundis adirent, & vt ea, quæ munda erant, possent tangere.

Iustitiæ præcepta.

51 *Vsque ad tempus correctionis impositis.*] Quoniam quæri poterat, cur Deus talia præcepta dedisset, quæ homines non intrinsecus, sed extrinsecus, emundarent: respondet Apostolus non fuisse illa data, vt perpetuo seruarẽtur sed

sed donec Christus veniret, & meliora atque vtiliora daret. Tempus autem Christi & legis Euãgelicæ vocat *Tempus correctionis*, quo ea quæ in lege fuerunt, corrigenda erant, hoc est in meliora, mutanda: Non enim erant illa quidem mala, sed infirma erãt, nihil enim ad perfectum adduxit lex, & supplendum à Christo fuit, quod illis deerat. Theophylactus: *Ad tempus correctionis*, hoc est, ad Christi vsque aduentum, qui hæc emendaturus erat, ac verum & spiritualem Dei cultum introducturus. *Correctionem* Græcus interpres vocauit διόρθωσιν, de quo vocabulo ita loquitur Ambrosius Catharinus: significat propriè quandam erectionem iuxta Budæum; quando quis labundus aliquid apprehendit, quo se possit erigere. Talis erat Christus, sine quo nutabant Iudæi: quem qui apprehendit & eius mandata custodit, secure in eo innititur.

Hæc Catharinus, quæ ego adnotaui, nequis autoritate 52
fortasse Budæi corrigendam translationem nostram putaret. Neque enim Budæus, aut quiuis alius vnquam negauit ea voce significari correctionem, cum διόρθωμα, & διόρθωσις, Budæus ipse in eodem loco, id est, in commentarijs linguæ Græcæ docuerit esse corrigere: Sed docet διόρθωσιν, etiã dici cũm quis casurus aliquid nanciscitur, quo se erigat: quod verum est. At in verba Apostoli non admodũ quadrare videtur hæc interpretatio, cũ ille non de Iudæis, sed de præceptis legis verba faciat, quæ casura non se erexerũt, neq; à Christo erecta sunt, sed penitꝰ ceciderũt. Correcta autẽ rectè dicuntur, quoniam in melius mutata sunt, atq; idcirco Græci expositores correctionem atque emendationem interpretati sunt. At videtur neque correcta dici posse: permanet enim quod corrigitur, licet quædam in eo mutentur, vt verbi gratia, cum Alexander (vt in eius vita scribit Plutarchus) Illiadem Homeri accepit, eo verbo Græco vt ens dicit cũm correcta esset ab Aristotele, permansit opus, loci quidam in eo emẽdati sunt. At præcepta legis omnia perierunt.

Sed respondẽdũ est, correcta dici, quia, licet ipsa perie- 53
rint: manet tamen quod illa promittebãt, & quodãmodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

hac ratione, & ipsa permanent. Sed non est in hac re laborandum, cùm recte dicantur corrigi, quæ in melius mutantur, etiam si pereant, & contraria illis indicantur; vt si aliquem dicamus correxisse auaritiam, aut libidines, aut vitia ciuitatis. Esther. 8. Obsecro vt nouis Epistolis veteres Aman literæ, insidiatoris & hostis Iudæorum, quibus eos in cunctis prouincijs perire præceperat, corrigantur. Corrigit etiam, qui ea quæ desunt, addit. Vt Tit. 1. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros. Atque hoc omnino est, quod nunc vult Apostolus: & eodem verbo vsus est, pro *Corrigas*.

54 Et quod ait impositis, Theophylactus & Oecumenius dictum docent, quia lex graue iugum fuit, proferuntque illud ex Act. 15. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus.

Christus autem assistens pontifex, &c cæt. Quoniam dixerat vsque ad tempus correctionis, nunc quodnam tempus illud sit, exponit, & quomodo Christus correxerit ea, quæ deerant veteri legi, & eius sacerdotio, ac sacrificijs. Pro eo, quod interpres dixit, Assistens in Græco, vt omnes interpretatur est Accedēs. Interpres solet vertere venies: vt Marci. 14. Et ad huc eo loquente venit Iudas Iohan. 3. Et veniebant, & baptizabantur. Et capitulo. 8. Et diluculo iterum venit in templum. Ex quibus intelligitur satis, *Assistens*, idem esse, quod veniens, siue accedens. Sed apertius ex. 1. Corin. 16. Cum autem præ-
55 sens fuero, quare cū sit hoc loco verbū præteriti tēporis, idē est, ac si diceret, cùm præsens fuisset Christus. Sed interpres dixit, *Assistens*, quia præteriti temporis significatio, quæ non indicabatur, si verteret *veniens*, aut *accedens*, exprimitur, cùm dicitur *Assistens* quia, qui assistit iam venerat. Quod dictum est in hunc sensum. Christus non accessit, non astitit ad sancta sanctorum, & intrare non potuit, sicut reliqui Sacerdotes, sed affuit, & astitit, & introiit, vt verus pontifex in sancta sanctorum cælestia, ideo enim pontifex appellatur Theophylactus: Nō dixit autem, factus, sed, accedens pontifex: hoc est, In hoc ipsum veniens. Non prius accessit, & deinde casu ita eueniente factus est pontifex, sed scopus cur in terram deueniret, pontificatus erat, &c.

Futurorum bonorum.] Hoc est, vt nobis pontificatu suo futura bona compararet. Futura bona dicit ea, quæ Christus nobis meruit, maxime gratiam, & gloriā. Cum enim tempus legis appellasset *tempus instans*, tempus redemptionis vocauit *futurum* vt ait Theophylactus. Hæc autem bona sacerdotium vetus hominibus comparare non potuit. Quod si *futura bona*, intelligere vellimus bona cœlestia, id est vitam beatam, in illis etiam gratiā contineri dicemus, sine quibus obtineri non possunt. Sed acutior est interpretatio Theophylacti.

Per amplius & perfectius tabernaculum.] Opponit Chri- 56
stum pontificem nostrum veteri pontifici & omnia quæ in illo præcesserunt, ostendit plenius & melius expleta ol se in Christo. Hoc primum est. Pontifex ingressurus in sancta sanctorum, transibat per primum tabernaculum: Christus idem fecit, ingressurus in cœlū, trāsiuit per aliud tabernaculum, *Amplius*, id est, maius vt constat ex Græco. *Et perfectius* illo, per quod transibat pontifex.

At quodnam hoc tabernaculum sit, difficillime explicatur. Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius corpus Christi esse hoc tabernaculum affirmant: Theodoretus & Primasius, & Haymo, humanam Christi naturam. Carnem autem Christi dicūt esse *maius* siue *amplius* tabernaculum, quia in ea est Deus Verbū & omnis Spiritus sancti plenitudo: *perfectius* autē eo quòd maiora faciat, & accedentes ad se perficiat. Hæc expositio non parum iuuari videtur verbis sequētibus, *Non manufactum*, id est, *Non huius creationis*, quia caro Christi non fuit virili opera concepta vt reliquæ, sed virtute spiritus sancti.

Hoc tamen inexplicatum reliquerunt Scriptores, quos 57
nominaui; quorsum Christus dicatur per corpus suum ingressus esse in sancta, quomodo per corpus suum transierit, sicut pontifex transibat per tabernaculum: aut quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi tabernaculo commune sit cum corpore Christi: non enim corporis Christi typum gerere primum tabernaculum Apostolus docuit, sed statum veteris legis cum dixit: *Hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam adhuc priore tabernaculo habente statum.*

Alij hoc tabernaculum volunt esse cœlos, vt Sanctus Thomas, Alij Ecclesiam vt Caietanus, Catharinus beatissimam Virginem Mariam esse dixit. Sed qui hæc dicunt, oportet in sua quisque expositione eadem ostendat, quæ in expositione Chrysostomi & Græcorum desiderari diximus: fortasse enim aut nullo modo aut nimis violenter ostendent.

Chrysostomum igitur, & Theophylactum sequendos censeo, atque ea, quæ illi prætermiserunt, ita forte haud incommode explicabuntur. Docere nos vult Apostolus
58 summū Christi amorem in nos, & vim magnam eius sacrificij, qui corpus suum pro nobis obtulit, & multa in eo passus est: Ex quo & immensus amor ostenditur, & sacrificij virtus infinita. Corpus enim illud, quod pro nobis doloribus & cruciatibus obtulit, non alienum erat, sed suum, & corpus Dei verbi erat. Ac propterea hoc ipsum magis explicaturus intulit: *Neq; per sanguinem hircorū aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta.* Ingressus est ergo in sancta per corpus suum, id est, per oblationem corporis sui. Et sicut pontifex primum tabernaculum calcabat, vt in secundum ingrederetur, ita Christus carnem suam quodammodo calcauit, quam manibus impiorū ex carnificandā tradidit. Atq; illud tabernaculum non erat typus corporis Christi, sed status veteris legis: sed habet nunc aliquid commune cum carne Christi. Ad altare enim holocausti hostias immolabat pontifex, & idcirco per primum tabernaculum transibat, vt illæ hostiæ immolarentur, & postea in sanctis thymiama incenderetur. Tabernaculum enim illud
59 quia in eo sacrificia consummabantur, figura fuit status veteris legis, in qua munera & hostiæ offerebantur (vt dixit Apostolus) quæ non poterant iuxta conscientiam per

illi

perfectum facere seruientem. Christus autem in carne sua obtulit hostiam patri, quæ homines consummat; & ideo merito opponitur primo tabernaculo, & maius atque perfectius tabernaculum dicitur. *Maius* non mole sed virtute, id est, præstantius, in quo maior atque præstantior hostia oblata est; *perfectius*, quia hostiæ prioris tabernaculi non consummabant homines, hæc autem hostia consummat.

Non manufactum, id est, non huius creationis.] Tabernaculum illud manu artificum constructum est, hoc autem non hominum opera factum est, sed virtute Spiritus sancti. *Manufactum* χειροποίητον, appellare solet scriptura, quod hominum arte, & industria factum est, & *Non manufactum*, appellat non quod non sit factum, à Deo enim factum est, sed quod non est factum humano artificio. 2. Corinthio. 5. *Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: quod ædificationem ex Deo habemus non manufactam, & æternam in cœlis*, id est, corpus immortale & impatibile habituri sumus. Act. capit. 17. *Hic cœli & terræ cum sit dominus, non in manufactis templis habitat.* Ita Eph. 2. circumcisionem Iudæorum vocat *Manufactam*, subindicans aliam esse eam, quæ à Deo fit in corde: *Qui dicebamini præputium ab ea, quæ dicitur circumcisio in carne manufacta.* Marci. 14. *Quoniam nos audiuimus eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum, aliud non manufactum ædificabo.* Si ædificaturus erat, quomodo *Non manufactum*? Sed miraculose faciendum esse intellexerunt, & ideo *Non manufactum* dicunt.

Manufactum.

Ex his intelligitur locus difficilis in Isaiæ cap. 66. quem expositores ferè prætierunt. *Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi? Et quis est iste locus requietionis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit dominus. Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu & trementem sermones meos.* Si non vult habitare in illis, quia manu sua facta sunt, sed vult habitare in pauperculo & humili, quomodo constat

Locus. Isai. 66.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc ratio? Num ille non est factus manu Dei? Hoc est, quod expositores præterisse dixi, & ex dictis intelligetur. Quæ Deus iuxta vsitatum naturæ ordinem facit, manu facta appellat, quæ autem supra naturæ ordinem fiunt, non manufacta vocat; ac si diceret: omnia hęc ex quibus vos templum mihi construitis vt ligna, aurum, argentum, æs, lapides, & cæt. manufacta sunt: ego autem quæro mihi templum non manufactum, id est, animam humilem, & sanctam, in qua libentius habito, quàm in templo vestro.

Hunc sensum tacitè nobis tradidit Stephanus Acto. 7. cùm ait: Salomon autem ædificauit illi domum, sed non, Excelsus in manufactis habitat, sicut propheta dicit: *Cælũ mihi sedes est, terra autẽ scabellum pedum meorũ. Quam domum ædificabitis mihi? Aut quis locus requietionis meæ est? Nonnè manus mea fecit hæc omnia?* Probat his verbis Deum non ha
62 bitare in manufactis, ex eo quod ait: *Nonnè manus mea fecit hæc omnia?* Iure ergo corpus Christi, quod non communi ordine naturæ genitũ est, sed subitò per Spiritũ sanctum formatũ, appellatur *Tabernaculum non manufactum*. Quod vt explicet Apostolus ait: *Id est, non huius creationis*, quod est, non huius structuræ aut fabricationis: non ita factum, vt reliqua corpora, non secundum vsitatum ordinem naturæ, vt fiunt res naturales. Itaque non substantiam tollit, corpus enim Christi substantiæ nostræ particeps est, sed modum generationis, aut fabricationis, quoniam perstat in Metaphora tabernaculi, κτίσιν, autem quam nunc vertit creationem, etiam creaturam solet appellare interpres vt Marci. 10. *Ab initio autem creaturæ masculum & fœminam fecit eos Deus*. Et Roma. 1. *inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*. quamuis κτίσις, id est, creatura, pro re creata sæpe accipiatur, vt Mar. vltimo: *Prædicate Euangelium omni creaturæ*: melius hic pro ipsa creatione, siue fabricatione accipitur, quoniam corpus Christi non substantia, aut natura, sed modo generationis à nostris differt.

Creatura

63 Qui hoc tabernaculum cælos interpretantur, aberrare omnino videntur à sensu Pauli, nam prima pars tabernaculi ne-

li nequaquam cælum significabat, sed statum veteris legis, vt ipse Apostolus docuit: Sancta sanctorum cælum significabant. Non nulli etiam eorum, vt sensum, quem volunt, reddant verba, nec cogantur dicere Christum per cælum introisse in cælum, cum dicit: *Per amplius*, *Per*, non præpositionem esse dicunt, sed partem nominis, vt *Peramplius*, valde ampium, vt S. Thomas & Anselmus (si vere Anselmus fuit) & Lyranus, quod etiam subindicat Petrus Lombardus, cùm in Græco ita apertũ sit esse præpositionem, vt errare queat nemo. Et S. Thom. hoc etiam recipit.

Neque per Sanguinem hircorum, aut vitulorum,] Pontifex ingressurus in Sancta sanctorum hircum & arietẽ offerebat pro peccatis populi, vitulum vero pro se & pro domo sua: quorum Sanguine aspergebat Sancta sanctorum, & emundabat, vt late traditum est à *Mo*se, Leuit. 16. Propterea dixit paulo ante Apostolus: *In secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine.* At Christus ingressurus *in* cælum meliorem sanguinem fudit, quo vere sordes animorum eluuntur.

Introiuit semel in Sancta æterna redemptione inuenta.] Vt pontifex semel in anno introibat, ita Christus semel, vt 64
pontifex in cælum ingressus est, vt ad dexteram patris sedens pro nobis interpellaret: *semel*, inquam, non vt pontifices qui singulis annis intrabant: quoniam ipse inuenit nobis æternam redemptionem, id est, non defecturam vllo tempore, aut interituram, sed semper duraturam. Chrysostomus sic ait: quod Apostolus dixit: *Inuenta*, ostẽdit eorum esse, quæ admodum difficile parantur, & præter expectationem eueniunt & cæt. Merito ergo dicit, *Inuenta*, vsque ad illud enim tempus nemo redemptionem illam inuenerat, nemo etiam, nisi fide illustratus talem redemptionem inueniri posse putaret. Quod vero Caietanus translationem nostram corrigit, & pro *æterna redemptione inuenta*, legi vult *Æternam redemptionem inueniens*, cum verbum εὑράμενος, præteriti temporis significationẽ habeat, atq; ita ipse interpretetur, mirũ est nõ vidisse, nõ potuisse melius reddi verba Græca, quã ab interprete red-

 dita sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dita sunt. Et Erasmum, quem ipse sequi consuevit, ita huiusmodi participia vertere solere, quem admodum hic etiam vertit, *æterna redemptione reperta.*

Nunc ergo omnia melius intelligentur. Sensus totius periodi est, Christus, cùm venisset, & assisteret in sanctis, aut in primo Tabernaculo, hoc est, cùm hostiam suam in carne sua obtulisset, vt pontifex futurorum bonorum, non ibi restitit, vt reliqui pontifices, sed penetrauit in Sancta sanctorum, & nobis ea aperuit. Possumus etiam simpliciter interpretari: *Assistens pontifex*, id est, cum venisset in mundum vt pro nobis pontificis officio fungeretur. Quo modo intellexisse videtur Theophylactus.

65 - *Si enim sanguis hircorum, aut taurorum* &c æter.] Hirci & vituli pro peccatis occidebantur, siue tauri vt modo diximus ex Leuit. 16. vacca etiam, siue vitula rufa immolabatur pro peccatis, & comburebatur, & illius cineres seruabantur ad purgationem immundorum. Numer. 19. *Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo, vt sint multudini filiorum Israel in custodiam, & in aquam aspersionis, quia pro peccato vacca combusta est.* Nec mouere nos debet si modò vacca appelletur, vt in hoc loco Numerorum, modò vitula vt apud Paulum, quemadmodum & tauros nunc vocat eos, qui in lege dicuntur vituli. Nam in huiusmodi nominibus alterum pro altero poni solet, quia propter ætatum confinium, vtrumque nomen habere possunt, vt infantem proximum pueritiæ: & infantem, & puerum vocamus, puerum proximum adolescentiæ: & puerum & adolescentem dicimus, atque ita in reliquis ætatibus, tam hominum, quàm cæterorum animalium vt:

Ouid. li. 3. Met.
Namque ter ad quinos vnum Cephisius annos
Addiderat, poteratque puer, inuenisque videri.

Et boaem nouellam, quæ scilicet iam pepererat Virgilius vitulam appellat:

Eclo. 3.
Ego hanc vitulam ne forte recuses.
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus.

Depo-

Depono. Ita etiam Hosee. 10. *Ephraim vitula docta diligere triturã*: nam quę terit, non vitula est, sed vacca. Similiter Iudic. 14. *si non arasses in vitula mea*. Et vituli, seu vitulæ, quos erexit impius Ieroboham. 3. Regum. 12. *vaccæ* in translatione nostra appellantur Hosee. 10. *vaccas Bethauen colnerunt*. Ita etiam vacca rufa, quia erat ætatis integræ (sicut legimus Numer. 19. *Præcipe filijs Israel, vt adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ*, rectè & vitula dicitur, & vacca. Et quam Moses vocauit פָּרָה id est, vaccam, lxx. δάμαλιν, id est, vitulam vocant. Sed & citra confinium ætatum solent hæc nomina, altera pro alteris vsurpari, vt Luc. 2. Christus natus, eodem tempore infans, & puer dicitur: *Et inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio; videntes aũt cognouerũt de verbo quod dictũ erat illis de puero hoc.*

66 *Inquinatos sanctificat ad emundationem carnis.*] *Emũdationẽ carnis* vocat externam emundationem, quæ animam non attingit, vt supra exposuimus numer. 47. &. 48. Et qualis esset hæc emundatio, ex ipsa Scriptura intelligitur Num. 19. de aqua in quam cineres vaccæ inspergebantur, legimus. *Qui tetigerit cadaver hominis, & propter* 67 *hoc septem diebus fuerit immũdus, aspergetur ex hac aqua die tertio, & Septimo, & sic mundabitur. Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aspersus hac commistione non fuerit, polluet Tabernaculum Domini, & peribit ex Israel: quia aqua expiationis non est aspersus, immundus erit, & manebit spurcitia eius super eum* &cæter. Ita in alijs immuditijs fiebat. His purgabantur homines, vt diuinis officijs interessent, & res, quas contingerent, immundas non redderent, sed iuxta conscientiam non sanctificabantur, id est, emundabantur.

Quanto magis sanguis Christi &c.] Si sanguis victimarum cùm ex se purgandi vim non habeat, purificat carnem, quanto magis sanguis Christi, qui cùm sit sanguis Dei, infinitam virtutem habet, poterit purgare animam. Probat nunc quod dixit *æterna redemptione inuẽta.*

Qui per Spiritũ sanctũ semetipsum obtulit immaculatũ Deo &cæt.] Hoc est, qui non casu occisus est, sed ipse sponte

sua se

Universidad de Deusto
Biblioteca

sua se obtulit patri, vt suo sanguine peccata nostra diluere-
ret. Singula verba augent. Ipse se obtulit voluntate sua, vt
68 patri persolueret, quod nos debebamus. Id autem non hu
mano consilio factum est, sed *Per Spiritum sanctum*, id est,
Spiritu sancto eum ad id mouente, & hortante. Nec ipse
maculam vllam habebat, quam necesse esset vt suo san-
guine deleret: sed *immaculatus erat*, & *Deo* acceptissimus
Et sanguinem suum fudit, non vt se purgaret, sed vt nos
mundi essemus. Chrysostomus, Theophylactus & Oe-
cumenius putant id, quod dicitur, *Per Spiritum sanctum*,
ita dici, Non per ignem se ipsum obtulit, vt vitula rufa,
sed *Per Spiritum sanctum*. Cæterum, vbi nos habemus, *Per*
Spiritum sanctum, in multis codicibus Græcis est per Spi-
ritum æternum & in translatione Syriaca atque ita lege-
runt Theophylactus, & Theodoretus. Ita etiam vertit
Erasmus, & Caietanus continuo correxit, *Per Spiritum*
æternum. Nec satis hoc fuit Erasmo, addidit. Atque in hūc
modum legit & interpretatur Chrysostomus. Sed aut
non legit tunc Chrysostomum, aut dormiebat, cum le-
gebat. Aperte enim ille legit *Per Spiritum sanctum*. Et Oe-
cumenius eodem modo legit, vt ex eius interpretatio-
ne constat, licet in verbis Apostoli ante interpretatio-
nem positis scriptum sit, *Per Spiritum æternum*.

69 Sed redeo ad Chrysostomum, nihil de æterno loquitur, sed ita ait: Qui per Spiritum, inquit, Sanctum se ip
sum obtulit &cæt. Est quidem in margine positum *æter-*
num, quod fortasse decepit Erasmum, sed in Græco pla-
ne dicit, *Qui per Spiritum sanctum*, Ex quo nos colligimus
codices Græcos, quos noster interpres secutus est, vt an
tiquiores, ita etiam fuisse & veriores. Quod si sensum
Apostoli inspiciamus, aptius illi est dicere, *Per Spiritum*
sanctum, quam *Per Spiritum æternum*, vt dicamus Spiri-
tum sanctum, cuius est sanctificare homines, illum im-
pulisse vt se se patri offerret quò suo sanguine homines
sanctificaret. Ad hoc autem non ita aptum erat nomen
Spiritus. æterni. Fortasse etiam non inepte interpretabimur, hic lo
qui Apostolum de Spiritu creato Christi, quoniam *Spiri*
tus ponitur in Græco sine articulo, qui frequentissime
huic

huic nomini additur, cùm spiritus creator significatur. 70
Ac si ita accipiamus, sensus erit: Qui per suum sanctum
Spiritum, id est, per sanctitatem Spiritus sui, qua
& Dei gloriam, & hominum salutem cupiebat, ob-
tulit se. Similiter intelligi potest illud Act. 1. vbi eo
dem modo loquitur Lucas: *vsque in diem, qua præcipiens*
Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit assumptus est. Apo
stolis præcepit, *Prædicate Euangelium omni creaturæ* &cæt.
Per Spiritum sanctum, id est, per Sanctitatem Spiritus sui,
qua omnium hominum salutem quærebat.

Simile est illud Marci. 2. *Quo statim cognito Iesus Spiritu*
suo, quia sic cogitarent intra se, &cæter. Et Ioha. 4. *In*
Spiritu & veritate oportet adorare. Et Galat. 5. *si Spiritu vi-*
nimus, Spiritu & ambulemus. Spiritus etiam pro volun
tate ponitur, quo modo Chrysostomus in Matthæ. 5. in-
terpretatur illud: *Beati pauperes Spiritu*, & illud Act.
20. *Et nunc ecce alligatus ego Spiritu vado in Ierusa-*
lem. Quare non incommode etiam exponere possu-
mus, *Per Spiritum sanctum*, id est, per voluntatem 71
suam Sanctam. Nec hoc dico, quod ignorem de Spi
ritu creatore rectè hæc intelligi (id enim mihi magis pro
batur) aut sæpe etiam poni Spiritum sine articulo pro Spi-
ritu creatore, non raro enim id fit, sed quod cum pro Spi
ritu creato poni soleat sæpe sine articulo, rectè vtroq; mo
do interpretari possumus, id est, de Spiritu creatore, &
de Spiritu Christi creato.

Emundabit conscientiam nostram.] Non carnem, vt cere-
moniæ legis, sed animam, vt iam supra exposuimus nu-
mer. 42. & 43. In quibusdam Græcis codicibus nunc legi
tur, *Conscientiam vestram*, Chrysostomus legit, *Conscien-*
tiam nostram, & Theodoretus & Syriaca translatio, & nō
nulli Codices Græci habent *nostram*. Atque ita legendum
est, sicut habent Latini codices, citius enim Græci cor-
rumpi potuerunt quam Latini, vt facilè intelligit gnarus
Græci sermonis. Præterea cur Apostolus potius diceret,
Conscientiam vestram, quàm *nostram*, cùm omnes sangui-
ne Christi emundemur?

Ab operibus mortuis.] Ita etiā peccata vocauit, c. 6. *Non* 72
rursum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, Chrysostomus: Bene dixit ab operibus mortuis, si quis enim tangebat mortuum, polluebatur. Et hîc si quis tetigerit opus mortuum, contaminatur per conscientiam. Et postea: Mortua quippe omnia opera sunt, quæ vitam non habent, quæ putorem spirãt. Sicut enim corpus mortuum ad nullum sensum est vtile, verùm etiam contristat appropinquantes: sic & peccatum confestim rationem nostram percutit & cæter. multa enim huiusmodi scribit Chrysostomus in morali hom. 16. Theodoretus. Mortua enim opera appellauit male olentia & improba.

Ad seruiendum Deo viuenti.] Non emundamur, vt tantum mundi simus: sed vt mundi Deo seruiamus Tit. 2. *Qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Viuenti* autem dixit, quoniam dixerat, *ab operibus mortuis*, quasi docens Deo viuo non placere opera mortua, sed longe ea esse ableganda ab illo, qui seruire Deo vult. Chrysostomus: Hic (inquit) manifestat Paulus quia opera mortua habentes, non possunt seruire vero & viuo Deo, quia illa mortua sunt, & falsa & cæt. Ex his
73 verbis intelligi videtur Chrysostomum hic legisse, *Ad seruiendum Deo viuenti & vero*. Ita etiam legit Theophilact. sed in multis codicibus Græcis de est, Et vero, & in codicibus Latinis & in translatione Syriaca.

Et ideo noui testamenti mediator est & cæt. Quod dicit: *Et ideo* hunc sensum habet. Quia sanguis eius emundat conscientiam nostram ab operibus mortuis, nec sacrificia legis id præstare potuerant, mediator factus est noui testamenti, quo non bona temporalia, sed æterna promittuntur. Mediator testamenti dicitur is, qui efficit, vt alij cõsequãtur qđ in testamẽto promittitur. Ita ipse Apostolus explicat verbis sequẽtibus, *vt morte intercedente in redẽptionẽ earũ prævaricationũ, quæ erãt sub priori testamento repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis.*

Morte intercedente.] In Græco est *morte facta*, cum prius ipse testator mortuus fuerit. Quod cur dicat exponit paulo post: vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Nequis putaret mortem Christi, aut dedecori Christianis esse debere, aut ex imbecillitate eius esse, ostendit nos non potuisse hæreditatem consequi nisi per ipsam, & tantam fuisse eius potẽtiam vt omnia peccata delere posset.

In redemptionem earum prævaricationum & cæt. Tantæ, inquit, virtutis fuit passio Christi, vt ne Sancti quidem, 74
qui in veteri testamento fuerunt, salutem sine ipsa consequi potuerint, quoniam peccata illis remitti non potuerunt, nisi per sanguinem Christi qui fundendus erat in pretium redemptionis, cuius effusionem sacrificijs suis præfigurabant, & per eum delenda esse peccata profitebantur. Quare peccata ita tunc remittebantur, vt sustineri à Deo viderentur, quia pretium eorum nondum erat solutum, sed expectabatur soluendum, sicut idem ait Rom. 3. *Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei* & cæt. Sed cur non locutus est etiam de peccatis eorum qui vixerunt in lege naturæ, quandoquidem nec illa remittebantur, nisi propter passionem Christi futuram? Scribebat ad Hebræos, quibus metuebat, ne forte plusquam par erat legi tribuentes, ad illam reuerterentur, ideoque semper legis infirmitatem demonstrat. Deinde nihil opus erat de illis loqui. Nam si Hebræi, qui à Deo per Mosem acce- 75
perant legem, & ritus sacrificiorum pro peccatis, emundari sacrificijs illis non potuerunt, sed per sanguinem Christi sanctificati sunt: multo minus, qui erant in lege naturæ, potuissent suis sacrificijs emundari, quæ à Deo data non erant. De lege noua nihil necesse erat dicere, quæ nõ habet sacrificium nisi corporis & sanguinis Christi, & sacramenta, quæ ex passione & sanguine Christi vim habent sanctificandi.

Repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis.] Cùm dicit, *Qui vocati sunt*, eos intelligit qui tempore legis vocati sunt ad vitam æternam, vt ex præcedentibus intelligitur. Illud autem *æternæ hæreditatis*, videtur referri posse ad *vocati*, vt *vocati æternæ hæreditatis* dicantur,

qui

qui ad æternam hæreditatẽ vocati sunt sicut est in translatione Syriaca, Qui vocati sunt ad hæreditatem æternam
76 & sicut *vocati Iesu Christi*, dicuntur, qui à Iesu Christo, vel ad Iesum Christum vocati sunt. Roman. 1. *In quibus estis, & vos vocati Iesu Christi.* Sed præstat vt ita intelligamus, vt qui vocati sunt accipiant repromissionem æternæ hæreditatis. Et cùm dicit *repromissionem*, non ita accipiendum est, quasi iteratam promissionem intelligat: sed mos est Hieronymi & interpretis noui testamenti dicere Repromittere, & Repromissio, pro Promittere, & Promissio. Nam & in hoc loco & in alijs quos indicabimus, simpliciter est in Græco ἐπαγγελία, id est, promissio. Et ad Ephes. 6. vbi habemus: *Quod est mandatum primum in promissione.* Hieronymus in eiusdem loci commentarijs legit: *In repromissione*, & sæpe eodem vocabulo vtitur Rom. 4. *In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia.* Gal. 3. *Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus.* Heb. 11. *adepti sunt repromissiones.*

Repromissio.

Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Ostendit necessitatem mortis Christi quæ idcirco nõ debet dedecori esse fidelibus, sed gloriæ. Hæreditas æternæ vitæ testamento promissa est hominibus. Vbi autem testamentum est, id est cùm testamentum fit & cùm bona alicui testamento legantur, necesse est, vt prius testator moriatur, quo hæreditas adeatur. Aliud est, si non testamentum sit, vt si per donationem aliquid promittatur, aut detur: tunc enim non est necesse mori eum, qui donauit.

77 *Testamentum enim in mortuis confirmatum est.*] Rationem reddit eius, quod dixit proximo versiculo. Quoniam testamentum non est confirmatum nisi in mortuis, id est, non habet vllam vim testamentum, nec per illud aliquid peti potest, donec mortuus sit testator: dum enim viuit mutare sententiam potest, & aliter testamentum instituere. In hoc versiculo & in præcedenti lapis offensionis, & petra scandali est ijs, qui do autoritate huius Epistolæ dubitarunt (& hoc argumento sibi triumphare videntur) quod illius scriptor à pacto ad testamentum transie-

transierit, & cùm in lege de pacto, siue de fœdere semper sit sermo; ille quod de pacto dictum erat, in quo nõ est necessaria mors promittentis, transferat ad Testamentum, quod sine morte testatoris firmum non est. Erasmus quidem in annotationibus hinc sibi colligere videtur hãc Epistolam scriptam esse ab aliquo, qui Hebraice nescierit. Et Caietanus ait: Hinc, vt prædiximus, non parùm argumentum sumitur, & quod Græce scripta est Epistola, & quod Paulus nunquam viderit illam. Et capitul. 1. ait: vnde responderi potest autori 78
huius Epistolæ, quod de testamento proprie sumpto migrat ad pactum, aut quod errat putando in Exodo sermonem esse de Testamento &c. Hoc dixit Caietanus, quoniam continuo Apostolus refert verba capitul. 4. Exodi, quasi de testamento dicta, cùm dicta sint tãtum de pacto.

Hanc obiectionem Ambrosius Catharinus libr. 1. antationum in commentaria Caietani in sepuma annotatione, & F. Michael de Medina lib. 6. de recta in Deum fide cap. 25. in sexta obiectione, ita fere diluunt, Paulum ipsum in Epistolis alijs, quas eius esse nemo dubitauit, pro eo quod est in Hebræo בְּרִית dicere testamentum, vt Roman. 9. *Quorum est adoptio filiorum, & gloria, & testamen-* Testamẽtũ
tum Gal. 3. *Testamentum confirmatum à Deo quæ post quadringentos triginta annos facta est lex, non irritum facit* & cæt. Et cap. 4. *Hæc enim sunt duo testamenta, vnum in monte Sina in seruitutem generans* & cæter. 1. Cor. 11. *Hic calix nouum testa-* 79
mentum est in meo sanguine. Denique in plurimis locis veteris testamenti hoc vocabulum eodem modo vsurpatur.

At quid ad rem? Fatemur Testamentum sæpe appellari, quod Hebraice dicitur בְּרִית sed Testamentum tunc pro pacto poni dicemus, non pro eo, quod proprie Testamentum dicitur, in quo mors necesse est intercedat testatoris. Addit Catharinus etiam testamentum dici secundum propriam rationem Testamenti in Scriptura, vt Zachariæ. 9. *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua.* Et Luc. 22. *Hic est calix nouum testamen-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum in sanguine meo. Sed hoc, inquit, decepit Caietanum: quod vt ignarus legum non putauit pactum conuenire cum Testamento, vt idem & pactum, & Testamentum dici valeat & cæter. Ad hæc idem responderi potest, id est Testamentum poni pro pacto, quandoquidem Hieronymus in eadem verba Zachariæ ait: *In sanguine testamenti, siue pacti tui.* Et paulo post, idem censet de verbis Euangelistæ. Ita enim ait: De hoc sanguine testamenti, & ipse futuram indicans passionem ad discipulos loquebatur: *Accipite & bibite ex hoc omnes, hic est enim calix noui testamenti in sanguine meo* &cæter. *Matth.27.*

80

Et quamuis illi daremus, quod vult, quid refert testamentum pro, rie dici nonnunquàm in scriptura, si in loco, de quo quæstio est, non propriè, sed pro fœdere accipiatur? Quod nostra translatio confirmat, in qua legimus Exod. 24. *Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum.* Liberiùs Canus locutus est, qui libr. 2. de locis Theologicis capitul. 11. ait: In nomine igitur Hebraico Paulus ludere potuit Rhetorum more, & vocem à proprio ad improprium significatum flectere & cæter. Dicit etiam vetus illud fœdus testamentum fuisse obsignatum à viuo, sed apertum postea moriente Christo, vt velum scissum ostendit, ac per Euangelicam legem velut per codicillum abolitum. Atque vt hoc firmius esset, dixerat prius, בְּרִית testamentum verti à nostro interprete, vt in loco indicato Zachariæ & psalmis.

Sed quæro, primùm si בְּרִית testamentum vertitur, cur non id factum sit, in quo maxime loco opus erat, id est, in illis verbis Exodi, quæ refert Apostolus, in quo fœdus dicitur? Deinde, quod in Exodo fœdus appellatur, vnde probat esse testamentum, præsertim cùm probare nequeat testamentum propriè accipi ab interprete in locis indicatis, sed pro fœdere, aut pacto, vt semper solet. Deniq; fœdus illud veteris legis præstitit, quod promisit ante mortem testatoris. Nam terram promissionis, & cætera quæ illis promissa erant, acceperunt Hebræi:

81

Hebræi: non ergo testamentum fuit, sed fœdus, aut promissio, quandoquidem sine morte testatoris firmum & ratum semper fuit. Alij aliter soluunt hanc quæstionem, quorum solutionibus referendis, ac refutandis immorari non liberi.

Melius, atque eruditius illis respondit noster Robertus Bellarminus in. 1. Tomo suarum controuersiarum li. 1. cap. 17. vbi docet de eadem re loqui Moysem & Paulum: Et Mosem quidem vocare pactum, sed de pacto loqui de danda hæreditate post mortem testatoris, ac propterea sanguinem aspersisse in populum, qui figura erat sanguinis Christi pro nobis effundendi: Paulum autem vocare testamentum, sed intelligere non de qualicumque testamento, sed de cõditionato, id est, de eo, quod simul est pactum. Hoc est, vtuntur quidem diuersis vocabulis, sed rem tamen eãdem Moses & Paulus significãt. *Vera expositio.* 82

At quæret quispiam vnde probetur Mosem non loqui de quouis pacto, sed de pacto dãdæ hæreditatis post mortẽ testatoris, & Paulum non loqui de omni testamento, sed de eo, quod simul est testamentum, & pactum. Mihi ita res videtur explicanda. Duo sunt testamenta propriè accepto nomine testamenti, vetus, & nouum. In vtroque promittebatur filijs Dei hæreditas regni cælestis, in nouo aperte, in veteri quasi per ænigmata, per terram videlicet promissionis, & alias huiusmodi figuras. Quod Paulus perspicue docuit in hac Epistola capitul. 4. docens Hebræos non introijsse in requiem Domini, quam iis eos Iosue introduxerit in terram promissionis: *Iterum*, inquit, *terminat diem quendam hodie in Dauid, dicendo, hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur posthac die*, & cæter. Hæreditas autem, quæ in veteri testamento promittebatur, non erat danda donec testator moreretur. Promittebatur igitur in eo, non dabatur. *Testamẽta duo.*

83

Et vt sciremus non esse dandam antequam sanguinem effunderet testator Christus, qui per Moysem legẽ dedit (omnia enim, quæ ad hominũ salutẽ ante Christi aduen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum facta sunt, cum sint communia omnibus personis, Christo attribuuntur, qui venturus erat ad eos liberandos) etiam primum testamentum sanguine victimarum confirmatum est, vt statim ait Apostolus. Et sicut in illo testamento per terram promissam, filijs Abrahæ promittebatur cœlestis hæreditas, sita in sanguine victimarum promittebatur sanguis Christi, per quem danda erat. Et quoniam in hoc testamento nec data est, nec dari potuit hæreditas, oportuit vt illi nouum testamentum succederet, in quo non per figuras, sed aperte promittitur, & datur, quia confirmatum est, non sanguine animalium, sed sanguine ipsius testatoris.

Quod recte animaduertit Lactantius lib. 4. capitul. 20. 84
cùm de duobus testamentis ait: Iudæi veteri vtuntur, nos nouo: sed tamen diuersa non sunt, quia nouum, veteris adimpletio est, & in vtroque idem testator est Christus, qui pro nobis morte suscepta nos hæredes regni æterni fecit, abdicato, & exhæredato populo Iudæorum, sicut Ieremias propheta testatur, cum loquitur talia: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo domui Israel & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum* &c. et.

Quod si quærat quispiam, quid nouo testamento opus fuerit, cùm satis esset primum, confirmatum morte testatoris. Respondebimus primum solis filijs Abrahæ secundum carnem datum esse: quare nouum fieri oportebat, in quo & populus ingratus exhæredaretur, & omnium nationum homines, hæredes instituerentur, vt intelligitur ex verbis Ieremiæ. 31. citatis à Paulo supra cap. 3. Recte igitur Apostolus noster argumentatur, nec à fœdere transit ad testamentum, sed à testamento ad testamentum, à nouo ad vetus. Non quod בְּרִית Testamentum proprie significet (vt quidam frustra contendunt) si enim id significaret, in eo loco maximè exprimi oportuit, quem ad confirmationem verborum suorum protulit Apostolus, nec quod more Rhetorum ludat, & vocabulum à proprio significatu ad improprium flectat. Berith enim pactum significat, non magis hoc, quàm illud sed om

sed omne pactum. Testamentum autem, de quo loquimur, pactum quoddã est, nec enim est absoluta promissio *Lego tibi regnum cælorum*; sed conditione addita, *si mandata mea seruaueris. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Et in lege pacta vocari possunt alia, sed illud de quo loquimur, etiam testamentum est, quia pactum, in quo hæreditas promittitur, quæ nisi moriente eo, qui pepigit, dari non potest, proprie testamentum, & vocatur & est. Testamentum enim (vt est in lege. 1. D. de testamentis) est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. Et tota lex quæ hanc promissionem continet, & ea quibus ad illam peruenitur, meritò testamentum dicitur. Quod ergo obscurius dictum fuerat à Mose, hoc Paulus suo more nobis explicauit. *Matt. 19.*

Atque hinc factum arbitror vt lxx. semper fere verterint Berith in διαθήκη quæ vox proprie testamentum significat quoniam promissio hæreditatis, & promissio omnium, quibus peruenitur ad hæreditatem, rectè vt ante diximus, testamentum vocantur. Et huc pertinent omnia, quæ sunt in lege. Deinde quasi per similitudinem, nomen ad alia pacta trãstulerit vt διαθήκη dicẽtes pro συνθήκη quo modo vertere solet Aquila. Ac idcirco fortasse Hieronymus dixit in c. 2. Malachiæ, Testamentum in plerisque scripturarum locis non voluntatem defunctorum sonare, sed pactum viuentium. Errant ergo qui vetus, aut nouum instrumentum dicere malunt, quàm testamentum, cùm plenius & melius rem ipsam explicet testamẽtum, quàm instrumentum. Errant etiam qui putant Græcam illam vocem sonare potius fœdus quàm testamentũ cùm & Græca vox id significet proprie, & verè illud testamentũ dicatur. Quo modo multa in Scriptura accipienda sunt, vt Ephes. 2. *Alienati à cõuersatione Israel, & hospites testamentorũ promissionis*, id est, in quibus cõtinetur promissio æternæ hæreditatis, in nouo enim, & in veteri cõtinetur, vt diximus. Et Act. 3. *Vos estis filij prophetarũ & testamẽti quod disposuit Deus ad patres nostros.* Et Matt. 26. *Hic est enim sanguis meus noui testamẽti*, id est, quo fuso, nouum testamentum confirmandum est, vt hæreditas detur filijs. Et 86

Universidad de Deusto
Biblioteca

Galat.4.*Hæc enim sunt duo testamenta* &cęt. Et quidem in nouo testamento, recte & proprie ita vertitur, cum sit in Græco διαθήκη, In veteri autem cur.lxx.semper testamẽtum verterint, paulò ante diximus.

Sed ais, cur Hieronymus non vertit *testamentum* in multis locis scripturę, sed *fœdus*, aut *pactum* & pręsertim in eo loco, quem Apostolus de testamento propriè dicto interpretatus est? Quoniam fidelissime vertere voluit, & Berith, pactum, aut fœdus significat, non testamentum, 87
quatenus videlicet distinguitur à pacto. Sed si tale pactum sit, vt habeat, quę in Testamnto requiruntur, potest & testamentum vocari. Itaque si sensus tantum, & rerum rationem habere voluisset, recte vertisset Testamentum, vt fecere lxx. hoc enim pactum vere testamentum est consideratis singulis, quę in illo sunt, sed Berith pactum tantum significat, aut fœdus; siue testamentum sit, siue non sit. Quare vocem reddidit, quam debebat, sensum lectori intelligendum reliquit. Quemadmodum verbi gratia si in psalmo 94. vertisset: *Probauerunt me, & viderunt miracula mea*, non falsum vertisset, vere enim miracula fuerũt illa, quæ viderũt in deserto: sed cùm in Hebræo & in Græco esset vocabulũ significãs opera, & opus dicatur factũ quoduis, siue sit miraculũ, siue nõ sit, melius vertit: *Et viderũt opera mea*. Atq; hoc quod dico, in illis veteris testamenti libris obseruatum est, quos Hieron. vertit ex Hebræo, in quibus *Testamentum* pro *fœdere* ponit vt Ier.31. *Et feriam* (siue disponam) *domui Israel, & domui Iuda pactum* (siue Testamentum) nouum. Quod in codice prophetarum virgulis claudit, vt parenthesim, ex transla-
88 tione lxx. sumptum est. Itaq; ille semper pactum vertit, testamenti autem nomen ponit ex lxx. Ita etiam in sequentibus, *non secundum pactum* (siue testamentum &cæt. Et postea: *pactum*) (siue testamentum) & cæt. Deinde in commentario reddens rationem, cur non *Testamentum* verterit, sed *pactum*: Quod autem, inquit *pactum* pro *Testamento* ponimus, Hebraicæ veritatis est. Hoc est, Quod pro eo quod lxx. verterunt *Testamentum*, ego *pactum* verto, facio vt proprietatem Hebraici vocabuli Berith vere reddam.

Danie

Deinde magis explicat, quod diximus cùm addit. Licet Testamentum recte pactum appelletur, quia voluntas in eo, atque testatio eorum, qui pactum ineunt, continetur. Hoc est, quamuis testamentum etiam pactum quod dam sit, quia continet voluntatem eorum qui pactum iunxerunt. Et Hieronymus ipse rationem translationis suæ reddit eam prorsus, quam diximus.

In cap. autem nono Zachariæ, quoniam locus erat vulgatus & celebris in Ecclesijs, in quibus semper iuxta lxx. 89
legebatur: *Et tu in sanguine testamenti*, &cæt. retinuit quidem nomen Testamenti, sed quid eo intelligeret, exposuit in commentario dicens: in sanguine Testamenti sui pacti mei. Et in illud Malachiæ 2. *vt esset pactum meum cum Leui* ait: Notandum quod Berith verbum Hebraicum Aquila συνθήκην, id est, pactum interpretatur. lxx. semper διαθήκην, id est, Testamentum, & in plerisque scripturarum locis Testamentum non voluntatem defunctorũ sonare, sed pactum viuentium, &cæt. Ex his duobus locis Hieronymi facile intelligimus quo modo *Testamentum* accipere debeamus, cùm illud legimus in libris ab eo versis ex Hebræo. Dixi in libris versis ex Hebræo verti *pactum*, aut *fœdus* aut *Testamentum* pro pacto poni, quoniam in libris versis ex Græco, cum in illis sit διαθήκη quod proprie *Testamentum* significat, & sæpe pro pacto vsurpatur, licet sæpe *Testamentum* proprie accipere, vt in Ecclesiastico, in sapientia, in psalmis, qui nunc in Ecclesia leguntur, in secundo Machabæorum: quoniam non constat an in Hebræo fuerit eo loco vocabulum proprie significans Testamentum. Quamuis cùm in libro psalmorum multis in locis legatur testamentum, 90
Hieronymus in eo, quem vertit ex Hebræo, ne semel quidem vertit *Testamentum*, sed semper *pactum*, aut *fœdus*.

Ex quo satis intelligimus, quid ipse senserit. Atque in alijs libris versis ex Hebræo, cùm posuit *Testamentum* magis fecisse, ne toties videretur discrepare ab editione lxx. quæ tunc in ore omnium erat, aut ne vocabula

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam vsu omnium detrita, aut celebriora quædam quæ sine inuidia mutari non poterant, mutare velle videretur quàm quod id ipse optimum putaret. Vt cùm arcam fœderis appellat arcam testamenti, cùm dicit in monte testamenti, Isai. 14. aut Zachar. 9. *Tu autem in sanguine testamenti tui*, & cæter. Et Malach. 3. *Et statim veniet ad templum Sanctum suum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus Testamenti, quem vos vultis.* Danielis quidem. 3. capitul. vertit: *Ne dissipes testamentum tuum*. Sed id non in Hebræo se reperisse dicit, sed in Græco. Et inter eiusdem prophetiæ, cùm verba occurrant, quæ veteres de Antichristo interpretatos esse dicit, & ipse plenius in eo complenda esse affirmat, atque idcirco vulgata lora erant. Et si *Testamentum* vertat, *pactum* interpretatur. Et in illud: *Et reuerteretur, & indignabitur contra testamentum sanctuarij*: significantius, inquit, interpretatus est Aquila: Et cogitabit vt deferatur pactum Sanctuarij.

91 *Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.*] Cæsæ enim sunt victimæ, vt testamentum illud morte confirmaretur, sed vt erat promissio, & non dabatur hæreditas, ita confirmatum est, non morte ipsius testatoris, sed immolatione victimarum quæ erant figura & promissio quædam mortis futuræ testatoris. Quæ autem erat hæc firmitas, quandoquidem nulla post cædem victimarum erat hæreditas? Erat firmitas, quæ tunc esse poterat, vt sciremt homines dandam esse aliquando hæreditatem, ac moriturum esse testatorem. Quid autem sit *Dedicatum*, ita interpretatur Theophylactus. Hoc est, principium constitutionis, & confirmationis accepit. Chrysostomus, Firmum factum est, roboratum est. Syriaca translatio: Confirmatum fuit. In Græco est ἐγκεκαίνισται, quod verbum proprie dicitur, cùm res noua, iam perfecta & absoluta, in vsum venire incipit, vnde Encænia dicta sunt, cùm dies festus agebatur dedicationis templi Iohannis. 10. *Facta sunt autem Encænia in Ierosolymis*. Eodem verbo vtitur in hac Epistola capitul. 10. vbi ait: *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi,*

Encænia.

Christi, quam initiauit nobis viam nouam, & cæt. quo in loco elegantem interpretationem [illegible] id est, ipse prius per eam ingressus est, vt nos postea ingrederemur. Ita ergo hunc ait, *Primum testamentum sanguine dedicatum esse*, quia primum facta est promissio, deinde sanguine victimarum testamentum confirmatum in vsum hominum venire cæpit, & quasi postilla eius illis data est.

92 *Lecto enim omni mandato legis*, &c. de hoc legimus Exod. 24. *scripsit autem Moyses omnes sermones domini, & mane consurgens ædificauit altare ad radices montis, & duodecim Titulos per duodecim Tribus Israel. Misit q; iuuenes de filijs Israel & obtulerũt holocaustũ, immolauerũtq; vitulos pacificos Dño, vitulos. Tulit itaq; Moyses dimidium partem sanguinis, & misit in crateras, partem autem reliquam fudit super altare. Assumensq; volumen fœderis, legit audiente populo, & cæt. Ille vero sumptum sanguinem respersit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus.* His Pauli verba intelliguntur. In eo autem, quod ait; *Lecto enim omni mandato*, frustra Erasmus corrigit, *Dicta enim*, & cæt. quoniam est λαληθεισῶν, *Dixit enim*, sed ex libro dixit, vt verba Exodi ostendunt, quid est autem legere, nisi ex scripto dicere? Et quod ait: *Omni mãdato legis*, in Græco est, *Secundum legem*, quod ita interpretatur Theophylactus: Id est, perinde ac Dominus lege sanxerat, vt mandata eius pronuntiarentur ad aures vniuersi populi: vel vniuersum mandatum, quod lege cõtinebatur, & cæt. Et hunc sensum noster interpres secutus est.

Sed maior oritur ex his verbis dubitatio, vnde Apostolus acceperit Mosem tulisse sanguinẽ hircorum cum aqua & lana coccinea & Hyssopo, cùm nihil huiusmodi legamus in libro Exodi. Respondet S. Thomas Apostolum in 93
lege nutritũ cognouisse in huiusmodi emũdationibus assumi solere sanguinem hircorum, aquã, lanam coccineam, hyssopum. Respondet etiam hanc fuisse primam sanctificationẽ, qua virtute cõtinebãtur reliquæ, quæ fiebãt; inter quas potissima fuit illa, quæ fiebat in die Expiationis Leu. 16. in qua erat sanguis vituli & hirci: Et altera de vitula rufa, in qua erat aqua, & lana coccinea, & Hyssopus. Num.

19. Priori responsioni S. Thomæ subscribit Lyranus, dicitque credendum esse Apostolo, nec omissa fuisse in Exodo scripta.

De hac re magnum apud expositores & Exodi & huius epistolæ silentium est. Mihi videtur Paulus in lege doctissimus ex his verbis Mosis, atque ex aliis, Spiritu sancto inspirante, intellexisse factum fuisse, quod ipse Moses tacuit. Nam adhibitam fuisse aquam, & lanam coccineam, & hyssopum illis additum, ex his verbis Mosis colligi potuit cùm ait: Ille verò, *Sumptum*
94 *sanguinem respersit in populum*: Sanguine enim tantus populus latè per campum dispersus respergi non poterat, nisi aqua admisceretur concresceret enim frigore, & densior paulatim fieret, atque ad aspersionem ineptior. Oportebat igitur aquâ admisceri, vel ne concresceret sanguis, vt vult Abulensis in cap. 24. Exod. vel vt clarior esset ad aspersionem, vt hic aiunt alij: præsertim cùm ad illas purificationes adhiberi aquâ iubeatur. Ex hyssopo autem addita lana coccinea fiebat instrumentum ad aspergendum, vt ijdem testantur, atque hoc ad purificationes vrebatur. Satis igitur fuit dicere, *Ille verò sumpto sanguinem respersit in populum*, vt aquam, & lanam coccineam, & hyssopum assumpsisse cum intelligeremus.

Verùm vt hæc ex scriptura confirmemus, Exod. 12. *Fasciculumque hyssopi tinge in sanguine, qui est in limine, & aspergite de eo super liminare, & vtrumque postem*. Leuit. 14. *Et vnum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes, alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco*, id est, lana coccinea, *& hyssopo tinget in sanguine passeris immolati, qua asperget illum, qui mundandus est*. & cæt. Hinc habemus aquam mistam cum sanguine, & hyssopum, ac lanam coccineam ad aspersionem. Atque eadem ferè ad alias purificationes exiguntur, vt Num. 19.

95 Hircum vero pro peccato immolari notum est in lege, sicut dixit Apostolus cap. 10. *Impossibile est enim sanguine hircorum, aut vitulorum auferri peccata*, Leuit. 9. *Et pro peccato populi offerens mactauit hircum*: Et pontifex ingressu-

rus

rus in Sanctasanctorum, vitulum pro peccatis offerebat omnium filiorum Israel Leuit. 16. Adde huic, quod cap. 4. eiusdem libri scriptum est: *Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam, quod Domini lege prohibetur, & postea intellexerit peccatum suum, offeret hostiam suam Domino, hircum de capris immaculatum*. Quia ergo sanguis ille victimarum figura erat sanguinis Christi fundendi pro peccato primorum parentum, qui principes fuerunt generis humani, & pro peccatis totius populi, merito vitulis additi sunt hirci in illo sacrificio Mosis.

Et quidem Moses non meminit hircorum, quia sacrificium illud, hostiam pacificam vocat dicens: *Immolauerunt que victimas pacificas Domino vitulos*: Et in hostia pacifica nõ cæditur hircus. Sed contra vera etiam pro peccatis obtulerit, qua sanguis Christi, cuius figura erat illud sacrificium, pro peccatis erat effundendus, iure simul 96
hirci immolati sunt. Ergo Moses & pro salute atque incolumitate populi victimas alias offerebat (quod est hostiarum pacificarum) & pro peccatis populi. Et pro vtrisque sanguis Christi effusus est. Solebant autem hæc duo sacrificia coniungi. Leuit. 9. *Tollite hircum pro peccato, & vitulum, atque agnum anniculum, & sine macula in holocaustum, bouem & arietem pro pacificis & immolate eos coram Domino*.

Sed cur Moses sacrificium suum, *hostiam pacificam* appellauit, cum etiam esset pro peccato? Quoniam eo gratias agebat Deo, propterea quòd populum incolumem ex Ægypto, & ex mari rubro eduxerat, & vt è monte, quem iussu Domini conscendere parabat prospera populo referret. Ita ab eo, quod populo maius, ac potius videbatur, sacrificio nomen dedit. Ad Paulum verò pertinebat ostendere sacrificium illud typicum, etiam oblatum fuisse pro peccato, atque idcirco necesse habuit, commemorare ea, quæ in sacrificio pro peccatis cerni solent, vt mactationem hircorum, aquam, hyssopum, lanam coccineam, quia omnia ad mysterium Christi pertinent.

Sanguis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanguis & aqua commemorantur, quia ex latere domini sanguis & aqua fluxit, & duo maxima sacramenta significant, id est, baptismū, & Eucharistiam. Hyssopus herba humilis est. 3. Regum. 4. Et disputauit de lignis à Cedro, quæ est in Lybano, vsque ad Hyssopum, quæ egreditur de pariete, & internis pectoris, ac pulmonis morbis medetur, vt est apud Dioscoridem lib. 3. cap. 28. Et apud Plin. lib. 26. cap. 6. & sequentibus: in ea Christi humanitas designatur, quæ natura sua humilis erat, & virtutem habebat ex diuinitate ad sanandos internos animorum morbos: lanā coccinea carnem Christi significat per se quidem candidam, sed sanguine passionis rubricatam.

Ipsum quoque librum & omnem populum aspersit.] De libro hoc multa scripta sunt in libris: sed ex verbis ipsius Moisis non obscure intelligitur, eum esse in quo scripta sunt præcepta legis, quæ vsque ad illum diem tradita erat à capite nimirum. 20. Exodi, aut à decimonono vsque ad finem vigesimi tertij, non quæ scripta erant ab initio libri Geneseos vsque ad hunc locum, vt quidam ex Hebræis putauerunt. Ita enim ait: *Venit ergo Moyses, & narrauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia.* Hæc autem non res
98 gestas scriptas esse indicat, sed præcepta, quæ appellauit iudicia. Quod intelligitur magis ex eo, quod sequitur: *Respondit que omnis populus vna voce: Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus scripsit, autem Moyses vniuersos sermones Domini, quos, scilicet, populus se facturum promiserat.* Et mox, *Assumens q; volumen fœderis, legit audiente populo.* Hunc librum fœderis aspersit sanguine, & populū ipsum. Quod ita exponit Procopius in comment. cap. 24. Exodi: Huius sanguine populum aspergit Moses, nec nō ipsum librum, siquidem lex imperfecta est, & nequit sanctitatem dare, & ad eam rem præstandam eget Christi, & cæt. Neque hoc scriptum est in Exodo, sed Paulus, quod prætermissum erat, suppleuit, quoniam ad rem, quam agebat, pertinere vidit.

Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus.] In Exodo similiter: *Hic est sanguis fœderis, quod pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his*, id est, vt sciatis firma futura

tura esse omnia quæ vobis in hoc libro promisit. Ad huius imitationem, & vt figura impleretur, dixit Christus in posteriori testamento: *Hic est enim sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* De fœdere & Testamento multa diximus supra numer. 80. & sequentibus. Et illud: Quod mandauit ad
99 vos Deus, iuxta textū Græcum significat, Quod vobis præcepit Deus & cætera. Præceptum dicitur, quod Deus præcepit, vt vos faceretis, vt promissam hæreditatem aliquando adeatis. Sensu conuenit cum verbis Moisis, *Quod pepigit Dominus vobiscum.*

Etiam Tabernaculum, & omnia vasa ministerij, sanguine similiter aspersit.] Non hoc factum est cùm dixit: *Hic sanguis testamenti*: nullum enim erat tunc Tabernaculum, nulla vasa, quæ postea capitibus sequentibus fieri iubentur, sed cùm primò tabernaculum erectum, & dedicatum est. Et quamuis cùm de hac dedicatione agitur Exodi vltimo, non dicatur tabernaculum aspersum sanguine, sed vnctum sacro oleo: ex Leuit. 8. intelligimus sanguine quoque fuisse respersum, ait enim: *Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni supellectili sua, cùmque sanctificans aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud, & omnia vasa eius, labrumque cum basi sua sanctificauit oleo*, Sanguine videlicet aspersit, quod de vasis similiter, & de labro intelligendum est.

Quod his verbis docuit Iosephus li. 3. Antiq. c. 9. Deinde sanguine victimarū ornatū Aharonis, & filiorū eius aspersit, purificans eos fontanis aquis, atq; vnguēto, vt Dei fierēt sacerdotes, atq; hoc modo per septē dies, ipsos & vestes eorū curabat, Tabernaculū itē, & eius vasa, vnguēto, sicut iā dixi, confecto, & sanguine taurorū & arietū alternis diebus iuxta genus suū mactatorū &c. Quare in vasis ministerij, recte etiam vestes sacerdotales intelligemus, vasa enim Hebræi vocant, instrumenta. Huius nunc meminit Paulus propterid, quod significabat ad passionem & sanguinem Christi pertinens. Vasa ministerij intelligit omnia, quibus sacerdotes in ministerio tabernaculi vtebantur: ministeriū enim vocat λειτουργίαν, id est, sacrū

minister-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ministerium, vt adnotauimus cap.8.num.3.

100 Mysterium explicat Theophylactus his verbis: Et hæc sane figura fuerunt: nos enim sumus tabernaculum, iux-
2.Cor.6. ta illud. *Inhabitabo in ipsis, & inambulabo, & vasa magnæ do*
Ex Leu.26. *mus Dei, alia quidem aurea, alia vero argentea.* Consperſi ita-
2.Timot.2. que sumus vero sanguine Christi, sanctificatique sumus in nomen ipsius baptizati.

Et omnia penè in sanguine secundum legem mundantur.] Quæ runt Chrysostomus, & Theophylactus cur non absolutè dixerit, *Omnia in sanguine mundantur*, sed *Omnia penè*? Respondentque ideo dictum esse, quòd non erat illa perfecta emundatio, cum peccata per illàm non tollerentur. Itaque *Penè*, non iungunt cum *Omnia*, sed cum *mundantur*. At durum est, vt ad verbum pertineat, quod multis interpositis distat, & multo mollius iungetur cum *Omnia*, vt sensus sit: Non omnia sanguine mundantur, sed penè omnia. Quæres, quid nõ sanguine mũdetur? Nonnulla emundabantur aqua aspersionis, in quam missi fuerant cineres vitulæ rufæ, tam homines, quàm supellectilia, vt videmus
101 Num.19. Quæ nõ emundabantur sanguine. Et Leuit.16. Præcipitur. *Ille vero, qui demiserit caprum emissarium, lauabit vestimenta sua, & corpus aqua, & sic ingredietur in Castra.* Leuit.22. *Qui tetigerit immundum*, & cæt. *Sed cum laverit carnem suam aqua, & occubuerit sol, tunc mundatus vescetur de sanctificatis.* Imo verò tot inueniemus, quæ sine sanguine mundentur, vt maior ex eo quæstio oriatur, quod dixerit Apostolus: *Omnia penè in sanguine mundantur.* Ita enim scriptum est Num.31. *Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stannum; & omne, quod potest transire per flammas, igne purgabitur. Quidquid autem ignem non potest sustinere aqua expiationis sanctificabitur, & lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati; postea castra intrabitis.*

Sed responderi potest, aquam expiationis non fieri sine sanguine, quoniam vt fieret, prius sanguis vitulæ rufæ fundebatur, & ex eius cineribus fiebat aqua illa. Atq; hoc
102 significasse putandus est S.Thomas, cùm dicit aquam expiationis cõfectam fuisse cum sanguine vitulæ rufæ. Videmus tabernaculum, & omnia vasa eius, & vestes sacerdotales

tales sanguine sanctificari, vt ex Leutico & ex Iosepho ostendimus num.98. Ipsi etiam sacerdotes sanguine sanctificati sunt. Leuit.8. *Obtulit & arietem secundum in consecrationem sacerdotum, posuerunt q; super caput eius Aharon & filij eius manus suas. Quem cum immolasset Moyses, sumens de sanguine eius, tetigit extremum auriculæ dextræ Aharon & pollicẽ manus eius dextræ, similiter, & pedis.* Atque idem in filijs factum narrat. Sancta etiam respergebantur sanguine victimarum, cùm pontifex introibat in sancta sanctorũ. Denique plena est lex huiusmodi purificationibus.

Et sine sanguinis effusione nõ fit remissio.] Sunt qui hæc malè detorqueant ad sanguinem Christi, & ad nouum testamẽtum, in quo omnia peccata remittuntur per effusionem sanguinis Christi, sed alienum est hoc à sensu Pauli, qui de sanguine victimarum semper loquitur, & nullum peccatum in lege remissum docet sine sanguinis effusione; quia qui peccabant, certas victimas offerre iubebantur, vt 103
videmus Leuit.4. & sequentibus. Nec dixit, per effusionem sanguinis animalium factam esse remissionem, non enim poterant illa sanctificare animam, vt sæpe dictum est; sed nõ esse factam remissionem sine effusione sanguinis. Fundebatur enim tunc sanguis vt figura mortis Christi esset & sanguinis, quo peccata erant delenda, non vt sanguis ille peccata abluere putaretur.

Quid igitur sanguis ille, & illæ victimæ proderãt? quid efficiebant? Respondeo, contritio peccata tollebat, sed vt nunc dolorem animi, confessione & satisfactione testamur, ita tunc Deus voluit vt dolor ille externis signis proderetur, & victimæ immolarentur, quibus fidem profiterentur Christi pro peccatis morituri: docerentque cum merito veniam peccatorum acciperent. Itaque neque circumcisio pueros, neque victimæ viros sanctificabant, sed fides per circumcisionem & per sacrificia protestata. Ita docet, S. Thomas. 1.2.quæst.103.art.2. Expiatio, inquit à peccatis nunquam fieri potuit, nisi per Christum qui tollit peccata mundi. Et quia mysterium incarnationis, & passionis Christi, non erat peractum, ceremoniæ veteris legis non poterant inde cõtinere reipsa virtutem profluen-

tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem à Christo incarnato, & passo, sicut continent sacra-
menta nouæ legis. Poterat autem mens fidelium tem-
104 pore legis per fidem coniungi Christo incarnato, & passo
& ita ex fide Christi iustificabantur, cuius fidei quædam
protestatio erat, huiusmodi ceremoniarum obseruatio,
quatenus erant figura Christi, & ideo pro peccatis offere
bantur sacrificia quædam in veteri lege, non quia ipsa sa-
crificia à peccato emũdarent, sed quia erant quędam pro
testationes fidei, quæ à peccato mundabant: Et hoc etiam
ipsa lex innuit, cùm Leuit. 4. & 5. in oblatione hostiarum
propeccato ait: *Orabit pro eo sacerdos, & dimittetur ei* quasi
peccatum dimittatur, non ex vi sacrificiorum, sed ex fide,
& deuotione offerentium. Hæc S. Thomas, Iuã in deuo-
tione etiam contritionem intelligere debemus, sine qua
non proderat protestatio fidei.

Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari.
Hæc verba difficillima sunt, quoniam perobscurum est,
quæ sint hæc, quæ nunc Paulus vocat *cœlestia*, quæque nic-
lioribus hostijs emundari dicit: cœlestia enim nullæ emũ-
dationi indigent. Exemplaria Græcè ὑποδείγματα hic
dicuntur, quo nomine figuræ intelliguntur, quasi obscuræ
picturæ rerum, vt diximus capit. 8. n. 11. Chrysostomus:
Quæ autem nunc vocat *cœlestia*? num cælum aut Angelos
Nihil tale, sed ista, quæ apud nos geruntur. In cælis ergo
105 sunt ista, quæ nostra sunt, & hęc nostra cęlestia sunt, quam
uis in terra celebrentur, & cæt. Theophylactus eodem
modo: *Cœlestia*, inquit, nostra, dicit adeòque illa, quæ ad
Ecclesiam pertinent. Apertius Oecumenius: *Cœlestia* vocat
ea, quæ sunt in nouo testamento quoniam sacrorum ini-
tiatio, quæ in ipso fit, cœlestis est, ac cœlestes ciues sunt
fideles, quanquam interim versentur in terra. Theodore-
tus: *Cœlestia* autem appellauit spiritualiter, quibus munda-
tur Ecclesia. Glossa interlinearis, *Cœlestia* Ecclesiam inter-
pretatur, & Primasius, & Haymo, & Anselmus.

Sed præterquam, quod durum videtur, ea, quæ nunc
in terra geruntur, appellare cœlestia; superest, vt expo-
nant, quomodo ea, quæ sunt in Ecclesia, mundata fuerint
sanguine Christi, non enim mysteria Ecclesiæ, sed homi-
nes

nes emundati sunt, & ipsa mysteria emundant, non
emundantur. Deinde, quomodo cum his connectent,
quod sequitur: *Non enim in manu facta sancta Iesus intro-
iuit* & cæt. & quomodo his verbis reddatur ratio præce-
dentium.

Propterea S. Thomas, cum hanc expositionem po-
suisset, alteram ei præfert; nempe *Cœlestia* appellari ip-
sum cœlum, cuius figura erat tabernaculum, atque illud
emundari dicit, quia homines per Christum emunda-
ti sunt, vt in illud ingrederentur. Sicut tabernaculum 106
inquit, dicebatur in veteri testamento emundari, non
quod haberet in se aliquam immunditiam, sed quia
mundabantur quædam irregularitates, quibus impedie
bantur accedere ad sanctuarium. Thomam secutus est
Lyranus.

At hoc etiam durius. Quis enim æquo animo audiat
cœlum, siue cęlestem patriam, mundari? Quis ita lo- *Autoris*
quatur, domum emundari cùm emundatur homo? Mi- *sententia.*
hi quamuis hæc emundationis interpretatio non pla-
ceat, quia nimis dura est, omnino placet *Cœlestia* appel-
lari ipsum cœlum & quia ita vocabulum propriè accipi-
tur, & quia cogit, quod sequitur: *Non enim in manu fa-
cta sancta Iesus introiuit exemplaria verorum*, quibus ver-
bis ratio præcedentium redditur in hunc sensum. Dixi
exemplaria cælestiũ mundata esse sanguine animalium,
ipsa verò cœlestia mundari debuisse melioribus hostijs,
quoniam Christus non introiuit in sancta Moysis, ar-
tificum opera fabricata. Ad ea enim vt introiretur,
satis erat sanguis hircorum, & vitulorum; sed in cœ-
lum ipsum ingressus est, ad quod vt introiretur, nobiliori
hostia opus fuit. Præterea *Sancta manu facta*, idest, san- 107
cta sanctorum tabernaculi dicit esse *Exemplaria verorum
sanctorum*, idest cœli, in quo sunt beati, sicut dixit cap.
8. *Sanctorum minister & tabernaculi veri, quod fixit dominus,
& non homo.* Cum ergo dicit. *Necesse est ergo exemplaria
quidem cœlestium his mundari*, cum tabernaculum sit exem-
plare, hoc est, figura & vmbra, *Cœlestia* non possunt intel-
ligi nisi cœlum.

Si ergo ita intelligamus, & dubitemus cur *Cælestia* potius dixerit, quam cælum, dicemus hunc esse sensum: Necesse est sancta, quæ sunt exemplaria sanctorũ cælestium, his mundari, ipsa vero sancta cælestia, ideſt, tabernaculum cęleſte, & domicilium beatorum melioribus hostijs. Nec obstat huic sensui, quod in Græco est. *Necesse est ergo exemplaria quidem eorum, quæ in cælis sunt*. Intelligit enim eorum sanctorum, quæ in cælis sunt.

Nunc superest exponere quomodo sancta sanctorum cælestia, aut (vt in Græco est) supercælestia, quia supra omnes cælos domicilium beatorum collocatũ est, emundari potuerint? Quoniam cum continuò ait. *Non enim in manufacta sancta Iesus introiit*, & cæt. satis ostendit se non alludere ad dedicationem tabernaculi, in qua & ipsum, & omnia eius vasa sanguine sanctificata sunt, sed ad introitum pontificis in sancta sanctorum. Qui cum introiret immolato vitulo, & hirco, sanguine respergebat
108 sancta sanctorum. De quo ita legimus Leuit. 16. *Cumq; mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, sicut præceptum est, de sanguine vituli, vt aspergat è regione oraculi, & expiet sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel, & à prævaricationibus eorum, cunctisq; peccatis.*

Quare quod dicebant Thomas & Lyranus cœlum mundari quia homines mundabantur, & in exemplum adducebant emundationem tabernaculi; non videtur cum verbis Leuitici conuenire, quæ manifeste declarant, non homines emundari, sed tabernaculum quod erat pollutum peccatis filiorum Israel. Peccatis inquam, non fæcibus, aut excreationibus, vt exposuit Hieronymus Oleastrius. Et cont inuò apertius docet ipsum tabernaculum contrahere sordes quasdam ex propinquitate filiorum Israel, quia intra eorum castra collocabatur. Ita enim ait: *Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonij, quod fixum est inter eos, in medio sordium habitationis eorum.* Tabernaculum per peccata filiorum Israel quodam-
109 modo polluebatur (vt exponit Lyranus Leuit. 16. & Abulensis in idem caput. 17. quia cum esset locus, in quo Deus

Deus habitabat, videbatur ei fieri iniuria, quod homines eo neglecto peccarent. Et quia peccatis tam sacerdotum, quàm reliqui populi polluebatur tabernaculum; pro peccatis sacerdotum expiabatur sanguine vituli; pro peccatis populi, sanguine hirci. Ita templa pollui dicuntur, cùm certa in eis peccata perpetrantur. Huiusmodi autem contemptum rectè pollutionem vocari, Deoque ingratissimum esse declarat illud Mala. 1. *Ad vos ô sacerdotes, qui despicitis nomen meum & dixistis: In quo despeximus nomen tuum? Offertis sub altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis, Mensa domini despecta est.* Et postea: *Quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituum. Et vos polluistis illud in eo quod dicitis: Mensa domini contaminata est, & quod superponitur, contemptibile est.*

Eodem modo cœlum, quod Dei locus est multò præstantior, & venerabilior, pollutum fuerat peccato primorum parentum, qui cibi suauitatem illi prætulerunt, & postea peccatis illuc ascendentibus, ideſt, ad notitiam 110
Dei venientibus quasi teterrimo odore polluebatur, vt in eadem verba Leuitici glossa subindicant. Cùm autem per sanguinem Christi suus honos cœlo redditur, & peccatorum fætor tollitur; & homines ad bona cælestia aspirant, emundari dicitur. Etenim quamuis multi post Christi passionem peccent, tamen odor sanguinis eius adeò suauis fuit, vt magis ille placeat, quàm fætor peccatorum displicet.

Quoniã ergo Dei locus, ideſt, sancta sanctorũ cælestia polluebantur, in quibus & Deus & sancti angeli quodammodo polluuntur, & à primis parentibus, atque adeò ab vniuerso humano genere pollura erãt cælestia, necesse fuit vt melioribus hostijs emundarentur, quàm sancta terrestria.

Sed cur dixit *melioribus hostijs*, cùm Christus vnam hostiam dumtaxat obtulerit? Quoniam hæc hostia, quotidie repetitur, & a multis sacerdotibus offertur, & ideo, quasi multæ hostiæ censentur: Sicut sacra Eucharistia, cùm vnum Sacramentum sit, propter species panis

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vini, sacramenta dici solet. Repetitur autem hæc hostia, quoniam etsi semel oblata cœlum emundauit, tamen quotidie peccatis nouis hominum polluitur cæleste tabernaculum, & emundari debet eadem hostia.

111 *Non enim in manu facta sancta* &cæter.] Hæc iam exposita sunt his, quæ diximus numer. 105. & sequentibus. Vbi autem ait, Exemplaria verorum, non est ὑποδείγματα, vt paulo ante, sed ἀντίτυπα, id est, quæ facta sunt ad exemplar verorum, quæ Mosi ostensa sunt, id est, cœlestium, & ideo illa representabant. ἀντίτυπα enim dicuntur imagines ex prototypis expressæ. Idē itaq; vtroq; nomine significatur nunc, sed diuersa ratione: nam tabernaculum Mosis dicitur ὑπόδειγμα, cœlestis, quia eius figura, & vmbra est, & ἀντίτυπον, quia ex eo expressum est, & illud repræsentat.

Vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.] Introiuit in Sancta, at non ita, vt cum introitu coram nostri deposuerit, nunc etiam causam nostram agit apud patrem, & ei seipsum ostendit, vt nostri misereatur, ac pro nobis interpellat. Quod latius exposuimus sup. c. 7. n. 75, & sequēt.

Neque vt sæpe offerat semetipsum.] Quoniam dixit: *Vt appareat nunc vultui Dei pro nobis*, nequis existimet non esse per eum factam omnino redemptionem, quia post illam orat patrem, docet eum inuenisse redemptionem æternam, atque ideò ita semel ingressus est in Sancta, & ita ea nobis aperta, ac peruia reliquit, vt neque iterum immolare seipsum, opus habeat, vt iterū ingrediatur in sancta. Pontifices singulis annis introibant, quia redemptionem non inueniebant, Christus inuenit, & quidem æternam, quare non est opus vt se iterum patri offerat.

In sanguine alieno] Hircorum videlicet, & vitulorum, quos vt in sancta ingrederentur, immolabant.

112 *Alioqui oportebat, eū frequēter patiabori gine mūdi.* Hoc est, nam si redemptio eius non esset æterna, sed tantum pro desse posset ijs, qui tunc viuebant, & iterum mori eum oporteret, pro ijs, qui sequenti sæculo viuerent, atque ita de alijs, non satis hominum saluti consuluisset

luisset, quoniam illi, qui ante eius incarnationem vixerant, sine eius sanguine salui fieri non potuerunt, oportebat igitur, vt in singulis generationibus ab origine mundi pro hominibus illius generationis moreretur.

Nunc autem semel in consummatione sæculorum &cæter.] Tantum abest, vt opus habuerit pati frequenter ab origine mundi, vt non in ipsa origine, sed post annos plurimos passus fuerit, idque semel, quoniam vna oblatione peccatum deleuit. Theophylactus hic sic ait. Quæsiuit Gregorius Nissenus in sermone catechetico, & in sermone de natalitio Christi de hoc ipso, cur nunc in consummatione sæculorum incarnatus sit filius, ac in hunc modum diuit: Quo modo periti Medici intus adhuc febri corpus succendente, cum per morbum facientes causas adhuc accenditur, nullum adhibent ægroto ex cibis auxilium, expectantes tantisper, dum malum hoc ad summum increuerit: sic & nobiscum actum est. Expectauit animarum Medicus, donec vniuersa malitia ægritudo panderetur, vt nihil iam abditorum morbarum maneret Medico, solum modo, quod pateret visui curaute & cæter. vide de his Sanct. Thomam 3. part. quæstion. 1. articul. 5. & 6. *Christus cur incarnatus & passus in fine sæculorum.*

Exsilit tamen ex his verbis grauis quæstio, & difficilis, cur Christus passus dicatur in consummatione sæculorum. Atq; hæc quidem veteres patres non admodum mouit qua proxime Christi temporibus fuerunt: sed nos post tot sæcula iure optimo mouet, quo modo enim in consummatione sæculorum passus est, cum à passione plures mille quingentis quinquaginta annos iam fluxisse videamus, & ignoremus an multo etiam his plures superfint? Nec solus Paulus hoc dixit, ita etiam alij Apostoli loquuntur vt 1. Iohan. 2. *Filioli, nouissima hora est.* Apocal. 1. *Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus palā facere seruis suis, quæ oportet fieri cito.* Et postea, *Beatus, qui legit & audit verba prophetiæ huius, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt, tēpus enim prope est.* Imo & in parabola operariorum

Matth. 20. nonnulli *Duodecimam horam*, interpretatur tempus prædicationis euangelicę vt Hilarius canone. 20. in Matth. Hieronymus ad finem ca. 9. Zachariæ, Gregorius homilia. 19. in Euang. Beda in verba Iohannis, *Nouissima hora est*, & multi alij. Et agnus vespere immolabatur vt legimus Exodi. 12. quod Hesychius in ca. 23. Leuitici ita interpretatur: *Vespertina tempora* in quibus dominus aduenit, dicit. Ioannes enim ait: *Filioli nouissima hora est*. Ita sæpe veteres locuti sunt: ita & Ecclesia loquitur.

Deus creator omnium,
Homo in fine temporum.

Et quamuis varie quidam cætera verba eludere nitantur, ne finis sæculi aduentare existimetur: hæc Pauli, quæ nunc interpretari tentamus, nulla arte eludi posse videntur. Si enim quis diceret positum esse *In consummatione sæculorum* pro *In consummationem*, idest, in perfectionem, vt sæcula Christi sanguine, & Euangelica doctrina perficerentur, idq; confirmaret nomine Græco συντέλεια, quod perfectionem videtur significare: dicemus sæpe scriptura vti hoc vocabulo, sed semper vt finē significet, vt Matth. 13. *Sic erit in consummatione sæculi. Exibunt* angeli & cæt: Et ibidem: *Messis vero consummatio sæculi est*, & ca. 24: *Et quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi?* Et 28. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem sæculi.

Consummatio.

Communis expositio, eaq; doctissimorum hominum est, nouissimū tempus, aut finem sæculorum, siue temporū, dici tēpus aduentus Christi, quia & si longe à fine sæculi distet, mille anni ante oculos domini, sicut dies hesterna quę præterijt & quod lōgū hominib⁹ videtur, Deo breuissimum est, & æternitati. Sed ita loquēdum est, omnis duratio sæculi breuissima est, imo nihil est comparata cum æternitate, & quolibet tempore antequam Christus veniret, dici potuit *In consummatione sæculorum*. At consummatio sæculorum neque Deum respicit neque æternitatem, sed ipsa tantum sæcula quorum finis dicitur. Quare vere dici non potest, nisi cum sæcula ipsa finiuntur.

Dicun

Dicunt etiam multi Christum passum affirmari in consummatione sæculorum, quia iam nec nouus legislator venturus erat, nec noua lex, aut noua humanæ reipublicæ mutatio expectanda est. Vērum aliud est legem aut rempublicam non mutari, aliud consummari sæcula, quæ fluxu annorum fiunt, & dum illi fluunt non consummantur. Quid enim consummationi sæculorum cum mutatione legis aut rēpublicę? possunt sæcula finiri sine mutatione legum, & possunt leges mutari sine consummatione sæculi, iam à Christi passione mille quingenti quinquaginta anni fluxerunt, fortasse multo plures fluent. Quis scit an velit Deus plures annos viui sub lege Euangelica, quæ perfectissima omnium est, quam sub naturali, & scripta homines vixerunt. Quomodo finis sæculorum tunc dici posset quod vix medium sæculorum est? Tunc etiam diceretur Christus passus in consummatione sæculorum? Negabis id Paulum fuisse dicturum, si tot annos duraturum esset seculum. Profecto id ipsum negarent, qui vicini fuerunt temporibus Apostolorum si scirent tot annos esse numerandos ante eius consummationem, quot nunc numeramus. Et dixit tamen id spiritus sanctus, qui sciebat?

115

Nec illud satisfacit, quod scribit Oecumenius in illud. 1. Iohan. 2. *Nouissima hora est*, quod est post medium cuiusq; rei, rectè appellari nouissimum & extremum: quis enim affirmare potest medium durationis sæculi fuisse, cùm Christus venit, aut etiā plus medio? deinde quis nūc primam horam à meridie finem dici dicat?

116

Multi satis se exponere putant si dicant. *In consummatione sæculorum*, idest, in vltima ætate mundi, sed quid refert si vltima ætas plurimos annos habeat? non enim dici poterit initium eius consummatio seculi, vt si senectus, quæ vltima ætas hominis est, quadraginta, aut quinquaginta annos haberet, initium senectutis non posset rectè dici finis, aut consummatio vitę.

Nec illud verius, quo Erasmus & quidā alij difficultatem effugere conantur, exponentes. *In consummatione*

idest, sub consummationem, nam sub consummationem dicitur, cum iam instat, ac fere adest consummatio;
104 quod hic dici non potest, vt sub lucem, sub noctem, cùm iam fere lux, aut nox est, vt in 1. Georgicorum inquit poeta Virgilius,

Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese.
Diuersi rumpent radij &c cæt.

Vbi Seruius eundem locum exponens interpretatur *Sub lucem*, id est, Oriente luce.

Autoris sententia. Arbitror ergo aliter locum esse interpretandum, idq; plano ac facili sensu, vt, Christus dicatur passus *In consummatione sæculorum*, idest: cùm sæcula ac tempora consummata sunt, quæ Deus præfinierat passioni eius. Et vt semel dicam, nihil aliud est, quàm quod scripsit Gal. 4. *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum* & cæt. & Ephes. 1. *Secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in eo* & cæt. Nihil aliud est plenitudo temporis, siue impletio, quàm consummatio sæculorum. Sensit hoc Caietanus, qui exposuit: Non in principio mundi, sed in perfectione sæculorum definitorum à diuina prouidentia. Aliud est *Consummatio sæculi*, quod finem mundi significat, vt: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem sæculi*, aliud *Consummatio sæculorum*, quod Græcè cum articulo dicitur quasi dicas, *Illorum sæculorum*, quæ scilicet Deus præfinierat passioni filij sui. Hoc mihi Paulus affirmasse videtur Eph. 3. cum ait. *Et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti abscondit i à sæculis in Deo*, quod etiam ponitur cum articulo, quasi dicas vt omnes doceam arcanum Christi, quod Deus à principio sæculorum, id est, ex quo cæpere sæcula illi præfinita, absconderat, & paucis idque obscure indicauerat. Et continuò: *Vt innotescat principibus & potestatibus in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei secundum præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro, id est In Christum Iesum, quod est, in eius aduentum & passionem.*

117

Ac

Ac fortasse (quamuis & aliter id intelligi posse non ignorem, pauloque aliter ipse interpretatus fuerim in cap. 5. Michæ. num. 47) hæc sunt tempora, quæ Paulus appellat *sæcularia*: in Græco *tempora sæculorum*, quæ ante aduentum Christi fuerunt, quod tamen ijs, quæ in Michæam dixi, non repugnat vt Rom. 16. *ei autem qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum, & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti*, id est paucis, & obscurè reuelati sæculis illis quę Christi aduentum præcessere. Et vt hoc aperiat, infert: *Quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum*, &cęter. id est, quod nunc testimonijs prophetarum confirmamus, vt omnes gentes credant. *Tempora* ergo *sæcularia* sunt quę ante Christi aduentum fuere, & addit, *Quod nunc patefactum est* &cęter. vt iam tempora sęcularia transijsse doceat. Similiter loquitur 2. Timot. 1. *Non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia. Manifestata est autem nũc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi* Tit. 2. *In spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur Deus, ante tempora sæcularia: manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi* &cęter. Datam dicit gratiam & promissam vitam æternam ante secula, quæ Christi aduentum præcesserunt, quoniam ab æterno Deus eam dare decreuit, & eius immutabilis voluntas nihilo minus certa erat quàm promissio, aut donatio.

Tempora sæcularia.

118

Nunc ea, quæ alterum sensum confirmare videbantur, diluamus. Cum dicitur: *Homo in fine temporum* eundem sensum habet *In fine temporum*, quæ Deus videlicet præfinierat aduentui Christi. De quibus, & Haba. 3. dictum est: *In medio annorum notum facies*, id est, intra annos diuinæ voluntati præfinitos. Illud Iohannis, *Nouissima hora est*, rectè est à Caietano explicatum his verbis: Quod dicit, *Nouissima hora est*, significat quod est tempus seductionis, nam seductio appropriatur vltimo tempori, quod est tempus Antichristi, qui anto-

119

nomastice est seductor, & propter hunc sensum subiungit: *Et sicut audistis quia Antichristus venit & nunc Antichristi multi facti sunt: vnde scimus, quia nouissima hora est.* Manifestat quo sensu loquatur. Quemadmodum multi sunt Antichristi præuenientes illum Antichristum, ita nouissima hora est. Sicut præsentes Antichristi, officium exercent Antichristi, ita præsens hora exercet officium nouissimæ horæ: Hæc Caietanus: cuius expositio satis confirmatur illis verbis: *Vnde scimus, quia nouissima hora est.* Ac si dicat: Non hoc dixi, quod iam extremum mundi tempus venerit, sed quod tot sunt Antichristi, atque seductores, vt quodam modo venisse videatur. Oecumenius hoc singulis fidelibus illius temporis dictum putat, vt cogitent sibi finem vitæ imminere, & sanctius viuant. Dicit etiam nouissimam horam appellari, quia pessima erat, & plena seductoribus & vitijs.

Verba Apocalypsis ita sunt intelligenda, vt cito illa facienda esse dicat, quia cito incipienda erat persecutio Ec
120. clesiarum, ad quas scribebat, vt in illius cap. commentarijs diximus. Quod si id ad omnia, quæ sunt in Apocalypsi referamus, Arethæ expositionem sequemur, qui ait: Porro euentum eorum, quæ tractantur, breui pollicetur euenturum, non vulgari modo, sed metiens humana diuinis, quorum collatione etiam ea, quæ longissimo tempore, & post multos annorum millenarios eueniunt, tamquam dies hesterna, & nocturna vigilia reputantur &cæt. Certe ea, quæ nobis promittuntur, scripturam solere metiri, non nostra mensura, quibus pauci anni, longissimum tempus est, sed mensura Dei, & æterni tatis, cui breuissima sunt, quæ nobis longissima videntur, aperte Apostolus Petrus docet in secunda Epist. cap. 3. in quo de iudicij die locutus ait: *vnum vero hoc non lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum, sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. Non tardat Dominus promissionem suam* &cæt.

Sed tamen aliud est, dicere Iohannem cito futura esse
121 quæ prædicit, quæque ad finem mundi pertinent, aliud, Christum passum esse in consummatione sæculorum. Nã quod

quod huic fit cito, illi potest fieri sero, quod autem consummatur, & huic, & illi consummatur. Vere dici potuit tunc, cito venturum fuisse finem mundi, non quidem respectu nostri temporis, sed respectu æternitatis, nec tunc solum, sed & multo ante dici potuit: at consummari sæculum dici non potuit, quia consummatio rem ipsam quæ consummatur, respicit, non tempus nostrum, aut æternitatem: atque idcirco dixi, quod consummatur, omnibus consummari. Si dicas respectu æternitatis tunc etiã consummari: id etiam initio creationis dici potuit. Quis autem dicat Adam vixisse in consummatione sæculi: aut Abraham mortuum, aut Mosem legem tulisse, aut Iudæos captiuos abductos fuisse Babylonem in consummatione sæculi?

Quod autem in parabola Matthæi multi interpretãtur horam duodecimam esse tempus prædicationis Euange-
122 licæ, & vocationis gentium, si ita vt sonat, accipiatur, non videtur verum esse posse, quoniam alij, qui prius venerant, quos Iudæos esse interpretantur, queruntur: *Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feci sti, qui portauimus pondus diei & æstus.* Et quidem olim verum videri potuit patribus, quorum ætate paululum laborauerat in vinea populus gentium, nunc verum ijsdem non videretur, quia tempus, verum non esse declarauit. Etenim populus Iudaicus fuit sub lege mille quadringentis sexaginta & vno annis, tot enim numerantur ab anno primo exitus ex Ægypto vsque ad fœlicem Christi natalem, quibus addamus triginta tres vitæ Domini: at populus gentium plures anno. sub lege Euangelica vsque ad hoc tempus seruiuit. Quo modo ergo dicere potest populus Iudæorum se portasse pondus diei & æstus, & populum gẽtium vna hora laborasse?

Si hoc ergo de populo gentium interpretandum est, de illis intelligetur, qui in fine mundi vocabuntur, &
123 tunc populus Iudæorum etiam vocabitur, quæreturque idem dari ijs, qui idolorum cultores fuerant, & sibi, qui à suæ gentis initio, legi seruierunt. Possemus de illis

inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

interpretari, qui initio prædicationis Euangelij crediderunt ex Iudæis, & ex gentibus, nisi *hora duodecima*, quæ finis est diei, cogeret de fine mundi intelligere, atque ideo continuo ait: *Cum sero autem factum esset* &c. Agnus vero vespere immolabatur, quia Christus diu expectatus tandem in consummatione sæculorum, quæ Deus præfinierat, passus est, et quia vespertino tempore expirauit.

Cęterum veteres patres, qui aliter loquuntur, atque aliter verba *Matthęi*, & Iohannis & Pauli, interpretantur obijciendi nobis non sunt, quoniam finem sæculi in proximo esse putabant, ac propterea sic & interpretabantur, & loquebantur: qui si, nunc in terra viuerent, non possent ita loqui, aut interpretari.

Ad destitutionem peccati.] Nonnulli codices habent: Ad destructionem peccati, In Græco est εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας quod ita Theophylactus interpretatur: vt destituat, hoc est, dejciat peccatum, eique fiduciam & potestatem adimat & cęter. Idem vocabulum est in Græco capitul. 7. & interpres vertit, *Reprobatio*, vbi ait, *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius.* Et verbum ἀθετεῖν, vnde hoc nomen deducitur, in vsu scripturę est
124 & à nostro interprete vertitur, *Irritum facere, contemnere spernere, reijcere*, vt in locis, quos nunc indicabo, videre licet. Marci. 6. vbi nos habemus: *Noluit eam contristare* Erasmus vertit, *noluit eam reijcere*. Et capitul. 7. *bene irritum facitis præceptum Dei vt traditionem vestram seruetis.* Lucę. 7. *consilium Dei spreuerunt.* Et cap. 10. *Qui vos spernit, me spernit* Ioha. 12. *Qui spernit me, & non accipit verba mea.* 1. Cor. 1 *Et prudentiam prudentium reprobabo* Gal. 2. *Non abijcio gratiã Dei.* Ex his iã cõstat satis, quid velit Apostolus dicẽs *Ad destitutionẽ peccati*, id est, vt peccatũ abijceretur, & reprobaretur, lõgeq; repelleretur. Etquãuis sensu parũ differãt, *Ad destitutionẽ*, & *ad destructionẽ*, tñ meli⁹ Gręco respõdet, qđ in multo plurib⁹ codicibus legitur, *Ad destitutionẽ peccati* idest, vt peccatũ destitueretur, & reprobaretur abomnib⁹.

Per hostiam suam apparuit] Oecumenius per Hyperbatõ hoc dictum putat, dicendum enim fuisse, *Apparuit per hostiam suam ad destitutionem peccati.* Quo sensu, *Apparuit* significat, Manifestatus est mundo. Probabilis hæc quidem expositio est, sed ego ita potius exponerem: Apparuit Deo patri ingrediens in Sancta sanctorum cœlestia, postquam semetipsum obtulit in cruce. Perflat enim semper in collatione Christi cum pontifice, & quia dixerat. 125 *Neque vt sæpe offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno*: idcirco infert: *Nunc autem semel in consummatione sæculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit*. Ac si diceret: Non sæpe intrauit vt pontifex vetus, sed semel, neque in sanguine alieno, id est. hircorum, & vitulorum, vt ille, sed per hostiam suam, idest, offerens semetipsum sicut pontifex intrabat offerens victimas. Multoque aptius intelligitur, semel introiuit in Sancta, quam semel apparuit interra, præsertim cùm ante passionem suam apparuerit in terra. Et illud *Apparuit* respicit, quod supra dictum erat: *Non enim in manu facta sancta Iesus intrauit exemplaria verorum, sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.* Et quod ait: *Ad destitutionem peccati* potest ita intelligi: Per hostiam suam *Ad destitutionem peccati*, id est, quam obtulit *Ad destitutionem peccati*. vel ita: *Apparuit Deo*, introiuit in cœlum ad destitutionẽ peccati, vt ibi pro nobis interpellet, & amore ad se homines eleuet, & trahat, atque ita peccatum ab omnibus reijciatur, & reprobetur.

126 *Et quem admodum statutum est hominibus* &c cæt,] Pro *Quẽ admodum* in Gręco est καθ' ὅσον, quod Erasmus vertit, *Quatenus*, de quó iam diximus cap. 7. num. 69. sed hic optime verti, *Quemadmodum*, indicat alterum membrum similitudinis, sic & Christus semel oblatus est. Ita etiam vertit trãslatio Syriaca. Quæ est ergo hæc similitudo? Quemadmodum propter peccatum primi hominis statutum est, vt omnes moriantur, & postea ad iudicium veniant, vt digna factis recipiant, ita Christus, qui peccata nostra susceperat, mori voluit, vt nos morte sua à morte liberaret. Deinde ad iudicium veniet, non vt ipse iudicetur, sed,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, sed vt omnes iudicet & omnes, qui eius aduentum expectant, ab omnibus malis eripiat, & in vitam æternam perducat. Itaque ostendit (vt ait Theophylactus) causam, cur Christus mori voluerit, ne eius mors Hebræis, aut scandalo esset, aut dedecori. Atque ideo vt ostendat eum potuisse non mori, si vellet, & mortem sua morte vicisse, addit: *Secundo autem sine peccato apparebit expectantibus se in salutem.*

127 *Sic & Christus semel oblatus est.*] Redundat, *est*, sine dubio, nam & in Græco tantùm est, *Oblatus*, Et sensus optime constat sine illo: *Sic & Christus semel oblatus ad multorum exhaurienda peccata secundo apparebit*: & cæt.

Ad multorum exhaurienda peccata.] Mortuus est, & oblatus, at non quia mors in eum ius habebat, sicut in cæteros homines, sed vt genus humanum à morte liberaret. Sed cur multorum dixit, non omnium? Quia mors Christi, etsi sufficiens erat, vt omnium peccata deleret, non tamen omnes per eam seruati sunt, sed tantum electi. Quantum ergo ad sufficientiam attinet, omnium peccata deleuit, quantum ad efficientiam, nõ omnium, sed multorum. Ita etiam Matt. 26. *Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Et cap. 20. *filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.* Ita Chrysostomus & Theophylactus & alij interpretati sunt, sed aliter etiam interpretatur Theophylactus, vt cùm dicit, *Multorum*, intelligatur omniũ, omnes enim multi sunt. Quod optime confirmari potest verbis Pauli Rom. 5. *Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obedientiam iusti constituentur multi.* Cæterum pro eo, quod interpres dixit. *Exhaurire ἀναφέρειν*

128 quod Erasmus vertit, vt multorum peccata tolleret, Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius, Theodoretus interpretantur, obtulit ea patri vt ipse remitteret. Abstulit ex hominibus (vt ait Chrysostomus) & obtulit patri. Interpres autem Oecumenij perperam vertit, perferret, pro offerret. Et pertulit, ac retulit hominum peccata patri, cùm tantum vertendum esset obtulit. Nec temere ita inter

interpretati sunt, nam verbũ illud Græcum significat offerre, vt supra cap. 7. *Prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi.* Et cap. 13. *Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo.* Quare & translatio Syriaca habet. Immolauit in se ipso peccata. Significat præterea sursum fero, vt Matth. 17. *Et duxit illos in montem excelsum.* Et eodem cap. 7. *Hoc enim fecit semel se offerendo.* Eodem participio vsus est Iacobus. c. 2. vbi habemus: *Offerens Isaac filium suũ super altare.* 1. Petr. 2. *offerre spirituales hostias* ei. Ibidem, vbi habemus: *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum*, pro *Pertulit*, est hoc verbum: In re igitur, & in verbo Græco nulla est controuersia, sed in nostra trãslatione, quæ nihil ad notionem verbi Græci videtur pertinere. Quorsum enim eum vertisse dicemus: *Ad exhaurienda peccata*, cùm 129
longe alia sit verbi Græci significatio? Primum ex ijs, quæ diximus constat posse iuxta nostrum interpretem verti, *Ad multorum offerenda peccata*, vt Chrysostomus, & Theophylactus & Oecumenius interpretati sunt. Et: *ad multorum perferenda peccata*, id est, ad imponendum sibi peccata hominum, vt pro illis pœnas lueret, sicut dictum est Isai. 53. *Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum.* Sed hoc in loco maluit dicere: Ad multorum exhaurienda peccata, per metaphoram hoc verbo vtens, vt *Exhaurienda*, sit idem, quod tollenda, siue consumenda. Ita enim per metaphoram Latini eodem verbo vti solent. Vt Cicero pro Sestio: Eadem sibi manu vitam exhausit, qua mortem sæpe obtulit hostibus. Et lib. 9. Epist. ad Dolabellam. 14. Libentiusq; omnes meas laudes ad te trãsfuderim, 130
quàm aliquam partem exhauserim ex tuis. Et in Epistolis ad Quintum fratrem lib. 1. Epist. 2. Exhaustus enim est sermo hominum, id est, consumptus. Similiter ait idem: exhauriri dolorem, exhauriri amorem. Et Virgilius dixit.

Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos. 1. Æne.

Id est, consumptos. Vsus est autem hac metaphora, quoniam verbum Græcum significat *Sursum fero* quod non fit nisi tollendo aliquid de loco suo, & sursum ferendo, & similiter sursum fertur, & de loco suo dimouetur, quod exau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

exhauritur. Ita Christus peccata nobis abstulit, & ad se tulit, id est, in se recepit. Quod si recte atque eleganter dicitur exhaurire dolorem, exhaurire amorem, & Horatius dixit:

Ligonibus duris humum
Exhaurient. In lib. Epodon. Ode. 5.

Cur non rectè dicatur Exhauriri peccata, id est, tolli, siue consumi, siue à loco suo ablata, sursum ferri? imitatus sit atque est interpres quantum licuit, metaphoram Græci verbi.

Secundo sine peccato apparebit.] In primo aduentu apparuit cum peccatis, Dominus enim posuit in eo iniquitates omnium nostrum & ipse recepit in se, vt pro nobis illa lueret, & quæ non rapuit, tunc exoluebat. Ideò humilis apparuit, & tradidit se iudicanti iniuste, & pro sua magna misericordia mori etiam voluit. At licet mortuus 131
sit, non potuit à morte teneri, sed ea victa resurrexit & in cœlum ascendit, Et iterum veniet, nulla peccata ferens, quæ luat, sed præmium mortis suæ daturus electis, qui tunc viuent. Omnia eò pertinent, vt non necessitate, sed voluntate & caritate sua mortem eum pertulisse doceat, quia nos per sanguinem eius eramus liberandi.

Expectantibus se in salutem.] Apparebit in salutem expectantibus se, id est, veniet vt liberet, & seruet electos suos, qui tunc acerrime pugnabunt & multis modis affligentur ab Antichristo. De hac liberatione pulcherrimè locutus est Habacuc cap. 3. vbi ait: *Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus, quæ locutus es,* &c. vsque ad finem capitis: vbi etiam ait: *Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. Percussisti caput de domo impij* &c. quæ latius in eiusdem prophetæ commentarijs enarrauimus. Pro *Apparebit est* ὀφθήσεται, videbitur. Cùm enim tenebræ malorum, & persecutionum ingruerint, cùm nulla salus sanctis relicta videbitur, tunc repente eum videbunt electi, & animos ac lætitiam resument. De hoc præclare Iohannes Apocalyp. 19. Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eũ, vocabatur fidelis & verax, & cætera, quæ latius persequitur

CAP.

CAP. X.

VMBRAM enim habens lex futurorum bonorum, &c. 1
] Lex fuit, vt radius & inchoata pietatis, gratiæ, & bonorum noui testamenti, nõ imago expressa, id est, habuit figuram, non hanc veritatem, quia non dedit gratiam, gratia enim & veritas per Iesum Christum facta est. Quid sit vmbra & quid imago expressa, supra explicauimus ca. 8. n. 11. Theophylactus: vmbratili namq; picturæ similia erant vetera, vt quæ plane obscura essent: nouæ verò imagini, hoc est veritati, vt quæ clarè subsistant & perfecta sint, &c. Ita etiam interpretatur Chrysostomus, sed Theophylactus ex verbis Gregorij Nazianzeni subtiliorem colligit explicationem. Ille enim in concione de pascha scripsit pascha legis fuisse typi typum obscuriorem. Ex quo Theophylactus colligit legẽ vmbram dici apud Apostolum, imaginẽ verò vocari ea, quæ nunc perficiuntur in Ecclesia, id est, iustificationẽ, & gratiam, & dona: sed vt ea, quæ erant in lege, erant figura eorum, quæ sunt in nouo testamẽto: ita ea, quæ sunt in nouo testamento, figuram esse perfectiorũ bonorũ, quæ electis in futuro sæculo præstanda sunt, quæ nunc ab Apostolo *Res* vocantur. Quemadmodũ ergo vmbra in picturâ, tũ ea prima delineatio inferior est imagine, ita imago ipsa inferior est re, cuius est imago.

Verba Gregorij quæ refert Theophylactus, sunt in se- 2
cunda oratione in pascha, vbi ita ait: Iam vero paschæ partim pes erimus, nunc quidem in figura, licet magis perspicua, quam in lege veteri. legale enim pascha, (nec enim dicere verebor) figuræ figura erat obscurior, aliquanto autem post perfectius & purius, cùm videlicet illud nouũ filius Dei nobiscum in regno patris bibiturus est, patefaciens ac docẽs, quæ nunc minus plenè declarauit, &c. Eadem verba Gregorij retulit Oecumenius; & in Apologetico, atque in oratione ad subditos idem eum dixisse affirmat, placuisseque id alijs patribus. Et quamuis de his Pauli verbis nihil Gregorius dixerit, existimat Oecumenius eũ illis adductum fuisse, id vt diceret. Eodem modo Theodoretus interpretatus est, & Caietanus.

Z Ego

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ego quidem fateor verũ esse quod Gregorius docuit, sed
1 nec ille dixit eũ esse sensum verborũ Apostoli, & Chry-
sostomi interpretatio multo mihi aptior videtur, quam
ex verbis Gregorij scriptores illi colligunt. Si verba per se
ipsa legantur, recte ita explicabuntur, vt à Theop. & Oe-
cum. explicata sunt, sed si cum alijs coniungantur, vt con-
iungenda sunt: & quid Apostolus efficere velit, attenda-
mus, non admodum, ita exposita, cohærent. Docet le-
gem non potuisse perficere & iustificare suos cultores, &
3 ideo sæpe repetita esse eadem sacrificia. Hoc autem pro-
bat his verbis: *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum*: Quid is verbis efficietur, si ita in-
telligantur. Nihil enim aliud est, quam si diceret: lex non
perficit homines, quia non erat imago bonorum cœle-
stiũ, sed vmbra quædã & imperfecta delineatio. Demus
nunc legem, quæ vmbra fuit, imaginẽ etiam fuisse, id est
expressiorem similitudinem habuisse bonorum cælestiũ
quod fieri potuit, si figuris illis quædam adderentur, qui-
bus multo magis similitudinem referrent cœlestium. Nũ
propterea lex perficeret homines, aut iustificaret? Nõ er-
go conuenit dixisse Apostolum: lex non perficiebat ho-
mines, quia non erat imago, sed vmbra, id est, ob scu-
ra repræsentatio, quandoquidem etiam si esset clarior, nõ
perficeret.

2 Video quid responderi possit: Lex Euangelica propte-
rea imago dicitur, & non vmbra, quia homines sancti
ficat, & gratia est quædam imago & inchoatio futuræ
4 beatitudinis. At potuit lex habere non solum vmbram,
sed imaginem etiam cœlestium, etiam si homines non
sanctificaret: nam etsi perfectissima imago sit sanctifica-
tio, potest tamen esse imago sine sanctificatione, quia A-
postoli verba non cogunt nos, vt de perfectissima om-
nium imagine intelligamus, sed de vera imagine. Præte-
rea ceremoniæ legis, & si omnes figuræ erant Christi ve-
turi, atq; passuri, nõ potinus necesse erat, vt figuræ essent
omnes futuræ beatitudinis, imo multæ non videtur vllo
modo eam significasse. Quare lex non dicitur vmbra res
pectu beatitudinis, sed respectu legis nouæ. Etenim licet
esset

esset in lege quædam, quæ beatitudinem significarent
non sane hoc erat, vt tota lex diceretur vmbra illius: My
steria autem Euangelij omnes cæremoniæ significabant,
nec satis apte dici videtur lex non iustificabat homines:
quia non erat imago cœlestium bonorum, sed vmbra, po
tuit enim esse vmbra, & iustificare, & potuit esse imago
& non iustificare, nihil enim repugnat. At si dicamus,
lex non perficiebat homines, quia ipsa perfecta non erat
id est, non habebat, quod habere debebat, sicut habet no
ua lex, ratio redditur vera & apta. Hoc autem dicitur, si ita
vt Chrysostomus, exponamus, quia Apostolus metapho
ra à pictura desumpta vtitur, in qua quod imperfectum,
est, vmbra dicitur, quod autem est perfectum, & omni
bus suis numeris absolutum, imago vocatur. Itaque sen-
sus Apostoli est, lex non potuit perficere homines, quia
vmbra quædam fuit eorum, quæ pingebantur, id est, bo
norum, quæ in noua lege præstanda erant: lex autẽ Euan
gelica fuit imago, id est, veritas & vltima perfectio. Et 5
quamuis in rebus, imago non sit vltima perfectio, sed res
illa, quam refert, tamen in pictura, quæ res ipsas effice
re non potest, sed imitari, vltima perfectio est imago ab-
soluta, quia ars non habet quo tendat vlterius: Et nunc
Apostolus à pictura Metaphoram ducit, vt vocabula ip-
sa indicant. Confirmat hoc translatio Syriaca, quæ ita ha
bet: *Si quidem in lege erat vmbra bonorum futurorum, non ipsa met substantiæ earum rerum*, quibus verbis metaphoram
sumit hæc translatio Syriaca ab vmbra & corpore, quod
vmbram illam efficit.

Per singulos annos eisdem ipsis hostijs &c. singulis annis
offerebantur à Sacrificie eædem hostiæ in die festo Expia
tionis, cùm introibat in sancta sanctorum, vt homines
expiarentur à peccatis, & cùm semper offerrentur, nun-
quam potuerunt homines emundari, atque idcirco alias
atque alias, alijs atque alijs annis offerre necesse fuit. Sin
gulis annis iubet lex huiusmodi hostias immolari, nec
vllo anno immolari desinunt, & tamen tot hostijs non
potest accedentes ad immolationem perficere, id est,
iustificare & cælum illis aperire, vt iàpe iam diximus.

Semper pontificem confert cum Christo, & semper de die expiationis loquitur, quia si pontifex non poterat perficere homines, multo minus minores sacerdotes: Et si in die expiationis, ad id potissimū dicata, id non fiebat, quanto minus in alijs diebus.

Alioqui cessassent offerre.) &c. Nonnulli codices Græci habēt: *Alioqui nōne cessasset offerre?* Theophylactus & Oecumenius per interrogationē monent esse legendū, sed alij antiqui codices habēt, vt legit noster interpres: Et in vtraque lectione sensus idē est. Hoc ergo ait: Si enim cultores per has hostias emundarentur, iam illæ amplius non offerrentur, quia peccatū in illis non erat propter quod offerri debebant. *Cultores* autem dicit λατρεύοντας, quod solet interpres vertere *Seruientes*, vt cap. 9. *Quæ non possunt iuxta cō scientiam perfectum facere seruientem?* Et cap. 8. *Qui exemplari deseruiunt, & vmbræ cœlestium.* Intelligit autem & pontifices, & ipsos pro quibus hostiæ offerebantur.

6 Sed difficilis hinc oritur quæstio, quam vim habeat hæc Apostoli ratio: infirma enim videtur, quia in promptu est responsio, dicerent enim Hebræi hostias eadem singulis annis offerri, non quia peccata non tollerent, sed quia prioribus remissis, noua fiebant, quæ semper nouis essent sacrificijs expianda. Deinde etiamsi sacrificia vere animas emundarent, merito singulis annis repeterentur, quia iterum peccantes, iterum expiandi sunt. Nam baptismus vere nunc animam emundat, sed qui post illum præcepta Dei violat, iterum sacramento pœnitentiæ expiatur: Et perfectissime emundatus sacramento pœnitentiæ, millies peccare potest, & millies expiatione indigebit. Denique si quidquam hæc Pauli ratio efficit, efficiet etiam, quod hæretici volunt, tollendum esse ex Ecclesia sacrificium missæ, quoniam Christus vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos, vt in hoc cap. postea ait Apostolus. Cur igitur nō cessat offerri hoc sacrificiū? aut quid respōdere Christianus poterit pro repetitione illius, quo nō similiter vti queat Hebræus ad repetitionem suarum hostiarum?

Vt hæc plene intelligantur, ac diluantur obiecta quædam

dam sunt obseruanda, vt videamus, quid interfit inter sacrificium Christi & pontificum veterum & inter sacrificium sacerdotum legis & nostrum. Primum est. Pontifex vetus singulis annis in die festo Expiationis offerebat hircum & vitulum pro suis populique peccatis, nec talia sacrificia offerebat, quæ possent delere peccata: Impossibile est enim sanguine hircorum, aut vitulorum auferri peccata. Christus seipsum & sanguinem suum obtulit, qui cum esset sanguis Dei, & virtutem haberet infinitam peccata abstulit, atque ideirco dictum est: *Ecce agn⁹ Dei, Ecce qui tollit peccata mundi.*

Secundum. Pontifici veteri, cum moriebatur, alius succedebat in eodem officio, in eadem dignitate & potestate, qui nihilo minor erat eo, cui succedebat. Christo nemo succedere potuit in officio pontificatus sui neque in dignitate aut potestate, quia nemo virtutem infinitam habere potuit, qua Deum placaret iratum, & peccata deleret. Sed neque succedere debuit, quoniam pontificidum viuebat, non succedebatur, Christus autem æternus sacerdos erat, & semper viuens, quia licet, vt homo mortuus fuerit, mors ipsa fuit oblatio & sacrificium, & tertio die resurrexit nunquam moriturus. Ita docuit Apostolus supra cap. 7. *Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, ideirco quod morte prohibentur permanere: hic autem eò quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotiū; vnde & saluare in perpetuum potest accedētes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.* 8

Successit quidem Christo Petrus, & reliqui post eū Romani Pontifices in officio gubernandi Ecclesiam, & pascendi oues Christi verbo prædicationis & sacramentorum administratione, sicut illi dictum est Iohan. 21. *Pasce oues meas*: at non successit in officio redemptoris & pontificis per seipsum Deum iratum placantis, nemo enim id præter vnum Christum efficere potuit. Nam si Petrus & reliqui pontifices Deum placant, & eum populo reconciliant, non virtute sua placāt, aut sacrificio suo, sed sacrificio Christi, quo & ipse Deus placatus est, cùm essent, vt alij, natura filij iræ, itaq; quod attinet ad propriā

Universidad de Deusto
Biblioteca

verissimâque ratione pontificatus, de qua nunc loquimur non successores eius sunt, sed ministri. 1. Cor. 4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei*, id est, sacramentorum. *Nos*, Apostolos vtiq; licet. *Dispensatores*, non autores. Et cap. 12. *Hoc autem dico, quod vna quisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, Ego autem Apolo, Ego vero Cephæ, Ego autem Christi. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?* Et c. 3. *Quid igitur est Apollo? Quid vero Paulus? ministri eius, cui credidistis, & vnicuique, sicut Dñs dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementũ dedit. Itaq; neq; qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus.* Quare Chr̃s est, q Deo nobis reconciliat, qui nos iustificat q cœlũ nobis aperuit, sed vtr ad hæc pontificis & sacerdotũ ministerio, qa honorare voluit sacerdotes, & seruos suos.

Tertiũ. Pontifex vetus alijs atque alijs annis, alijs atq; alijs sacrificijs alias atq; alias hostias offerebat, aliasq; inquã, numero diuersas, licet specie eadem, quia semper vitulum & hircum offerebat in die expiationis. Et propterea dixit Paulus: *Per singulos annos eisdem ipsis hostijs, quas offerunt indesinenter* & cæt. Itaque & oblationes erant diuersæ & victimæ. Nos autem (licet sint diuersæ oblationes) 10
eandem numero victimam offerimus, quam Christus in cruce obtulit. Quam ob rem, etsi multiplicentur oblationes, id est, actiones offerentium, non multiplicantur hostiæ. Vnam Christus & omnes sacerdotes ministri eius offerunt, vnam hostiã habet tantum Ecclesia, vna deleuit omnium hominum peccata. Ex quo aliud intelligitur, sacerdotes veteres, hostias obtulisse, quæ per se Deo nõ placerent, sed expiarent tãtũ offerẽtiũ, & ex fide Christi, quã illis sacrificijs profitebãtur. Et ideo ait Apostolus in hoc capite: *Hostias, & oblationes, & holocaustomata & pro peccato non voluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur.* At nos hostiam offerimus, quæ nori potest perse non grata esse Deo. Liceat impius, & ingratissimus ille sit, qui offert.

Quartuor, Duplex fuit Christi oblatio cruẽta, & incruenta, cruenta facta est in cruce, incruenta vero facta est in cœna nouissima pridie, quam pateretur, cùm sacrã Eucha-

ristiam

ristiam instituit & Apostolos initiauit. Causa huius oblationis incruẽtæ fuit quod cum Christus esset sacerdos secundum ordinem Melchisedec, nec eius sacrificium esset cum eius præsentia finiendum, oportebat, vt sacrificium visibile relinqueret Ecclesiæ: nec enim fuit vnquã, aut esse potest vlla respublica bene instituta, quæ sacerdotiũ & sacerdotes nõ habeat. Et quoniam in Ecclesia non est nisi vnica hostia, corpus scilicet, & sanguis Christi, si sacerdotes futuri erant, hanc eãdẽ hostiã offerrũ debebãt si autẽ nullã hostiã offerrent, nec sacerdotes essent. Quo modo autem offerrent, aut vnde hanc hostiã haberent, nisi Christus primos sacerdotes initiasset, eisque potestatem reliquisset, vt Episcopis, initiandi alios? Quare tũc sine dubio hanc potestatẽ Apostolis dedit, cùm sacram Eucharistiam instituit, & dixit: Hoc *facite in meam commemorationem*. Itaque sacramentum simul & sacrificium instituit, & dedit eis potestatem conficiendi corpus suum. Nec enim à Christianis sumi posset, nisi conficerentur sacerdotibus. Tunc ergo ipse confecit & obtulit, cui in potestatem dedit Apostolis conficiendi & offerendi.

Quod egregie à Tridentino concilio explicatum est sess. 22. ca. 1. his verbis. Is igitur Deus & Dominus noster 12
& si semel seipsum in ara crucis, morte intercedente, Deo patri oblaturus erat, vt æternam illic redemptionẽ operaretur: quia tamẽ per mortẽ, sacerdotiũ eius extinguendum nõ erat, in cœnã nouissima, qua nocte tradebatur, vt dilectæ sponsæ suæ Ecclesiæ visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificiũ, quo cruentum illud, semel in cruce peragendum, repræsentaretur, eiusque memoria in finem vsquẽ sæculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionẽ eorũ, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum, applicaretur: sacerdotẽ secundũ ordinem Melchisedec, se in æternũ cõstitutũ declarãs, corpus & sanguinẽ suũ, sub speciebus panis & vini Deo patri obtulit, ac sub earũdẽ rerũ symbolis Apostolis, quos tunc noui testamẽti sacerdotes constituebat, vt sumerent, tradidit, & eisdẽ eorũq; in sacerdotio successoribus vt offerrẽt, præcepit per hæc verba: *Hoc facite in meã cõmemorationẽ* 13

Z 4 vti sem

Universidad de Deusto
Biblioteca

vti semper catholica Ecclesia intellexit & docuit. & cæ-
11 Hoc idem, Christum scilicet se tunc obtulisse patri sub
specicbus panis & vini probat copiose Lindanus lib. 4. Pa-
noplix Euangelicæ cap. 46. testimonijs Cypriani li. 2. Ep.
3. (quæ in nouis codicibus est iam 63.) Eusebij lib. 1. Euan
gelicæ demonstrationis cap. 10. Photij & Oecumenij in
cap. 7. huius Epistolæ ad Heb. Chrisostomi Hom. 17. in E-
pist. ad Heb. Theodoreti in cap. 8. eiusdem. Ambrosij in
formula sacrificij suæ Ecclesiæ. Augustini in Psal. 33. &
lib. 10. de Ciuit. cap. 20. Irenæi lib. 4. cap. 34. Damasce-
ni lib. 4. cap. 14. & Epistolæ synodalis Alexandri primi
pontificis Romani & Martyris, & denique ex canone
14. primi concilij Nicenı. Quibus testimonijs multa ad-
dit noster Robertus Bellarminius lib. 1. de Missa cap. 6.
Ex quibus satis cõuincitur insania Lutheri, Caluini, Kem-
nitij, & aliorum hæreticorum, qui in cœna Christum ob-
tulisse seipsum sub speciebus panis & vini negant, Eu
charistiamque tantum instituisse volunt. Conuinceretur
etiam vel hoc vno argumento inuiolabilis in vniuersa E-
clesia catholica consuetudinis, qua nunquam corpus
Christi cõfectum est, quin offerretur & sumeretur à sa-
cerdote. Et si quis aliud tentaret, quasi impij & sacrilegij
14 execraretur. Illud etiã euidens, quod in hac Epist. c. 7. co-
piose Apostolus persecutus est Christum esse sacerdotẽ
secũdũ ordinem Melchisedec: nec posset dici sacerdos
secundũ ordinẽ eius, nisi quemadmodum Melchisedec
panem & vinũ Deo obtulit in sacrificiũ, ita Christus sub
earundẽ rerũ symbolis, se ipsum patri obtulisset: quod nos
late demonstrauimus supra cap. 7. n. 55. & sequentibus.
Ex figura quoq; agni paschalis hoc intelligitur, fuit enim
figura Eucharistiæ, atque ita prius Christus comedit illũ
& postea instituit sacrã Eucharistiã, vt noua cæremonia
veterem finitam esse testaretur. Agnus autem non come
debatur tantum, sed etiam immolabatur, & vt sacrifi-
cium offerebatur. Exod. 12. *Immolabitque eum vniuersa mul
titudo filiorum Israel ad vesperam.* Et postea: *Et cum dixerint
vobis filij vestri: Quæ est ista religio? dicetis eis, victima transi
tus Domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel*
&cet.

&c. Prius agnus immolabatur, & postea comedebatur: ita
ergo Christus pri⁹ seipsum obtulit patri, vt veritas respõ
deret figuræ; postea corpus suum dedit discipulis. De
qua re eruditè disputat Bellarminius noster lib. 1. de Mis- 15
sa cap. 7. in secundo tomo suarum controuersiarum. Fi-
guram autem explicat bene ac breuiter concilium Tri-
dentinum loco indicato dicens: Nam celebrato veteri pa
scha, quod in memoriam exitus de Aegypto multitudo
filiorum Israel immolabat, nouum instituit pascha seipsum,
ab Ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus im-
molandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad
patrem, quando per sui sanguinis effusionem nos rede-
mit, eripuitq; de potestate tenebrarum, & in regnũ suum
transtulit. Idem probat eruditè idem autor ex alijs locis
scripturæ, & præsertim ex verbis Domini in eius institu-
tione mysterij, eodem lib. 1. de Missa cap. 12. 13. 14.

Si verò quis obijciat frustra Christum fuisse in Cru-
cem sublatum, quandoquidem iam sese patri obtulerat
pro nobis in cœna, facile responderi potest, idem obijci
posse cæteris Christi actionibus, quæ cùm infiniti valo-
ris essent, poterant hominibus æternam redemptionem
comparare: Sed quoniam oportebat Christum pati, vt
morte sua mortem vinceret, & perderet; omnia, quæ
fecit, voluit morte consummari, perinde ac si omnia con
iũcta cũ passione, vna atq; eadẽ actio essent. Voluit igitur
& præcedentes actiones, & oblationem illam in cœna fa-
ctam, quasi pendere, vt non ante nobis redemptionem in
uenirent, quàm cum morte coniungerentur?

Quintum atq; vltimum est: Passio Christi causa salu- 16
tis & redemptionis nostræ fuit, sed causa vniuersalis: hu-
ius modi autem causæ nihil efficiunt, nisi particulares
causæ adhibeantur. Sol enim & homo generant homi-
nem, non sol sine homine: Ita passio Christi quæ causa
vniuersalis est, & in se sufficiens ad omnia peccata tollen
da, vt salutem in homine efficiat, necesse est vt per cau-
sas particulares illi applicetur. Propterea igitur corpus &
sanguis Christi quotidie in Ecclesijs offeruntur, vt quo-
niam quotidie peccamus, quotidie virtutem passionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi participemus. Quod concilium Tridentinum, vt paulo ante retulimus, docuit dicens: Quo cruentum illud semel in cruce peragendum, repræsentaretur, eiusq; memoria in finem vsq; sæculi permaneret; atq; illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ quotidie à nobis committuntur, peccatorũ applicaretur & cæt. Hoc catholicis quidem hominibus manifestissimum est, & hæretici negare non possunt, quoniam scripturæ verbis apertissime comprobatur. De virtute passionis ad omnia peccata tollenda multa dicta sunt, vt Rom. 3. *Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius.* & cap. 5. *Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, multò magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Iesum Christum.* Apocal. 1. *Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* 1. Iohan. 2. *Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.*

Eadem scriptura docet hanc passionem non prodesse hominibus, nisi eis, ita vt Christus ipse tradidit, applicetur, vt Marci vltimo: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: Qui verò non crediderit, cõdemnabitur.* Non opus fuit addere, *Et non baptizatus fuerit*, quoniam qui credere non vult, nec baptizabitur, nec si baptizetur, delebuntur eius peccata. Et Paulus Rom. 3. cùm dixit *Christum esse propitiationem*, addidit, *In fide*, quia virtus passionis sine fide nemini applicatur. Et de confessione. 1. Iohan. 1. *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Et de Eucharistia Iohan. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Nec fuit, aut est vllus hæreticus tam stupidus, qui putet passionem Christi quidquam efficere in eo, cui nullo modo applicatur: non enim dicent saluos fieri omnes infideles, quamuis Iohannes dixerit: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi*: nisi passionis participes fiant per baptismum, aut alia aliqua ratione: atque ideò ipsi etiam baptizant. Nec Lutherus dixit per passionem Christi fideles peccatores iustificari, nisi illis applicetur per fidem, qua credant omnia sibi peccata remitti. Itaque in re conuenimus nobiscum hæretici, sine passione Christi in particulari applicata, nemini esse locum salutis, sed de ratione applicandæ passionis controuersia est.

Ex his quinque obseruationibus facile intelligi potest quid sit ad obiecta respondendum. Prima obiectio fuit inualidam videri argumentationem Pauli: lex per hostias suas non perficiebat homines, alioqui cessassent illæ offerri. Rectè & validè argumentatur. Namsi Aharon, aut vllus alius pontifex hostiam obtulisset, quæ verè vi sua tolleret peccata, non esset necesse alteram offerri, quia iam peccata per illam deleta erant. Dices: illa hostia delebat peccata vsque ad illam oblationem cõmissa, sed cùm noua postea committerentur, quid obstabat alteram offerri? frustra id fieret, nam si virtute sua tollebat peccata, infiniti valoris erat, non enim poterat aliter tolli peccatum, & compensari iniuria Deo facta. Quare satis erat hæc, vt non solum præsentia, & præterita, sed futura etiam peccata tolleret, quemadmodum Christi hostia fecit. *Responsio obiectorũ.*

Hoc solum quærere oporteret, qua ratione virtus illius hostiæ applicari posset ad noua peccata delenda. At hoc lex non faciebat, non enim talem habebat hostiam, sed singulis annis pontifex nouas hostias immolabat, quia nunquam hostiam inueniebat, quæ peccata auferret. Atque hoc est, quod ait Apostolus: *Per singulos annos eisdem ipsis hostijs, quas offerunt indesinenter, non potest accedentes per perfectos facere.* Hoc est, singulis annis pontifex immolat nouos hircos, & nouos vitulos, nec desinit vllo anno immolare, quia nunquam hostiam immolat, quæ vim habeat remittendi peccata. Alioqui, inquit, cessassent offerri, quia nullam haberent vltra conscientiam peccati, cultores semel mundati, hoc est, non quæreretur noua hostia, quia illa talis erat, vt offerentes emundaret, secũdum conscientiam. Atq; ita quoties peccarent, non necesse haberent alteram hostiam quærere, sed dare operam vt denuò eiusdem illius hostiæ participes fierent: sicut nos facimus in hostia noui testamenti.

Hac ea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hac eadē reſpōſione ſecundæ obiectioni ſatis fit. Nec ſimilitudo, quæ ex ſacramento baptiſmi deſumitur, quidquam probat. Fatemur enim eius vi deleri peccata, licet aliter, quam ſanguine Chriſti, quia ſanguis Chriſti habet hanc virtutem ex ſe, quia ſanguis Dei eſt; ſacramenta autem habent in ſe, at non ex ſe, ſed ex ſanguine Chriſti. Fatemur etiam eum, qui poſtea præcepta Dei violat, iterum ſacramento pœnitentiæ expiari debere: ſed non immolatur noua hoſtia, vt huic peccata remittantur, ſed nouo modo virtus eiuſdem hoſtiæ, à qua vim habet baptiſmus, applicatur illi per ſacramentum pœnitentiæ. Idem fiet, ſi millies peccet, & millies eodem ſacramento expietur, nunquam noua hoſtia mactatur, ſed per nouam applicationem virtutis paſſionis Chriſti, per idem ſacramentum factam, iuſtificatur.

21 Vltima obiectio adeò Lutherum permouit, vt librum ediderit de abroganda Miſſa priuata, & alterum contra ſacrificium Miſſæ, cui titulum fecit *de Miſſa priuata & vnctione ſacerdotum*, in quibus & alijs multis clamat Miſſam abominationem eſſe magnam, idq; in hoc poſteriori libro, à diabolo ſe accepiſſe confitetur; dignam ſcilicet tali diſcipulo & tali præceptore doctrinam. Quod illi diabolus perſuaſit, cæteris etiā huius tēporis hęreticis eadē ratione perſuaſit, Philippo Melanchthoni, Iohanni Brentio, Mathiæ Illyrico, Martino Kemnitio, Iohanni Caluino, quorum locos indicat Robertus Bellarminius lib. 1. de Miſſa cap. 5. Aiunt celebratione Miſſæ inſignem paſſioni Chriſti iniuriam fieri, nec poſſe altare erigi, niſi euertatur crux: nos eſſe ſacerdotes veteris legis, qui ſæpe eandem hoſtiam offerimus, quaſi per eam, quam Chriſtus in cruce obtulit, non fuerimus emūdati; Chriſtum vna oblatione conſummaſſe in ſempiternum ſanctificatos.

22 Nos reſpondemus hoſtiam oblatam in cruce deleuiſſe omnia peccata, ità vt nulla alia opus ſit ad expiationem peccatorū, non commiſſorum tātum ab initio mundi, ſed omnium etiam, quæ committentur, quæq; committi poſſunt. Hæc enim infiniti valoris fuit, ideoq; neq; altero redemptore egemus, neque vt idem ipſe iterum ſe pro no-

pro nobis offerat in cruce, aut iterum moriatur: egemus tamen, propter noua peccata, noua eiuſdem hoſtiæ applicatione, quæ fit per oblationem incruentam in ſacrificio Miſſæ. Ita q; Paulus quoties dicit Chriſtum ſemel ſe obtuliſſe, loquitur de oblatione cruenta, atque hanc repeti poſſe negat, vt nos negamus, vt cap. 6. *Rurſum crucifigentes ſibimet Dei filium & oſtentui habentes*, hanc ſectionem eſſe Chriſti eſſe dicit, ſi velimus, vt iterum crucifigatur. Et cap. 7. *Qui non habet neceſſitatem quotidie (quemadmodum ſacerdotes) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi, hoc enim fecit ſemel ſe offerendo ſemetipſum*, dicit, quia oblatio cruenta nunquam iterata eſt &c. c. 9. *Chriſtus autē aſſiſtens Pontifex futurorū bonorū, &c. neq; per ſanguinē hircorū aut vitulorū ſed per proprium ſanguinē introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuēta*. Et poſtea: *Neq; vt ſæpe offerat ſemetipſum*. Manifeſtum eſt eū in his locis loqui de cruenta oblatione: cōparat enim eū cum ſacerdotibus, & cum veteri pontifice, qui introibat in ſanctā cum ſanguine alieno. Chriſtus autem in ſuo. Et vt dubitare nequeamus de hac cum oblatione loqui legimus ſtatim: *Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem ſemel in conſummatione ſæculorū ad deſtitutionē peccati per hoſtiam ſuā apparuit. Et: Et quemadmodum ſtatutū eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium: ita & Chriſtus ſemel oblatus ad multorum exhauriendā peccata &c. ſemel oblatus.* Ita ſcilicet: vt moreretur, quia ſimilitudo ex eo ſumitur, quòd ſtatutum eſt hominibus ſemel mori. Et: *In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationē corporis Ieſu Chriſti ſemel.* Oblationē cruētā dicit, paulò enim ante ſcripſerat: *Hoſtiā, & oblationē noluiſti, corpus autē aptaſti mihi*, videlicet ſæuū dū quod pati poſſem; quod indicat ſimilitudo hoſtiarū, & holocauſtorū, quæ eſt in eiſdē verbis. Ex eadē ſimilitudine intelligitur, de hoſtia cruenta loqui, cū ſubdit: *Et omnis quidē ſacerdos præſto eſt quotidie miniſtrāns, & eaſdē ſæpe offerēs hoſtias, quæ nō poſſūt auferre peccata: hic autē vnā pro peccatis offerēs hoſtiā, in ſempiternū ſedet in dextera Dei.* Vna enim oblatione cōſummauit, &c. Ex quo etiā intelligitur, qđ ait poſtea: *Vbi aūt horū remiſſio, iā nō eſt oblatio pro peccato.* Oblatio ſi cruēta, qua cū p paſſionē Chriſti oīa peccata

remit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

remittatur, non est opus, vt iterum moriatur, & crucifigatur. Et quod postea legimus: *voluntarie enim peccantibus nobis post acceptum notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia.* Hoc est, si nolumus vti hac hostia, quæ semel in cruce pro nobis oblata est, non expectemus, aut vt alius pro nobis patiatur, aut ipse Christus iterum moria-
25 tur. Non enim de quolibet peccato loquitur, sed de peccato eorum, qui ad Iudaismum deficiebant: quod aut nonnulli eius, ad quem se conuertebant, aut certè nefas esse credebant, inde cognoscetur, *Non deseretes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes*, &c.

Satis ergo efficax verba Pauli nihil hæreticis fauere, cùm de cruenta oblatione non fiant, idemq; omnes catholici sentiant, & confiteantur. Quis enim vnquam dixit aut aliam nobis redemptorem esse quærendum, aut hunc nostrum iterum mori oportere? Quis nesciat, quod ab eodem Apostolo scriptum est Rom. 6. *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur*; cùm autem nos sæpe offerimus hostiam incruentã, nequaquam verbis Apostoli aduersamur, sed Christo & eidem Apostolo paremus. Christus enim dixit Luc. 22. *Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem.* Et Apostolus. 1. Corinth. 11. *Accepit panem & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem.* Non dixit: Hoc comedite in meam commemorationem, sed, *Hoc facite*, id est, vos eodem modo consecrate, & offerte. Quod magis indicat verbis sequentibus: *Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunq; bibetis in meam commemorationem.* Hoc est: Quoties vobis libendus erit hic sanguis, vos Apostoli illum consecrate,
26 & offerte in mei memoriam. Itaq; ideò Christus in cœna se obtulit incruente, vt nos idem faceremus, & vt sacrificium nobis relinqueret, & sacerdotium, sine quo nulla mediocriter constituta respublica vnquam fuit. Quid enim turpius, aut quid Christi sapientia indignius, quam vt cum veri Dei cognitionem nobis tradidisset, nullum nobis

nobis sacrificium relinqueret, quo eum coleremus & nobis propter peccata nostra ratum, placaremus.

Quare cum altare erigitur, crux nõ quæritur, aut ignominia afficitur sed extollitur, & honoratur, atque ideo veteri Ecclesiæ consuetudine crux superaltare ponitur, eiqs sæpe in eodem sacrificio caput inclinamus. Et cùm Christi corpus & sanguinem offerimus, plurimum eius veneramur, commemoramus enim eius passionem, & in memoriam omnibus reuocamus. Testamur eius sapientiam, & bonitatem, qui tale nobis sacrificium reliquit: profitemur hostiã illam tantæ fuisse virtutis, vt passionis eius commemoratione egeamus; & quasi ex locupletissimo thesauro, & inexhausto fonte semper diuitias expromamus, quibus patri debita persoluamus, semper aquas gratiarum hauriamus, quibus nostræ sordes eluantur, supplicia peccatis nostris debita deprecemur, & viam iustitiæ teneamus. Denique opus nobis est, vt virtutem illius cruentæ oblationis ita ad nos applicemus. 27

Sed obstrepit Caluinus satis nobis virtutem passionis applicari per baptismum & sacram Eucharistiam, & per verbum Dei Matthæi 20. ita quo non egere nos celebratione missæ. Respondebit illi dominus: An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Non ad mensuram Caluini Christus nobis benefecit. Infinitus est Thesaurus hominibus eius passio & multis modis oportebat nos virtutis eius participes fieri. Præterea, non vidit Caluinus non esse nobis satis participes fieri virtutis passionis per baptis- 28
mum & Eucharistiam & per verbum Dei, quoniam per baptismũ cõmunicatur nobis eius virt'. vt regeneremur, & filij Dei efficiamur: per Eucharistiam vt nutriamur, & confirmemur, per verbum autem Dei instruimur, & illuminamur. At si gratiam perderemus, per pœnitentiam, nobis applicari debuit, atque ita de alijs sacramentis. Sed oportebat vt haberemus etiã sacrificium non solum Eucharisticum ad gratias agẽdas pro beneficijs acceptis, sed etiam propitiatorium, vt Deum nobis placaremus & mala imminentia auerteremus, & cuius virtute Deus corda nostra excitaret, vt verbum Dei auribus cordis audiremus, &

ad eadem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad eadē sacramēta Pœnitētiæ & Eucharistiæ rite parati accederemus. ¶ Cumq; in lege esset, præter alia sacrificia, quod dā ad expiāda peccata institutū, quod diebatur pro peccato, & nostrum sacrificiū, vt veniam obtinere debeant eximiēter omnia, quæ erant in figuris, necesse est dicere illud nō solū esse eucharisticū, sed etiam propitiatorium.

Denique (vt iam hæc finiamus) constat Apostolos, cū dominō cœperunt, obtulisse hoc sacrificium, & hanc hostiam incruentam, idemque sacerdotibus ecclesiæ præ-
29 cepisse vt facerent Act. 13. scriptum est: *Ministrantibus autem illis domino, & ieiunantibus dixit spiritus sanctus: segregate mihi Saulum & Barnabam &c.* Pro Ministrantibus est λειτουργούντων, quod vocabulum ad scripturam ad sacra ministeria pertinere, diximus cap. 8. n. 3. Et Erasmus elegantiæ vertit, *Sacrificantibus.* Gregorius lib. 7. ep. 63. ad Iohannē Episcopum Syracusanum ait: Orationem autem dominicam idcirco mox post precem dicimus, quia mos Apostolorum fuit, vt ad ipsam solummodo orationem, oblationis hostiam consecrarent. Isidorus in lib. de officijs ecclesiasticis cap. 15. Ordo, inquit, Missæ, vel oblationis, in quibus oblata Deo sacrificia consecrantur, primū à S. Petro institutus est, cuius celebritatem vno eodemq; modo vniuersus peragit orbis &c. cætera.

Iacobus etiam frater domini, nō solum sacrificium hoc obtulit Ierosolymis, sed ritū etiam offerendi libello scripto tradidit, cuius memini Nicena Synodus canone 32. Et in
31 Martyrio S. Andreæ Apostoli, quod scripserunt presbyteri, & diaconi Achaiæ, qui ei interfuerunt, Apostolus
30 ipse ait: Omnipotenti Deo, qui vivus & verus est, ego omni die sacrificio, non thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorum sanguinē, sed immaculatum agnum quotidie in altari crucis sacrificio, cuius carnes posteaquam omnis populus credentiū māducauerit, & eius sanguinē biberit: agnus, qui sacrificatus est, integer perseverat. Et Matthæus Apostolus, & Euāgelista, post mysteria Domini celebrata & missam dictā, martyrio coronatus est, vt refert Abdias l. 7. Apostolicæ historiæ. Deniq; quomodo Apostoli obtulerint hoc sacrificiū, & offerre docue-

docuerint Ecclesiam, videmus apud Clementem li. 7. cōstitu. Apost. cap. 31. & lib. 8. latissime cap. 12. & 13. Hæc omnia & alia multa respondere potest Christianus pro suo sacrificio & eius iteratione, quæ nequaquam Iudæus poterit respondere pro suo.

Sed in ipsis cōmemoratio peccatorū per singulos annos fit.) Non tollūtur peccata sacrificijs, sed singulis annis, cū sacrificia offerūtur in die expiationis, fit cōmemoratio peccatorū ἀνάμνησις, id est, reuocatio in memoriam, recordantur homines sacrificijs illis, se esse peccatores, nō etiā emūdātur.

Impossibile enim est sanguine taurorum, & cæt.) Docet, quod dixit non tolli peccata, sed in mentem reuocari: quam enim vim habere potest sanguis taurorum, aut hircorum ad tollenda peccata? De quo satis iam diximus in præcedentibus, ac præsertim in hac disputatione de differentia sacrificij Christi, & sacrificiorum legis. 33

Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiam & oblationem noluisti, & cæt.] Probat præterea verbis prophetæ psal. 39. apud quem filius Dei testatur, patri suo non placere sacrificia, quę in lege fiebant, atq; idcirco se missum esse, vt se ipsum ei offerret, eumq; humano generi placaret. Quod non ita intelligendum est, quasi Deo displicuerint sacrificia veterum patrū, quæ sæpe illi placuisse docet scriptura vt Gen. 8. de sacrificio Noe scriptum est: Odoratusq; est dominus odorem suauitatis, & ait ad eum: Nequaquam vltra maledicam terrę propter homines. Et cap. 15. Dns ipse præcepit Abrahæ, vt sibi sacrificium offerret. De quo & alijs ait Ecclesiasticus: sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Habel, & sacrificiū patriarchæ nostri Abrahæ &c. sed dicit sacrificia illa non habuisse exse, vnde Deo placerēt, sed ex fide & deuotione offerentiū placebant; sacrificiū autē nostrum perse ipsum placet patri. Dicit etiam non placuisse illi sacrificia ita vt per illa tollerentur peccata hominum, & Deus placaretur, ac reconciliaretur generi humano, vt ex sequentibus intelligitur. 32
Cupiebat enim Deus reconciliari hominibus, & ad id sacrificium sibi offerri, quo id perficeretur, cumque varia ei offerrentur, nullum placebat, nullum voluntatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius explebat. Et hoc est, quod ait mox: *Tunc dixi, Ecce venio, in capite libri scriptum est de me, vt faciam Deus voluntatem tuam*, ideſt, vt te hominibus recõciliem, hoc enim est, quod tu vis. Et postea ait: *Inqua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel.* Et quoniam iste est huius loci germanus sensus, non mihi videtur hic quærendum, an vetera sacrificia Deo placuerint, de quo latè disputaui in capit. 6. Hoſee. n. 19. & sequentibus. In mundum autem ingredi dicitur, qui ex vtero in lucem editur, sicut Ioh. 1. *Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundum.* Quare ingrediens in mundum, significat, cùm in vtero virginis esset, & nasci vellet, nã, Ecce venio, festinationem indicat. Et εἰσερχόμενος, rectè vertitur ingrediens, & ingressurus, habet enim hoc verbum in præsenti, etiam significationem futuri, vt Matth. 11. *Tu es qui venturus es?* ὁ ἐρχόμενος. siue igitur vertas. Ingrediens, ideſt, cùm iam ingredi pararet. siue Ingressurus, hoc factũ est simulatq; Christus conceptus est?

33 *Hostiam & oblationem noluisti*, Hostias vocat cruenta sacrificia, oblationes autem cætera, quæ in sacrificijs incruenta offerebantur, vt ait Theophylactus, vt similam, panes, vinum, thus, & similia?

Corpus autem aptasti mihi, Quæritur, quid in his secutus fuerit Apostolus, nam & ab Hebræo & à lxx. differt. In Hebræo enim est אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִי quod Hieron. & Hebræi vertũt: *Aures fodisti mihi*, ideſt, quasi seruum perpetuò tibi seruiturum perforatione auriumme notasti. Alludere videlicet prophetam volunt ad illud Exod. 21. *Perforabitq; aurem eius subula, & erit ei seruus in sæculum.* Et Chaldæus vertit: *Aures autem, ad auscultanda præcepta tua, formasti mihi.* vtrunq; satis conuenit cum translatione lxx. *Aures autem perfecisti mihi*, ideſt, aures mihi perfectas dedisti ad obediendum tibi. Fateor equidem in multis Græcis codicibus psalmorum legi, quod nunc ait Paulus σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, id est, *Corpus autem aptasti mihi*: & in Põtificio codice ita legitur, & ita legerunt nõnulli ex veteribus, vt Apollinarius in sua paraphrasi Psalmorũ, Ambrosius, (Chrysostom. Theodoretus, Euthymius, Augustinus om-

nes in

nes in eundem Psalmum?

At alia exemplaria Lxx. habuisse ὠτία δὲ μοι κατηρτίσω, 34
id est *aures autẽ mihi aptasti*, siue *perfecisti*, indicat nostra trãslatio, *Aures autem perfecisti mihi*. Et Græca scholia quædam interpretantur: *Aures autem fodisti mihi, aures autem parasti mihi*. Ita omnino legit antiquus autor Arnobius, & Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 12

Verba Pauli siue translationem Lxx. vnus fere ex ijs, quos vidi, conciliat cum Hebræo Genebrardus: nam qui Hebræorum studiosi sunt, Hebraica dumtaxat interpretãtur: Græci verò eodem ferè modo legunt in Dauide, & in Paulo, nec curant, quid in Hebræo legatur. Genebrardus eundem esse sensum dicit in vtrisque verbis, & *Aures* per synedochen poni pro corpore, partem pro toto; fecisseque id Paulum, vt Hebraica explicaret, in quibus *Aures* positæ sunt, quoniam de obedientia agebatur

Vt hæc rectè explicemus, & omnia conuenire ostendamus, primum hoc statuamus in eo quod interpres vertit, *perfecisti, & aptasti*, eundem sensum esse. Verbum Hebraicum כָּרָה, significat fodere, & fingere, siue formare, quomodo figuli ex argilla fingunt & ducunt figuras vasorum, hinc enim Metaphora sumitur, vt rectè adnotauit Genebrardus, atq; idcirco lxx verterunt, κατηρτίσω id est, *Aptasti, formasti*: significat enim, κατηρτίζω, siue κατηρτίζομαι, coagmento, compono, suo loco quidquis apto congruenter, ita vt partes interse & cum toto congruant. Et quia tunc res perfecta, atq; absoluta est, cùm concinnè & congruenter composita est; inde hoc verbum significat *Perficere* vt Matt. 21. Ex Psalm. 8. *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem* καταρτίζω, 1. Cor. 1. *Estis autem perfecti in eadem mente, & eadem sententia*, ideſt, apte cohærentes in vna mente. Et sicut membra vnius corporis mutuò vobiscũ cõgruatis. 2. Cor. vltimo: *Cætero autẽ fratres, gaudete, perfecti estote*, ideſt, inter vos mutuo & cũ vestro capite cõgruite.

Quare elegãter vertit interpres: Corpus autem aptasti mihi, ideſt, aptũ & cõueniẽs muneri ad quod assumebatur, mihi corpus fecisti, siue formasti. Eccq; idẽ interpres vertit

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Ps. 39: *Aures autem perfecisti mihi*, sicut est idem verbum in Græco, ita etiam idem sensus est: Aures aptas, & con-
36 uenientes muneri, quod erant præstituræ, dedisti mihi. Similiter idem est sensus, siue *Aures* vertas, siue *Corpus*. Nam si dicas, *Aures autem perfecisti mihi*, perinde est, ac si diceret: Aptasti mihi aures, dedisti mihi aptas, & conuenientes aures ad audiendum, & faciendum, quod tu cupiebas. Etenim filius, qui vt Deus, patri in omnibus erat æqualis, naturam non habebat, in qua obedire, & immolari posset, vt faceret eius voluntatem, id est, vt homines redimeret, quod cupiebat pater. Idcirco aures illi aptatæ sunt, id est, natura data est illi, qua posset obedire, auribus enim audimus, & audire dicimur cùm obedimus. Hoc idem Paulus, vt explicaret reconditũ sensum prophetæ, simul cum veteribus interpretibus dixit apertius: *Corpus autem aptasti mihi*, quo scilicet, obedire, & immolari possem.

Quare mirum est Augustinum Eugubinum, & quosdam alios Hebræorum sectatores, Iudæorum expositionẽ sequi malle, quàm Pauli, necq; ad Christũ hæc referre, de quo sine dubio dicta sunt, sed ad omnes homines in
37 hunc sensum: Non tu victimas requiris, à nobis nec sacrificia, sed vis nos tuis parere mandatis: quasi minime hæc Paulus atti gisset.

Holocaustomata, & pro peccato non tibi placuerũt. Cùm multum delectari videreris in lege, holocaustis, quæ tota in honorem tuum concremabantur, cùm peteres hostias, quæ ex eo, quòd ad remissionem peccatorum offerebantur, vocabantur *Pro peccato*; nunquàm tamen hæc ita tibi placuerunt, vt per ea humano generi reconciliareris. Pro *Non placuerunt*, in Psalmo legimus. *Non postulasti*, tam in Hebræo, quàm apud Ixx. Hoc est, Non postulasti ea, quasi tibi placerent ad hoc perficiendum, quamuis ea in lege fieri præceperis. Sicut cùm aliquid quærimus, alia quæ nobis occurrunt, & alio tẽpore placerent, reijcimus, & non placent nobis, quia non habent, id quod tunc quærimus.

Tunc dixi, Ecce venio. Cùm vidi hæc tibi non placere, cõtinuò meipsum obtuli, vt facerem, quod tu volebas?

In capite libri scriptum est de me. Recentiores quicumq;

Hebraicè

Hebraicè sciunt, alium esse sensum prophetæ volunt in his verbis, quàm Apostoli. Cùm enim in Hebræo pro In capite sit בְּמְגִלַּת omnino vertendum esse contendunt *In volumine libri*, est enim idem nomen, quod Zach. 5. legitur, vbi ait. *Et ecce volumen volans*, Quod ita Augustinus Eugubinus interpretatur. Hebræi exponũt, recte quidem mea sententia, *In volumine legis.* Ibi (ait) scripta sunt præ- 38
cepta tua, quibus nos parere iussisti, & cæt. Genebrardus. *In tota scriptura scriptum est vt expiem hominum peccata.* Vatablus: veteres Hebræi in membranis, aut chartis scribebãt, quæ in rotundum complicabantur. In huiusmodi etiam hodie scribũt Iudæi legẽ, & prophetas. *In volumine* igitur *libri*, id est, in libro plicatili, siue in mẽbranis plicatilibus, in libro legis & prophetarum: aut tantum in ipsa lege. Nã Deut. cap. 5. 6. & 17. officiũ regis describitur & cæt.

Ac ne miremur ita vertisse recẽtiores, Chrysostomus in Psal. 39. testatur Aquilam, & Symmachum eodem modo transtulisse. Eadem verba sunt apud Theodoretum in Psalmũ eũdem: In capite. Aquila, & Symmachus: in inuolucro libri dixerunt. Sic autem diuina volumina vsq; in hodiernum diem Iudæi munire solent. Exponitq; Theodoretus. In libris sacrorum vatũ hæc de me prædicta sunt: quæ omnia desumpta sunt ex Chrysostomo. Et Euthymius ait: conscriptiones, Hebræi, libros appellabant, & involutas chartas, volumina, inuolutis enim chartis scribebant, & nõ quadratis libris, vt nos facimus. Ait igitur Saluator: *In volumine libri*, prophetici nimirum, *De me scriptum est* & cæt. Hieronymus etiam vertit; *In voluminc libri*

Equidem non videõ, cur illis ita hæc placuerit translatio, cùm in ea, & sensus deesse quodammodo & verba re- 39
dundare videantur. Nam מְגִלָּה id est volumen, librum prorsus significat: vt Zach. 5. Et ecce volumen volans. Ita ergo est, ac si diceret, *In libro libri*, nec docemur in quo libro, cùm multi sint libri legis & prophetarum. Deinde: Non frustra Ixx verterunt ἐμκεφαλίδι, id est, *In capitulo*, & omnibus satis esse debuit hãc eorum trãslationem à Græco Pauli interprete confirmatam esse, & ita legere to-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam Ecclesiam, quam non aliud legere certum est, quàm quod scripsit Paulus.

Sciendum est ergo, id quod recentiores Hebræos, & eorum sectatores latuit, vocem illã Hebræã, & volumen significare à verbo גָּלַל quod significat voluere, & ipsum libri initium quia inde volui incipit. Hoc docuit translatio lxx. docuit etiam vetus interpres Symmachus, vt testatur Hieronymus in initio cap. 5. Zachariæ. Nec ignoro Ie 40 rẽ. 36. scriptum esse: *Tolle volumen libri & scribes in eo omnia verba, quæ locutus sum tibi*: Sed id magis interpretationem nostram confirmat, nullum enim certum librum significauit ibi dominus, sed iussit prophetã accipere volumen libri, ideſt, membranam, in qua libri scribi solent, sicut verterunt lxx: *Sume tibi chartam libri*, atque id proprie significat volumen libri. Atquàm ineptè interpretaremur, si diceremus. *In mẽbrana, qua libri scribi solent, scriptum est de me.* Prudenter ergo lxx. hoc in loco non verterũt, In volumine libri, aut In charta libri, sed *In capitulo*.

Superest nunc vt quæramus, quo in libro scriptum de se dicat. Hieronymus initio traditionum Hebraicarum in Genesin, hoc ad librum Geneſis refert, qui caput, & initiũ est librorum sacræ scripturæ, & hoc scriptum putat esse, eum creatorem omnium esse, quia illud *In principio creauit Deus cælum & terram*, multi interpretabantur, *Insilio fecit*. & cæt. Deinde ait: Magis itaq; secundùm sensum, quàm secundum verbi translationem de Christo accipi potest, qui tã in ipsa fronte Geneseos, quæ caput omnium librorum est, quàm etiam in principio Iohannis Euangelistæ, cæli & terræ conditor approbatur. Vnde & in psalterio de se ipso ait: *In capite libri scriptũ est de me*, id est, in principio Geneseos & cæt. Ad eadem verba alludi etiam puta 41 runt multi, quorum sentẽtiam refert Augustinus in Psal. 150. Et postea idem sensit Catharinus.

Multi ad totam scripturam hoc referunt, vt Theophylactus & Photius apud Oecumenium: sed Theophylactus etiam refert hoc ad illud Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.*

Alij

Alij dicunt hoc scriptũ esse in capite libri Psalmorum, id est, in Psalmo primo vbi ait: sed in lege domini voluntas eius, & cæt. vt Augustinus in eundẽ Ps. 39. & in Ps. 150. & glossa interlinearis hic. Alij aliter.

At si verborum proprietatem, atq; scopum Apostoli rectè intueamur, forte aliter hæc explicanda videbuntur. Quoniam non dicit in cuius libri capite scriptum sit, sed tantum in capite libri: sacra scriptura omni no videtur hic intelligenda, quæ per antonomasiam *Liber* dicitur. Nec displicet, quod in præfatione in Ps. 150. scripsit Augustinus. Sunt etiã, inquit, qui vniuersas omnino scripturas canonicas vnum librum vocent, quod valde mirabili & diuina vnitate concordent & cæt. Huius libri caput, siue initium est Geneſis.

Potest etiam non inepte intelligi librum Geneſis proprie appellari librum, nam סֵפֶר quod est in hoc loco Psal 42
mi, propriè catalogum significat à סָפַר quod est narrare & numerare, vt Gen. 5. *Hic est liber generationis Adam*. Similiter Matthæus: *Liber generationis Iesu Christi*, ideſt, catalogus Maiorum Iesu Christi. Cùm ergo liber Geneſis, catalogus sit rerum à Deo conditarum, & generationũ Adam & Patriarcharum, ac deniq; Iacob & filiorum eius, probabiliter dici potest eum hic vocatum fuisse librum, ideſt catalogum.

Verba autem Geneſis, quæ de se scripta dicit Dominus, nequaquam illa esse puto: *In principio creauit Deus cælum & terram*: quoniam, quod scriptum esse testatur in capite libri, hîc indicat: *In capite libri scriptum est de me, vt faciam Deus voluntatem tuam*. Illa itaq; verba, quæ prænuntient Christum moriturum fuisse, vt genus humanum Deo reconciliaret, esse dicemus ea, quæ nunc subindicantur. Ita enim ait Oecumenius: Quod autem & venturus sim, & voluntatem tuam facturus, hæc in capite libri de me scripta sunt. Ità sunt ista ordinanda: nã cùm prophetica sint, obliqua & contorta sunt, & cæt. verba ergo ad quæ nunc alluditur, illa sunt Gene. 2. dixitq; Adam. *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur virago, quoniam* 43
de viro

Universidad de Deusto
Biblioteca

de viro sumpta est. Quã ob rem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Etenim vt ibi ex latere dormientis Adam ædificata est Heua, ita postea ex latere Christi dormientis in cruce ædificata est Ecclesia, cùm sanguis & aqua ex eo fluxerunt, in quibus duo maxima sacramenta, id est baptismus & Eucharistia significata sunt.

Et Paulus hæc ipsa verba referens Ephes. 5. ait: *Sacramẽtum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia.* Christi enim aduentus significatur, vbi ait: *Quam ob rem relinquet homo patrem* &cæt. nam è cælo in terram descendit & matrem reliquit vt doceret homines, & pro eis patere tur, & Ecclesiam suo sanguine sanctificatam, sibi perpetuo matrimonio collocauit. Et capitul. 3. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipse conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Ita enim legunt & de Christo interpretantur, præter alios, Irenæus lib. 3. cap. 38. & Leo primus sermone. 2. de Natiuitate. In passione, Christus contriuit caput serpentis.

44 Et quia hæc verba scripta sunt in ipso fere initio libri, dixit, ἐν κεφαλίδι, id est, in capitulo, vt diximus supra cap. 8, numer. 2. Noster autem interpres parum referre putauit. vtrum in capitulo verteret, an in capite, cùm vtroque nomine initium libri significetur: quemadmodum & Hieronymus, qui modo vertit *In capitulo*, vt in cap. 5. Zachariæ, modo *in capite* vt in traditionibus Hebraicis in Genesim. Idem omnes fecerunt in nomine huic adiuncto, verterunt enim, *In capite libri*, cum apud lxx. & in Paulo legatur, *In capite libelli*. Fortasse autem vtrumque nomen diminutiuum positum est, amplificationis causa quod apud Græcos fieri diximus. c. 8. n. 1. Certe in Hebræo neutrũ est diminutiuũ, sed absolute legitur In capite libri.

Nunc vellẽ vt mihi dicerẽt Augustinus & reliqui, qui hæc verba Christi nõ esse existimãt, quisnã hic sit, qui ait *Tũc dixi, Ecce venio, in capite libri scriptũ est de me* &c. An Dauid de se scriptũ esse dicit in capite libri? vbi hoc scriptũ est Interpretatur Augustinus Eugubinus In volumine legis scriptum
45 est de me, & de omnibus, omnes enim iubentur in eo volumi

volumine obtemperare legi. Mitto nunc cõtra veterum patrum sensum eum ita interpretari, qui Christum loqui & de se proprie id dictum docent. Quis ita loquitur? Quis me ferret si dicerem: In lege & in Euangelio scriptum est de me, quia scilicet in his libris scriptum est: *Diliges Dominum Deum tuum* &cæt. cur Christus sibi vendicet, quod de omnibus scriptum est? Aut quis alius ad se hoc vnquam retulit? Et si caput libri, est Genesis, vbi id in Genesi scriptum est?

Illud etiã valde insulsum, quod ait Vatablus: De me, vel super me aut propter me & reliquos reges, inquit Dauid, vt Deut. 17. describitur officiũ regis. Quid propheta de officio regis loquitur? Quid hoc ad eius institutũ pertinet? si propter omnes reges, cur Dauid id sibi tribuit? Quanto satius illis fuisset ad obscura verba Dauidis, Paulum interpretem adhibere, quàm impios Iudæorum magistros à quibus discant sanctorum patrum contemnere autoritatem? Quanto melius Chrysostomus, qui ait: Tunc dixi, Ecce venio, de quo istud dictum est? De nullo alio nisi de Christo, &cæter. Ex dictis perspicitur longe à vero abhorrere, quod in hunc Psalmum scripsit Iansenius, si quis hæc de solo Christo intelligat, & in libro Psalmorum aut Genesis scriptum dicat, parum solidam esse hanc intelligentiam, nec Originalibus (ita enim ait) conuenire. 46

Quod sequitur: *Vt faciam Deus voluntatem tuam*, non coniungitur cum *Scriptum est de me*, vt sit sensus: scriptum est de me vt faciam voluntatem tuam, sed cum *Ecce venio* vt mox ostendit idem Apostolus: *Tunc dixi, Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam.* Itaque illud *In capite libri scriptum est de me*, per parenthesim legendum est. Sed potest recte intelligi vt dicebat Oecumenius. *Tunc dixi, Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam*, & vtrumque scriptũ est de me. Apud Dauidem paulo aliter hæc distingui videntur, ita enim se habent: *Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me.* Deinde nouus versus & noua sententia incipit: *vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Ita distinxit Chaldæus, & ita Hieronymus, ac reliqui distinxisse videntur. At non

aliter propheta distinxit, si recte inspiciatur, quam Apostolus. Non est enim sensus, *Volui vt facerem voluntatem*
47 *tuam Deus*, vt primo aspectu apparet, *sed Ecce venio vt faciam voluntatem tuam Deus.* Deinde sequitur, *volui*, id est libentissime hanc suscepi, & lex tua in corde meo est, cupio voluntatem tuam facere, & omnes tibi obsequi.

Hoc præter autoritatē Apostoli verba ipsa indicant: non enim est in Hebræo: *Facere voluntatem tuam volui*, sed *ad faciendum*: Ecce venio ad faciendum voluntatem tuam. In Græco etiam manifestius est: Ecce venio causa faciendi voluntatem tuam, neque aliter verba Græca vllo modo intelligi possunt. Quod præclarè Apollinarius intellexit, & expressit, quem ita vertere possumus.

Huc ideo veni pater, vt tua iussa capessam.
Et pro eo, quod nos habemus, volui, ait:
Tuum perficere cupius beatiex animo desiderium.

Oblitus ergo videtur Iansenius cum dicit: volui, vt facerem: vel, potius vt habent Græca, & Hebræa, volui facere voluntatem tuam. Hæc Iansen.

48 Pro voluntate in Hebræo est חפצתי quod solent Lxx. vertere εὐδοκίαν, & significat proprie propensionem animi in aliquem, quasi dicat: vt eriperem à morte genus humanum, & satisfacerem desiderio tuo: Quare recte Apollinarius vertit ἐπιθυμίαν, id est, desiderium.

Superius dicens: Quia hostias &cæter. Prius dixit Deum nolle sacrificia. Quis autem dixit? Possemus respondere & Danidem dicere, & Christum, vt mox videbimus. *Quæ secundum legem offeruntur.*] Hoc est, hæc sunt, quæ lex offerre iubet, nihil habet maius quod offerat.

Tunc dixi, Ecce venio.] In Græco & in translatione Syriaca, & in quibusdam Latinis codicibus legitur: *Tunc dixit*, Christus videlicet, qui & superiora dixerat: Et de quo cōtinuo ait: *Aufert primum, vt sequens statuat.* Sed quoniā in pluribus ac correctioribus libris Latinis legitur, *Tūc dixi*: facile id probare, & interpretari possumus, si dicamus hęc ad prophetā referri in hūc modū: superius dicēs Propheta nomine Christi, Deo nō placere sacrificia, & his subijciens, quod idem filius dixit, *Tunc dixi*, Ecce venio, &cæ.

aufert

aufert Propheta primum vt statuat alterum. Itaque refert verba vt erant in Psalmo.

Aufert primum, vt sequens statuat.] Quid est *primum*? sacrificia: quid est *sequens*, siue *secundum* vt est in Græco? Christum facere voluntatem patris offerendo seipsum. 49
Tollit igitur primum, cùm dicit sacrificia Deo non placere, vt ita doceat per sacrificium, quod ipse oblaturus erat patrem esse placandum, & homines esse consummādos. 17
Nisi enim hoc facturus fuisset, frustra post oblata sacrificia diceret: *Ecce venio vt faciam voluntatem tuam.*

In qua voluntate sanctificati sumus.] Quasi dicat: Atque ita factum est. Nam per illam voluntatem patris, ad quam faciendam venit Christus, sanctificati, & iustificati sumus, & obtinuimus per vnum sacrificium, quod per tot legis sacrificia obtinere non potueramus. Nam Christus vt voluntatem patris perficeret, obtulit se semel in cruce, & illa oblatione sanctificauit nos.

Et omnis quidem sacerdos &cæt.] Quoniam Hebræi multis sacrificijs assuefacti erant, ne mirarentur vna oblatione assecutum esse Christum iustificationem nostram, quā vetera sacrificia assequi non potuerant: repetit libenter, 50
quod dixerat, vt & melius intelligatur, & firmius memoriæ inhæreat. Lōge, inquit alia ratio est de hoc sacerdote, atq; de sacerdotibus legis: illos cū nihil nisi homines essent nec haberent, quid offerrent, nisi sanguinem animalium; 51
non est mirum multis hostijs, quas quotidie offerebant, peccata non abstulisse; huic, cum talis, ac tantus sit vt etiam ad dexteram Dei sedeat, semel se ipsum obtulisse, satis fuit.

Vnam pro peccatis offerens hostiam. Hoc est, vna hostia oblata, aut cum vnam hostiam obtulerit. In Græco enim est Participiū præteriti tēporis, quo, quia Latinicaret pro eo interpres vti solet participio præsentis, vt sæpe iā ad notauim⁹ & passim in Græco videm⁹. Trāslatio Syriaca *Hic vero vnā hostiā obtulit pro peccatis cōsedit q; ad dexterā Dei in æternū.* Eras. *Hic vero vna pro peccatis oblata victima &c. In sempiternum sedet in dextera Dei.* Nūquā illā sedis dignitatem amissurus, nunquā iterum pœnis afficiendus, nū

quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam iterum moriturus. Theophylactus: Stare igitur signum est seruitutis, & ministerij: sedere autem perinde vt Christus, signum dominatus, cui ministerium exhibeatur.

De cætero expectans donec ponantur] &cæt. Non est ibi, 51
quasi in tempus certum sedens, & iterum ad homines rediturus, vt secundo se pro illis offerat, sed regnans cum patre, & iam tempus illud expectans, quo illi, qui nunc aduersus se pugnant, & subijci nolunt, conterantur, & sub pedibus suis victi, subiectique ponantur, quod in die iudicij fiet. Alludit ad promissionē Christo in cælum ascendenti factam, quæ in Psal. 109. scripta est: *Dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Hoc autem dicit, vt dignitatem Christi pro peccatis mortui, melius intelligant, & vt libenter ei subijciantur, neque ab eo vllis calamitatibus, aut tentationibus recedant, & vt bono animo sint scientes fore, vt ij, à quibus affliguntur, aliquando sub Christi pedibus ponantur, & ab eo victi conculcentur. *De cætero* τὸ λοιπὸν, *quod superest*, quod interpres interdum vertit *De cætero*, vt nunc, &. 2. Cor. 13. *De cætero fratres Gaudete* &c. & Ephes. 6. *De cætero fratres confortamini in Domino.* Interdū *In reliquo*, vt 2. Tim. 4. *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.* Interdum, *Iam*, vt Matt. 26. *Dormite iam &* 52
requiescite. 1. Cor. 4. *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Est ergo ac si diceret: Iam in posterum non est offerendus, sed regnaturus est, & gloriam pro dedecore passionis accepturus maximam, cùm in die iudicij omnes inimici eius ei subijcientur.

Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos] Reddit rationem, cur dixerit: *De cætero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius*, ac si diceret, Non expectat, vt iterum offeratur, nihil enim hoc necesse est, quia vnica sua oblatione fecit, quod multis fieri potuit, consummauit enim illa oblatione omnes sanctificatos, ita vt, quamuis innumeri homines nascerentur, non opus esset alia oblatione, vt illi sanctificentur, quoniam per applicationem illius oblationis, perfecte con-

cte consummabuntur. Itaque quod ait, *In sempiternum*, tantundem est, ac si diceret: etiam si innumeri homines procreentur, etiam si illi innumera peccata cōmittant, non egent alia oblatione: per virtutem enim huius oblationis applicatā sanctificabūtur. Quod initio huius capitis latius aduersus hæreticos explicauimus, & confirmauimus.

Sed quæritur, quos nam vocet *sanctificatos*, eos ne, qui 53
in baptismo sanctificantur vt vult Theophylactus, an omnes qui sanctificandi sunt. In Græco nunc legimus τοὺς ἁγιαζομένους, id est, eos qui sanctificantur, hoc est, fideles, qui baptizantur: Quod apertius ita dicitur: omnes, qui ad eū veniunt illa oblatione in cruce facta, sanctificantur, id est per applicationem illius oblationis. Nec putandum est, aliter in Græco legisse interpretem: sed more suo, sicut vtitur participio præsentis actiuæ vocis pro participio præteriti, quia Latinus sermo participiū illud nō habet, vt modo diximus. n. 50. Ita in passiua voce vtitur participio præteriti, pro participio præsētis, quo Latini carēt & *Sanctificatos* dicēs intelligit eos, qui sanctificātur, vt in hac Ep. c. 1. *In ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis.* Græce: *Qui in ministerium mittuntur*, vt in eundem locum adnotauimus n. 91. Et c. 5. *omnis namque pontifex ex hominibus assumptus.* Græce *qui ex hominibus assumitur*, sicut & Erasmus in vtroque loco vertit.

Contestatur autem nos & Spiritus sanctus:) In Græco est, 54
μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν, id est, *testificatur nobis.* Testimoniō huius rei præbet Syriaca translatio: *Testis est nobis Spiritus sanctus* Hostias veteris legis non abstulisse peccata probauerat testimonio ipsius legis, quasi testimonio patris, Deinde testimonio filij apud Dauidē loquētis Ps. 39. Nūc idē probat testimonio Spiritus sancti, cui tribui solet illuminatio prophetarū, sicut est in symbolo: *Qui locutus est per prophetas.* Vel, ita potius interpretabimur. Probat nūc id, quod dixerat ante hæc, *vna oblatione cōsummasse Christū in sempiternū sanctificatos.* Hoc ipsum, inquit, docet nos Spiritus sanctus per Ieremiam cap. 31. apud quem de nouo testamento loquens, pollicetur hominibus remissionem peccatorum, quam sacrificia legis præstare non potuerant. Ait enim

Et pec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et peccatorum, & iniquitatum eorum, iam non recordabor amplius. Ex quibus colligit Apostolus: *vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato*: hoc est, si hostia inuenta est, per quam peccata remittantur, iam non est altera hostia quærenda: neque opus est, vt Christus iterum moriatur, & se offerat oblatione cruenta. Quæ iam exposuimus initio huius capitis, in disputatione illa de differentia veterum sacrificiorum, & nostri. Locus autem Ieremiæ, quem refert Apostolus, ille est, quem capitu. 8. retulit & quem iam in eodem cap. satis exposuimus.

55 *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum.*] More suo. Apostolus post mysteriorum explicationem ad morum conformationem transit, sicut fecit cap. 3. vbi ait videte *fratres ne forte sit in aliquo vestro cor malũ* &c. &. c. 4 *Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Iesum filium Dei, tenearnus confessionem.* Et. c. 6. *Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti* &cæt. Cũ enim scopus huius Epistolæ sit confirmare Hebræos, qui à Cõtribulibus suis vexabãtur persecutionibus, vt relicto Christo ad Iudaismum redirent: necesse erat & mysteria Christi illis explicare, vt scirent salutem per Christum esse quærendam, neque ad legem esse redeundum, quæ etiã cùm stabat, cultores suos iustificare non poterat. Deinde ne persecutionibus cederent suorum, aut paupertate, & odijs illiorum vincerentur: hortandi erant ad patientiam, & perseuerantiam, donec coronam accipere mererentur. Id autem nunc facit Paulus cùm ait: *Habentes itaque fratres fiduciam* &c. Hoc est, cum per Christum, verã peccatorum remissionem consecuti fuerimus, ipseque redemptione nostra reperta, in cælum ascenderit, & nos fiduciam habemus introeundi in sancta, id est, in cœlestẽ beatitudinem. Itaque *in introitu sanctorum.* Interpres (vt
56 sæpe solet) dixit pro *In introitum sanctorum*, ita enim est in Græco. Et quod ait *in sanguine Christi*, Est, *Per sanguinem Christi*, id est, non per sacrificia legis.

Quam initiauit nobis viam nouam.] Proinitiauit est ἐνεκαίνισεν, id est, quam ipse primus percurrit, per quam ipse primus omnium hominum ambulauit. Eodẽ vocabulo vsus est ca-

est capite, 9. vbi ait: *vnde neque primum quidem sine sanguine dedicatum est*, & in eadem verba, vocabulum, & locum hunc, nos interpretati sumus nu. 91. Vbi habemus *Nouam*, est πρόσφατον, id est, recentem, nuper factam, nullius ante vestigijs tritam. Theophylactus: Quem introitum sanctorum ipse nobis viam initiauit, hoc est, nouam viam fecit, vt qui hanc primus orsus sit, & confecerit, adeoque primus iuerit. Recentem porro pro noua dixit, quippe quæ nostris temporibus apparuerit &cæt. Ita etiam Oecumenius Chrys. ἐγκαινισμός, id est, *dedicatio*: dicitur initium vtendi: sciendum autem introitum, id est, εἴσοδον apud Græcos fœmineum nomen esse. Interpretem q; more suo reliquisse genus Græco nomini conuenies, cùm vertit: *Quam*: propterea Theophylactus dixit: Quem introitum sanctorum ipse nobis viam initiauit. similiter exposuit Oecumenius. At possumus simpliciter interpretari, Quam viam nobis initiauit, sicut manifeste intellexit Theodoretus, qui ait, viæ initiationem esse Christum, per eam primum fuisse ingressum.

Et *viuentem*] *Viuentem* appellat hanc viam, vt videamus 57.
quanto melior sit via Tabernaculi, per quam introibatur in sancta, quæ sacrificia legis, & lex ipsa erat. Illa iã mortua est, & nihil prosunt eius sacrificia: hæc via viuit, id est, manet semper.

Per velamen, id est, carnem suam.] Aperuit nobis hanc viam *Per velamen*, nam qui ingressurus erat in sancta, per velamen transire debebat. Ita Christus aperuit nobis viã *per velamen*, id est, per carnem suam, per oblationem carnis suæ, qua abstulit velamen, vt libere in cælum possimus ingredi. Atque ita postquam Christus se obtulit in cruce, *Velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum.* Transeuntes ergo nos per passionem Christi, & eius sanguine emundati, liberum habemus aditum in cælum.

Et sacerdotem magnum super domum Dei. Pendet oratio, ante enim quam ad conclusionem veniat quæ ab illis verbis incipit: *Accedamus cum vero corde* &cæt. colligit ex dictis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctis causas fiduciæ introeundi in cælum, & accedendi cũ vero corde ad Deum. Et est sensus: cùm habeamus etiam sacerdotem magnum, qui pro nobis sacrificium obtulit, & pro nobis apud patrem interpellat. Quodque addit: *super domum Dei*, idem est, ac si diceret, Qui præpositus est domui Dei, cui pater omnia dedit in manus, & qui
58 in domo Dei imperat, & facit quod vult. Hoc intelligitur ex illis verbis cap. 3. *Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in testimonium eorum, quæ dicenda erant: Christus vero tamquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos.* Hoc est, Christus, vt filius, & Dominus, res patris administrat, & toti familiæ præest. Theophylactus ita mauult intelligi: cum habeamus in cælo pontificem nostrũ, qui pro nobis intercedit apud patrem: & *domum Dei* cælum dici putat, quod etiam probabiliter dicitur.

Accedamus cum vero corde] Verus dicitur qui facit quod promittit & constans est in eo, quod dixit. Ait ergo: Accedamus cum vero corde semper manentes in fide, & in obsequio Dei, cui nos deuouimus, non animo recedendi ab eo, sed manendi semper. Arbitror cor verum nunc dici contrarium illi, quod cap. 3. vocauit cor malum & ex illis verbis hæc optimè explicari. *Videte*, inquit, *Fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo: Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies* & cæt.

In plenitudine fidei] Hoc est, cum plena fide, nihil de Christi promissionibus dubitantes: ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, quod vocabulum copiosè interpretati sumus cap. 6. n. 51 & sequentibus.

Aspersi corda à conscientia mala) Emundati prorsus, ita vt nulla in nobis maneat conscientia peccati. Alludit ad aspersionem sanguinis. Qua, in lege mundabantur, quæ erant immunda: de quo diximus cap. 9. n. 99. & sequentibus.

59 *Et ablusi corpus aqua munda.*) Alludit ad ablutiones, quæ fiebant in lege, aqua illa expiationis, aut lustrationis, vt exponit Caietanus. De quibus eodem in loco diximus, significat autem: Accedamus omnino mundi, qui enim aqua

aqua illa corpus rite abluebant, mundi omnino censebantur. Multi de baptismo hæc dici putant, vt Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus, Oecumenius. Sed quod prius dixi; probabilius videtur, quoniam ij, ad quos Paulus scribit, iam baptizati erant, nec opus erat eis dicere, vt cum baptismo accederent. Indicant hoc verba præcedentia: *Aspersi corda à conscientia mala*, cui consonat, quod sequitur, *& ablusi corpus aqua munda*. Eadem metaphora vsus est Dauid Ps. 50. *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.*

Teneamus spei nostræ confessionem Indeclinabilem] Nullo modo deseramus fidem, quam suscepturi baptismum coram Ecclesia publice confessi sumus: quod latius exposuimus supra cap. 3. num. 3. de qua confessione dixit cap. 3. *Considerate Apostolum, & pontificem confessionis nostræ Iesum.* Et cap. 4. *Habentes igitur Pontificem magnum, qui penetrauit cælos, Iesum, teneamus confessionem.* Hanc vocat *confessionem spei nostræ*, quoniam fide, quam confitemur, nititur spes, & illa confessione profitemur, nos per fidem, & bona opera sperare vitam æternam. Hanc ergo confessionem teneamus firmam, & erectam semper, ne patiamur eam cadere, aut declinare. Theophylactus: hoc est, quam 60
professi sumus spem, eam retineamus stabilem. Speranimus enim in principio fidei, quod & ipsi cœlum ingressuri simus, & professi sumus, quando fidei fœdus feriebamus, resurrectionem mortuorum nos credere, & vitã æternã. Hãc igitur confessionẽ retineamus &c. Cæterũ Theo. nõ legit *Spei nostræ*, sed *spei*, quo modo est in emẽdatissimis codicibus Græcis, & apud Chry. & Oecum. At nõ redundare in nostra translatione, sed fuisse etiam in alijs Græcis, *Spei nostræ* docet Syriaca translatio, quæ ita habet *Et perseueremus in confessione spei nostræ, neque vacillemus.*

Fidelis enim est, qui repromisit.] Theodoretus: Ex qualitate personæ, promissi firmitatẽ ostendit. *Fidelis* dicitur, quia facit, quod dicit, verax, & constans est in promissis Ps. 44. *Fidelis Dñs in omnib⁹ verbis suis.* Chry. Nihil igitur scruteris, neq; rationes expetas, fide opus habẽt nostræ causæ. 61

Et consideremus inuicem in prouocationem caritatis &cæt.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theophylactus: consideremus, inquit alter alterũ: hoc est inspiciamus, si quis virtute insignis vt hunc imitemur, nõ vt inuideamus ei, sed potius vt incitemur, vt eadem cum ipso operaperficiam*. Prouocatio aũt hæc, & incitatio, caritatis est, nõ inuidiæ. Vt enim ferrũ ferro exacuitur, sic anima animæ cõmorãs ad eadẽ, ipsam incitat &c. Idem ait Chry. & addit: lapis ad lapidẽ contritus, ignẽ emittit, quãto magis anima animę cõmista? Pro prouocatio est παροξυσμός, id est, incitatio, & proprie sonat quod Hispanica phrasi dicimus *aguzar a alguno*, quo in significatu vsitatũ est Græcis verbũ παροξύνω. Est etiã *irritatio, exacerbatio*, & noster Interpres mitigata vocabuli tristitia vertit Act. 15. *dissensio*, vbi legimus *facta est autẽ dissensio, ita vt discederẽt ab inuicẽ*, in Græco enim est παροξυσμος. Itaq; Paulus, ne quis in malã partẽ acciperet, addidit, *caritatis & bonorũ operũ*. Occum. *vt exacuam**, & *augeam** mutuã dilectionẽ, & vt exacuamur, ad imitandum illos, qui versantur in bonis operibus &c.

62 *Non deserentes collectionem nostram.* Chry. & reliqui Græci ita intelligunt, vt Theop. expoluit his verbis: compertum habet cõuentũ mutuum dilectionem generare: hinc admonet eos, ne intermittant inter se cõgregari: vbi enim
Matt. 18. sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ &c. Mihi videtur sine dubio eos hortari, vt in fide permaneant, neque cõgregationẽ suorum fidelium deserant, vt ex verbis sequentibus fit manifestissimum. *Voluntariè enim peccantibus* &c. Hoc enim iure Hebræis timebat, ne ad iudaismũ redirent, aut precibus & blanditijs suorum victi, aut persecutionibus perterriti & fessi. Quo enim inter se non conuenirẽt, nunquã ab Apostolo reprehensi sunt. Hoc autem quod dicos sæpe in hac Epistola inculcat vt. capit. 3. & 6. & nũc multa de eadem re loquitur.

Sicut consuetudinis est quibusdam. Nonnulli Christo ad iudaismum rediérãt, siue ex his ad quos nunc scribit Apostolus, siue ex alijs, de quibus Dominus ait Luc. 8. *Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt*. Atque ideo Aposto

Apostol⁹ magis timebat, & sæpius hæc repetit. Hic Theonõ videtur potuisse negare quod diximus, ita enim ait, Hic accusat eos, qui ab Ecclesiæ collectione separarentur.

Sed consolantes. Theophylactus legere videtur: *sed consolantes vos ipsos*, & ita exponit: Hoc est, vt mutuo alter alteri sitis solatio, admonentes vos vicissim, ac docentes, & consolantes, ac leuamen malorum impartientes 63
frater enim a fratre adiutus quasi ciuitas firma &c. Non est tamen addendum *vos ipsos*, vt indicat Photius apud Oecumenium, quæritenim, quem exhortari debeant, & respondet, subaudiendum esse collectionem nostram: Possumus ergo intelligere, aut & seipsum quisque cõsoletur spe vicinæ retributionis, & vt mutuo alter alterũ cõsoletur. Quodque vertit interpres *cõsolates*, rectè etiam vertitur, *exhortantes*: est enim παρακαλοῦντες. Et vtrumque benè conuenit sensui Apostoli.

Et tanto magis quanto videritis appropinquantem diem. Satis constat subaudiendum esse, *magis*, cum ait: *Quanto videritis* & cæt. vt sit, *tanto magis consolantes, quanto magis videritis appropinquãtem diem*; iudicij videlicet, vel mortis, in quo plena vos laborum omnium expectat retributio, cũ articulo enim dixit τὴν ἡμέραν, dicẽ illũ. Hoc aperte docuit Occum. inquiens: Et tãto, inquit, nobis magis opus est, caritatẽ ad bona opera desiderare, & adipisci, quãto magis appropinquat dies Iudicij. Vbi nos legimus *videritis*, in Græco est, Quãto magis videtis βλέπετε, atq; ita inuenio apud Chry. & Oecum. & in emẽdationibus codicib⁹. Ad sensũ nihil refert, videtur tñ interpres legisse βλέπητε, id est, videritis, & eodem modo legimus in translatione Syriaca.

Voluntariè enim peccantibus nobis &c. Hunc locũ iam su- 64
pra expoluimus, n. 24. sed nunc magis expositio illa confirmanda est, & addendum quid sit, *voluntariè peccantibus*, nullum enim est peccatũ, quod non sit voluntarium. Mihi videtur Apostolus occurrere tacitæ Hebræorum cogitationi: poterat enim dicere, qui ad Iudaismum rediret: Infirmus à Christo recedo, cogorque tamen magnitudine persecutionum id facere, atque ideo misericordiam me in

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuentum ire spero apud Deum. Respondet, primum peccatum illud recedendi ab Ecclesia voluntarium esse, cum enim iam acceperit notitiam veritatis, sciatque ab vno Christo salutem hominum pendere, nullo timore cogi debet, vt breue malum fugiens in perpetuas se se conijciat clamitates. Deinde salutē sperare vetat, nisi ad Christū reuertatur, quia sine illo nulla est salus, & qui hac hostia vti noluerit, nullā potest habere aliā, perquā sibi peccata remittātur, & pœnas æternas effugiat. Dicit aūt *voluntarie*, quoniā si inuiti deciperentur, & virtutē Christi nō cognouissent, spes esset redituros eos ad Christū simulatq; veritatē edocti essent. At post acceptā notitiā veritatis, recedētes à Christo, spōte sua recedunt, & eū scientes reijciūt. Quare nulla iam illis hostia relinquitur, alia videlicet ab hac, quā habebāt, hāc enim habere possūt, si ea vti velint.

65 Chrysostomus & Theophylactus, & Oecumenius, ita hæc interpretantur, vt verbis eiusdem Theophylacti dicamus: Non pœnitentiam auferens, hæc dicit, vt quidam intellexerunt, & suspicati sunt, sed ostendit non esse locum secundo baptismati, quando quidem neque secunda, vel alia sit mors Christi futura, Hostiam enim eam appellat vt posthac videbimus, vna enim hostia consummauit in perpetuum. Nostrum enim baptisma sanè mortem Christi effigiat, & repræsentat. Vt igitur mors Christi vna, sic & baptisma vnum & cæt. Ita etiam sentiunt Caietanus & alij.

Sed ego nequeo intelligere, quomodo hoc conueniat aut verbis, aut instituto Apostoli. Quorsum enim nunc doceat eos, non esse locum secundo baptismati, quod illi benè norant, & quod iam iuxta vulgarem expositionem docuerat cap. 6. cùm dixit. *Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati,* & cæt? Atq; hæc interrogatio magis vrgere debet hos patres, quoniā paulò ante dixerat: *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei asperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda*, quod illi de baptismo interpretati sunt. Quo modo ergo dicat: Accedamus

66 baptizati, quoniam nō est locus secundo baptismati? Deinde hæc verba: *Non relinquitur pro peccatis hostia*, quid habent

habent quod proprie cōueniat in baptismum. Sed multo magis me mouet, quod si hoc vellet apostolus, facile illi responderi poterat: Nec nos secundum baptismum volumus, nec aliam hostiam quærimus: satis est nobis hostia in cruce oblata. Sed huius hostiæ virtutis per sacramentum pœnitentiæ participes erimus. Nihil itaque vrgebunt verba Apostoli, præsertim si addamus sequentia: *Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ cōsumptura est aduersarios.* Quis hoc orthodoxus dicat, aut quo modo pœnitentiam nō tolleret, si diceret: Peccantibus voluntariè, non relinquitur secundus baptismus, sed iudicium & ignis sempiternus?

Quare necessario dicendum est, vt supra diximus, nō de quouis peccato loqui Apostolum, sed de eorum Apostasia à fide, qui Christo relicto redibant ad Iudaismum: sicut dixerat: *Non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam*, & cæt. Quod vt melius intelligatur, sciamus, vbi nos habemus peccantibus esse ἁμαρτάνουσιν, quo verbo sæpe vtuntur Græci, ac præcipue Homerus: cum sagittam, aut hastam iaculatus aberrauit ab eo, quem ferire cupiebat vt Odyss. 6. 67

Pilam postea proiecit ad ancillam regina.
Ab ancilla quidem aberrauit
Ferire ipsum cupiebat.
Sed tunc etiam aberrauit auertit enim ictum Apollo.

Quibus in locis pro aberrauit habetur prædictum verbum Græcum quod apud Latinos dicitur errare aut aberrare vt apud Virgilium.

Nec dextræ erranti Deus abfuit.

Aut etiam *peccare* vt Cicero lib. 1. de Natura Deorum: *In ijs, si qui erranerunt, hominum coniectura peccauit.*

Qui autem peccat, ita tamen vt Christum scopum suarum actionum, in quem omnes dirigat, credere non desinat, is amissa gratia baptismi, pœnitentiam habet, ad quā confugiat, quia Christum semper retinet. At qui non eū fide aspicit, sed in alium scopum iaculatur, is Christum deserit, & à fide recedit. Et qui ab scopo aberrant, inuiti aberrare solent, semperque in eum iaculantur. At qui vo-

luntarie aberrat ab scopo, iam illum omnino relinquit, alium quæsiturus, in quem sagittas dirigat suas. Ac propterea Paulus de deficientibus ad Iudaismum, tanquam Christum omnino relinquentibus, dixit: *Volantariè enim peccantibus nobis* &cæt.

68 Aliud etiam dicere possumus ad id, quod nunc Apostolus scribit, valde accommodatum, & quod nos adnotauimus in capitul. 1. Habacuc. num. 38. ותכ, Hebræis idem esse quod *peccauit*, & idem verbum significat desinere esse, quod fuimus, aut interire, & deficere. Hab. 1. vbi nos habemus, *Tunc mutabitur spiritus, & pertransibit, & corruet* pro *corruet* est in Hebræo ותכיא quod Aquila & Symmachus, & Chaldæus verterũt, *Et peccabit*. Quod in eundem locum adnotans Hieronymus ait: Hanc habẽte scriptura sancta consuetudinẽ, vt ותכ id est, *Delinquet*, ponat pro eo, quod est, *desinet esse quod fuerat*. Ita dictum est Hos. 5. *donec deficiatis & quæratis faciem meam*. In Hebræo est: donec peccetis. Ita etiam interpretati sumus illud Psal. 33. *Redimet Dominus animas seruorum suorum, & non delinquent omnes, qui sperant in eo*, id est, *Non deficient, non peribunt*. Cum igitur, vt verè docet Hieronymus, consuetudo scripturæ sit dicere *Peccare* pro *desinere esse, quod fuerat*, siue *deficere* optime hũc locũ eodẽ modo exponem⁹ *volũtarie peccãtibus nobis*, id est, deficiẽtibus à Christo, desinẽtibus esse quod fueramus, nolẽtibus iã mẽbra eius esse.

69 *Terribilis autem quædam expectatio iudicij.*] Pendet ex superioribus. *Voluntariè peccantibus non relinquitur hostia pro peccatis*, sed relinquitur *Terribilis quædam expectatio iudicij*, non expectat eos alia hostia, sed expectat eos terribilis damnatio, qua expectatione terreri valde debent, & opportune ad Christum redire. *Terribilis* enim, vt constat ex Græco φοβερὰ, coniungitur cum *expectatio*.

Et ignis æmulatio] &c. In Græco est: & ignis zelus, ac si dicat, Ignis vt creatura Dei, & instrumentum iustitiæ eius zelabitur gloriam Dei, & quasi dolens, eum ab hominibus fuisse offensũ, vindicabit eius iniurias. Ita enim hoc dictum est, vt illud Zach. 1. *zelatus sum Ierusalem, & Sion zelo magno*

magno, id est, dõleo vexatum esse tam grauiter populum meum, & vindictam sumam de ijs, qui eum vexauerunt. Propter quod subdit: *Et ira magna ego irascor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuerunt in malum*. Est autem hæc prolopœia, id est, fictio personę. Theophylactus: Animaduerte autem, quo modo veluti animauerit ignem, atque vitam & vires ei tribuerit. Perinde enim vt bellua exacerbata non desistit tantisper, dũ apprehenderit quempiam, quo deuorato exaturet cupiditatem suam: sic & ille ignis pro transgressione mandatorum sęuiens, ac propter illa efferatus, quemcumque apprehenderit, deuorat semper. Non enim dixit, manducatura, sed consumptura, siue deuoratura, in sempiternum videlicet. Aduersarios autẽ vocat omnes qui à Christo recedunt & eius voluntati, legique aduersantur.

Irritam quis faciens legem Moysi &c. Theophylactus. Aminori argumentans ostendit iure futurum supplicium, vt plus fidei orationi suæ conciliet & cæt. Pro irritam faciens est ἀθετήσας, Et more suo participio præsentis vtitur, pro participio præteriti, id est, cùm quis irritam fecerit legem Moysi, cùm illam contempserit, cùm reiecerit, iam enim vim Græci verbi explicauimus cap. 9. n. 124. Est autem argumentum à minori, non solùm quia à lege Mosis argumentatur ad legem Christi, sed etiam quia argumentatur à transgressione alicuius præcepti illius legis ad abiectionem totius legis Christi, & ad apostasiam. 70

Sine vlla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur.] In Græco est *In duobus, vel tribus testibus*, id est, per duos, vel tres testes, per confessionem duorum, vel trium testiũ, qui dicant patratum esse ab eo peccatum illud. Syriacus: Iuxta os duorum, trium ve testium. Deuter. 17. *In ore duorum vel trium testium peribit, qui interficietur*. Nemo occidatur vno contra se dicente testimonium. Atque idem postea præcipitur cap. 19. Dicit autem *sine vlla miseratione* quia nemini parcebatur, sed, quicumque ille esset, qui aliquid morte dignum commisisset, convictus testibus, occidebatur.

Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia] &cætera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Græco est, *Quanto putatis peiori vltione dignus habebitur?*

Qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit.] Hæc verba & sequentia satis confirmant 71
id quod diximus, Apostolum loqui de peccato eorum, qui ad Iudaismum redibant, cùm dicebat, *Voluntariè enim peccantibus nobis* &cæt. nam hæc omnia valde proprie ad eos referuntur, qui Christum omnino abijciunt, & ad aliam legem transeunt: ad eos autem qui in confessione Christi, & in fide manentes, aliquod legis eius præceptum transgrediuntur, non adeo propriè. Ille enim verè filium Dei conculcat, & eius sanguinem pollutum ducit, qui, cùm in lege eius vixerit prorsus eum abijcit, & inutilem sibi arbitratur: qui autem eum Deum & redemptorem suum credit, ac veneratur, etiam si infirmitate animi legem violet, non videtur proprie eum conculcare. Multò minus hic sanguinem Christi pollutum existimat, & immundum, quem credit omnia peccata abstulisse, & per eum vnum, omnes animi sordes elui.

Pro pollutum duxerit est κοινὸν ἡγησάμενος, id est, *communem arbitratus. Commune* aût dicitur ab Apostolis, quod im- 72
mundum est, quo scilicet aliæ nationes vtebantur, quæ *Commune.*
immundæ erant. Act. 10. *Absit Domine, quia nunquam mã ducaui omne commune & immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris.* Rom. 14. *Scio & confido in domino Iesu, quia nihil cõmune per ipsum nisi ei, qui existimat quid commune esse, illi commune est.* Hoc est, in lege Christi, nullus cibus immundus est, sed si quis illum comederit, existimans immundum esse illi immũdus erit. Hinc Interpres dixit Marc. 7. *Quare discipuli tui non seruant traditiones seniorum, sed communibus manibus mãducant panem?* Cum in Græco sit: Illotis manibus ἀνίπτοις Hoc secutus est, & hoc in loco Interpres cum vertit, *Pollutum duxerit.* Potest tamen & ita intelligi: Qui sanguinem testamenti communem existimauerit, id est, non maiorem vim habere putauerit ad sanctificandum, quam aliorum hominum sanguis habet, sicut est translatione Syria

ne Syriaca, quæ habet: *Et reputauerit sanguinem testamenti ipsius tamquam cuiuslibet hominis*. Theophylactus similiter, Hoc est nihil ab alio cruore differre putauerit. Chrysostomus vtroq; modo accepit, cum ait: commune quid est? immundum, siue quod nihil amplius à cæteris habet: *Sanguinem* autem *testamenti* dixit, vt magis ostendat eius dignitatem, id est, sanguinem, quo fœdus inter Deũ, & homines percussum est, quo promissio æternæ hæreditatis confirmata est. De quo multa dixit cap. 9. ab illis verbis: *Ex ideo noui testamenti mediator est &c vt?*

In quo sanctificatus est] Qui tanto melior est omni san- 73
guine, vt homines sanctificare possit, & cui ipse tantum debet, vt per eum remissionem peccatorum, & sanctificationem consecutus sit.

Et spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Hoc est. Et spiritum ipsum, quo sanctificatus est, & gratus Deo redditus, iniuria affecerit. Iniuria verò afficit hic spiritum sanctum, recedens à Christo, propter quem ipse spiritus venerat ad ipsum sanctificendum.

Scimus enim quì dixit: Mihi vindictam, ego retribuam.] Cum dixit: *Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei cõculcauerit* &cæt. non tantum significauit eum dignum esse supplicijs, sed quod consequens erat, esse puniendum. Hoc autem nunc probat & puniendum esse & grauissimè esse puniendum. Quoniam Deus dixit Deut. 32. *Mihi vindictam, ego retribuam.* Pro quo est hic in Græco: *Mihi vindicta*, id est, ad me pertinet vindictam sumere, sicut explicauit Apostolus Rom. 12. *Non vos defendentes carissimi, sed date locum iræ, scriptum est enim, Mihi vindictam, ego retribuam*, quod apertius est in nostra translatione in Deuteronomio: *Mea est vltio*. Syriacus etiam vertit, *Mea est vltio*. Eundem sensum habet quod nos legimus: *Mihi vindictam* subauditur enim, *reseruo*, aut *relinquite*, aut aliquid simile. Ex eo autem, quod Deus sibi vindictam reseruat, magnam eam futuram esse subindicat. Quod vt magis explicet, ait mox: *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.*

Sciendum autem Paulum in his verbis non secutum 74

fuisse translationem lxx, vt solet, sed Hebraicã veritatem, iniqua est. *Mihi vindicta, & retribuam in tempore, labetur pes eorum.* lxx. autem verterunt: *Iudicavindicauit retribuam, in tempore, quando labatur pes eorum.*

Sed quæritur, quomodo hæc verba Paulus attulerit, cùm non pertineant ad Christum, sed ad illos referantur, qui olim idola coluerãt, vt ipse propheta docet, cùm ait: *Provocaverunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitaverunt. Immolaverunt dæmonijs, & non Deo, dijs quos ignorabant.* Verum quidem est aduersus idolorum cultores Hebræos hæc dicta, sed ita tamen de illis propheta loquitur, vt simul de illis loquatur, qui Christum venientem recepturi non erant. Quod ostendunt verba illa: *Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui. Vidit dominus, & ad iracundiam concitatus est.* & cæt. Magis tamen hoc ostendunt verba Pauli, qui manifeste de hoc interpretatur Rom. 10. *Sed dicat Numquid Israel non cognouit? Primus Moyses dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gente, in gente insipiente, in iram vos mittam.* Refert enim illa eiusdem cantici verba: *Et ego prouocabo eos, in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos*

75 *Et iterum: Quia iudicabit dominus populum suũ.*] Ex eodem capite desumpta sunt hæc verba, quæ eodẽ modo in eo leguntur: *Iudicabit dominus populum suum*, & ex præcedentibus intelligũtur, de quibus dicta sint. Ex eo autem, quod Paulos vulgus efficere, intelligimus, aut, *Iudicare* positum esse pro *Damnare*, vt cùm dominus ait, Matth. 7. *Nolite iudicare & non iudicabimini*: aut certe ita dictum esse, ac si diceret: discernet, & discutiet opera populi Israelici, & punier, quos nocentes inuenerit. Hoc autem dictum est, & de illis, qui olim idola coluerant, & de ijs, qui posteà Christum recepturi non erant. Nam de illis, qui receperunt, ait: *Et in seruis suis miserebitur.*

Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.] *viuentem* eũ appellauit, quia videt omnia peccata hominum, & irascitur, & punit: non sicut Dij gentium mortui, qui habent oculos, & non vident, & nec sentiunt peccata, nec possunt plectere, vt autem sciamus magnam futuram esse vltionem, quam Deus de peccatoribus sumet, dixit, *Horrendum est.* & cæt.

Rememoramini autem pristinos dies.] Hortatur eos ad permanendum in fide, & in patientia exemplo sui ipsorum, quasi ostendat pudendum fore, quòd iam tum dimicare cæperint, medio in certamine deficiant, & palmas adeptas inhonestent. Theophylactus: contemplare autem 76
hîc spiritualem sapientiam. Quum antea concussisset illorum mentes, per Gehennæ commemorationem, nunc per encomia lenit, non adulans eis, sed per hæc ipsa eos exhortans: facilius enim persuadet, qui cuipiam consulit, vt sibipsum imitetur, & quæ antea perfecit opera. De his multa hîc elegantissimè Chrysostomus

Inquibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionũ.] in quibus, simulatque baptizati estis, graues persecutiones à Iudæis pertulistis, & virilicer certastis. Ac si dicat, si recens baptizati, hoc fecistis, quid vos nunc facere par est, post plura, ac maiora Dei beneficia, & post labores pro Christo toleratos? *Illuminari* olim dicebantur, qui baptizabantur, sicut dixit cap. 6. *Impossibile enim est eos, qui semel sunt illuminati* & cæt, quod nos in eadem verba conprobauimus.

Et in altero quidem opprobrijs.] & cæt. Pro, *In altero*, est ἐν τοῖς, hoc autem, significatque id, quod nos dicimus, *Partim*, & est sensus. Magnum, inquam, certamen sustinuistis passionum, partim opprobria multa perferentes, & multos labores, partim eos, qui talia ferebant, consolantes, & quantùm licebat, adiuuantes. Ita etiam Erasmus & interpres Theophylacti & alij verterunt. Eleganter autem 77
dicit *Opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti*, quod elegãtius in Græco est θεατριζόμενοι, Metaphora sumpta abijs, qui in theatrum, idest, in publicum omniũ ciuium conspectum mittebantur, pugnaturi cum bestijs, aut secum mutuo, vt gladiatores, quos omnes cũ risu, & lætitia spectant, & intentius considerant, qualiter pugnent. Eodem modò locutus est 1. Cor. 4. *Puto enim, quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tamquam morti destinatos:*

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus vbi pro spectaculum facti sumus, est θεατρον ἐγενήθημεν, id est, Theatrum facti sumus.

In altero quidem sorti seliter conuersantium effecti) vltro so
cij facti voluistis eorum, qui similia patiebantur, id est, alio
rum, qui ex gentilitate conuersi fuerant ad Christum, &
persecutionibus similiter patiebantur. Et hoc continuò ma
gis explicat, cùm ait: *Nam & vinctis compassi estis.* Iudæi
enim, omnes Christianos, quantum poterãt, persequebã-
tur. Sed & gentiles eos etiam vexabant, qui ad Christum
ex Gentilitate veniebant. Itaq; illud, *Soliter conuersantium*,
significat eorum qui erãt in calumnijs, & opprobrijs,
vt interpretatur Theophylactus,

78 *Nam & vinctis compassi estis.*) vestra sponte (vt ait Theo
phylactus) subiecistis vos ipsos, vt vnà cum illis, aduersa
sustineretis, ac consortes afflictionum eorum efficeremi
ni. Intelligimus ergo Hebræos, & consolatione, & eleemo-
synis iuuisse Christianos à Iudæis exactos: vnde in se per
secutorum odia concitabant. Oecumenius: Non solum
non opus fuit vobis cõsolatione, sed alijs quoque vinctis
manus auxiliatrices porrexistis. Sciendum est autem in
Græco legi, Nam & vinculis meis δεσμοῖς μου, compassi
estis: atq; ita legunt omnino Chrysostomus, Theophyla-
ctus, Oecumenius. Ex Theodoreto non potest intelligi an
ita legerit, aiuntq; illi Hebræos non solum alios adiuuisse,
sed ipsum etiam Paulum in vinculis manentem. Verum
alij codices etiã Græci pro δεσμοῖς μου, habent δεσμίοις, id est
vinctis, sicut legit interpres, & translatio Syriaca, inquã
est: *Et dolorem passi estis, propter eos, qui erant vincti.*

Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis.]
Passi estis propter Christum bona vestra diripi; nec so-
lum passi estis, sed cum gaudio suscepistis. Hoc respexisse
videtur Apostolus; 1. Thess. 2. cùm ait: *vos enim imitatores
facti estis fratres Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa: in Christo
Iesu: quia eadem passi estis & vos à cõtribulibus vestris, sicut &
ipsi à Iudæis.* Chrysostomus: Quod dixit, suscepistis, vltro
neam eorum patientiam declarauit?

79 *Cognoscentes vos habere meliorem)* & cæt. Magna fide susti
nuistis,

nuistis, cogitabatis enim, cùm substantia vestra diripiebatur, habere vos in cœlis meliorem, ac pretiosiorem sub-
stantiam, & manentem, id est, firmam, & quę ab aduersa-
rijs diripi non posit, iuxta illud Matth. 6. *Thesaurizate au-
tem vobis Thesauros in cœlo, vbi neq; ærugo, neq; tinea demoli-
tur, nec fures effodiunt, nec furantur.* In Græco est: *cognoscẽtes
vos habere meliorem substantiam in cœlis*; quod est etiam in
trãslatione Syriaca, & apud Chrysostomum, & Oecume
nium: sed in codice nostri interpretis non fuit *In cœlis*, &
ad sensum nihil refert; certum est enim de substantia in
cœlis reposita agere Apostolum; videturque id ex mar-
gine, in qua expositionis gratia positum fuerat, paulatim
irrepsisse in contextum?

Nolite itaq; amittere confidentiam vestram.] In Græco est
μὴ ἀποβάλητε, *Ne abijciatis* quasi dicat, Nolite abijcere, ac
perdere tantas diuitias, quas illa patientia cõparauerat is:
prodigè enim perdetis, atq; effundetis, si fidẽ amittatis?

Patientia enim vobis necessaria est.] Theohylactus: Nulla
re porrò indigetis alia, præterquam sola patientia, cætera
habetis omnia & cæt?

Vt voluntatem Dei facientes.] Vt cùm vsq; ad finem man 80
seritis in fide, & in studio bonorum operum, participes si
tis promissionis bonorum cælestium. Pro *facientes* est
ποιήσαντες, id est cùm feceritis.

Adhuc enim modicum, aliquantulumq;) & cæt. Hortatur
eos ad patientiam, & perseuerantiam, docens citò ventu
rum esse iudicem, qui omnibus retribuat pro meritis, &
persecutores damnet, & iustos coronet. In Græco est: *Ad
huc enim modicum quantũ quantum*, quod (vt ait Theophyla
ctus) valde parum significat. Phrasis Hebræorũ est idem
significans, ac si diceretur: sine modicum tempus transi-
re, & veniet iudex, quod adnotauimus in cap. 1. Hoseæ.
nu. 64. Syriacus: *Quoniam per pusillum est temporis, & modi-
cum valde, quo veniet ille qui venturus est?*

Qui venturus est veniet, & non tardabit] Ex cap. 2. Habacuc
desumpsit hæc verba, & sequentia, in quo de Christi ad-
uentu loquens propheta ait. *Si moram fecerit, expecta illum,*

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus est, nō erit recta anima eius in semetipso, iustus autem in fide sua vivet. Ita in Hebræo est, & in nostra translatione: apud lxx. autem ita: *Si moram fecerit, expecta illum (aut sustine illum) quoniam ventura veniet, & non tardabit, si subtractus fuerit (aut recesserit) non complacebit anima mea in illo. Iustus autem ex*
81 *fide mea vivet.* Ex quibus constat eundem esse sensum in Hebræo & in Græco, Apostolum magis verba lxx. desumpsisse, licet ordine non nihil mutato, quoniam ait: *Iustus aūt meus ex fide vivet*: quod si subtraxerit se nō placebit animę meæ, quæ verba sunt in prophęta ante illa: *Iustus aūt ex fide vivet.* Atq; ubi Hieronymus legit apud lxx. *Iustus autē ex fide mea vivet*, quomodo etiam legit Eusebius lib. 6. demonstrationis Euang. cap. 14. in alijs codicibus legitur. *Iustus autem meus ex fide vivet*, quam lectionem nos præferimus alteri, quoniam eam secutus est Apostolus. Illud autem: *Adhuc enim modicum, aliquantulum q̄*, non est prophetæ, sed Apostoli docere volentis proximum esse tempus à prophęta prædictum?

Magna tamen dubitatio est, quomodo sensus Apostoli in hoc testimonio conueniat cum sensu prophetæ, quoniam Apostolus de secundo Dñi aduentu hæc interpretatur, cū prophęta planè de primo loqui videatur, & cùm Christus tunc expectaretur, & necdū primus aduentus visus esset, supernaculeum videbatur promittere secūdum.
82 Deinde hæc verba *Iustus autem ex fide vivet* Paulus solet referrè ad primam gratiam, probatq; inde homines iustificari ex fide, non ex operibus. Rom. enim. 1. ait. *Non enim erubesco Euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credēti, Iudæo primum, & Græco. Iustitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus autem ex fide vivet.* Ita enim vbiq; legendum est, nō *vivit*, quia ita est in Hebræo & in Græco. Et apertius etiam Gal. 3. *Quoniā autem in lege* (id est per opera legis) *nemo iustificatur apud Deū manifestū est, quia iustus ex fide vivet.* At nunc Paulus non ad iustificationem refert, sed ad conseruationem acceptæ iustitiæ, quasi dicat: qui fidē tenuerit, & de Christi promissis non dubitauerit, sed firma fide eum expectauerit, hic manebit in

bit in amicitia mea, & acceptā gratiā non perdet: qui autē diffidere cœperint, peccabunt, & vitam gratiæ amittent.

Ad hæc respōdimus copiosè, & omnia conciliauimus in eiusdem prophetæ commentarijs. n. 5. & sequentibus, res enim tanta & tā difficilis neglecta videtur ab vtriusq; libri enarratoribus. Sēsus prophetæ hic est: si Christus mo 83
ram tibi facere videbitur, patienter expecta, veniet enim, & non tardabit, id est, non differetur eius aduentus vltra tempus conueniens, & à Dei prouidentia præfinitum. Et vt sciamus de quo aduentu loquatur, legamus præcedens eiusdem prophetię caput, in quo propheta querebatur, videri quodam modo Deum non curare res humanas, cū impij impunè grassarentur, & affligerent iustiores sē, & Hebræi veius Dei cultores ab idololatris Chaldæis grauissime vexarentur. Respōdet ad has querelas dominus, filiū suum esse vēturum, qui iudicabit impios, & pios afflictos consolabitur. Hoc autem facere cœpit in primo aduentu dicens: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Superbos etiā, & oppressores pauperum reliquit in infidelitate, & pauperes liberabit iuxta illud Luc. 1. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes*: sed in secundo aduentu, de quo maxime loquitur propheta, multo plenius hoc faciet cùm regnum peccati euertetur, & iusti mercedem suorum meritorum recipient, impij ęternis ignibus tradentur: de quo in capite sequenti eleganter idem propheta loquitur. Optime ergo Paulus 84
ad secundum aduentum retulit verba prophetæ, vt qui penitus eius sensum calleret.

Ad secūdam obiectionē respondeo, & Habacuc, & Paulū de prima iustificatione loqui. Dixerat enim prophęta venturum esse Christum, & cum ait: *Ecce qui incredulus est non erit recta anima eius in semetipso*, horetur omnes, vt 82
eum recipiant, & in eum credant si saluari esse volunt, & ait dicat: Qui illum nō audierit in terra docentē, etiam si opera legis faciat, ingratus mihi erit. *Iustus autem in fide sua vivet*, id est, qui iustificari volet, & vitā gratiæ habere, per

fidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidem habere debet, non per opera legis. Quare præclare Paulus in epistola ad Romanos & ad Galatas his verbis probauit non iustificari homines per opera legis, sed per fidem Christi. Nec discrepat à seipso in hac epistola, similiter enim de prima gratia loquitur. *Patientia*, inquit *vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionẽ*, idest, perdurate in bonis operibus & in patientia malorum, citò enim veniet Christus, qui præmia vobis digna reddet. Deinde infert: *Iustus autem meus ex fide viuet*, quasi dicat: Non potestis de hoc dubitare, credite vt cœpistis, per hãc enim fidem, nõ per opera legis iustificati estis. In quo hoc haud obscurè latet; Nec potestis viuere, si à fide excidatis, per quas causas enim res nascitur, per eadẽ dissoluitur. Idcirco addit: *Quod si subtraxerit se, nõ placebit animæ meæ*, idest, perdet vitam gratiæ. Quid est. *Si subtraxerit se?* Si non crediderit. Pro eo enim est in propheta: *Ecce qui incredulus est*. Et Apostolus ait: *Nos autẽ nõ sumus subtractionis filij*, idest, filij infidelitatis, subtractiõi enim ex aduerso opponit fidem: sed fidem in acquisitionem animæ. Quẽadmodum siquis diceret: Magna, & necessaria res est calor naturalis, per eum enim viuitis, aut per eum vitam habere cœpistis; non aliud esset, quàm si diceret: conseruate & fouete hunc calorem, qui vitæ principium est, & eo deficiente, necesse erit vos mori. Itaque cum fidem initium vitæ gratiæ esse dicit, conseruatricẽ etiã docet. Quo modo autem ex fide viuat iustus, explicauimus aduersus hæreticos in eodem loco, n. 22. & sequentibus.

Qui venturus est] ὁ ἐρχόμενος, nomen Christi est: ideoque discipuli Iohannis quærũt Matth. 11. σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, id est, es ne tu ille vẽturus. Ex quo intelligitur, cũ ait propheta: *Veniens enim veniet, veniens* esse idem nomen Christi.

86 *Et non tardabit.*] Tardare dicitur non qui citò non venit, sed qui tempore quo venturus erat, non venit, vt in eodem loco confirmauimus n. 5. vt. 2. Petri. 3. *Non tardat Dominus promissionem suam*, quia scilicet nondum venit tempus, in quod promisit.

Quod

Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ.] Quid sit subtrahere se, propheta, vt iam diximus, docet: *Ecce qui incredulus est*. Et pro: *Non erit anima eius recta in semetipso*, Paulus cũ lxx. dixit: *Non placebit animæ meæ*, quod idem est, anima enim quæ recta non est, non placet Deo.

Nos autem non sumus subtractionis filij.] *Filij subtractionis* Hebraico more dictum est, pro filij subtrahentes se, idest; non credentes, & *Filius* cum huiusmodi genitiuus, idem valet quod *Homo*, vt *filius iniquitatis*, *filius perditionis*, *filius Belial*, quod Paulus declarat 2. Thess. 2. dicens: *Quoniam nisi venerit discessio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis*: in quo vbi dicere potuit: *Filius peccati*, dixit, *Homo peccati*. De hac locutione diximus multa in cap. 10. Hosee. nu. 28. & sequentibus. Quod autem dicit. *In perditionem*, est acsi diceret: si enim subtrahimus nos Deo per infidelitatem peribimus, amittemus vitam gratiæ. Atque ideo recte addidit *Sed fidei, in acquisitionem animæ*, hoc est, vt non pereamus, sed seruemus à morte spirituali, & à damnatione æterna, animas nostras. Ita enim hoc dictum est, vt illud Iohan. 12: *Qui amat animam suam, perdet eam; Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Theophylactus hic legit: *Vos autem non estis* & cæt. At Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Trãslatio Syriaca habent vt nos, *Nos autem non sumus* & cæt.

CAP. XI.

EST autem fides sperandarum substantia rerum.] Quoniam hoc potissimum agit, vt eos in fide Christi confirmet, ne persecutionibus victi deficiant, docet quid sit fides, quantùm apud Deum valeat, & quantum ea præstiterint, qui Deo maxime placuerunt, quamque mirabilia per eam fecerint. Pro *Substantia* est ὑπόστασις, quo nomine Græci appellare solent substantiam, tamquam substantem accidentibus, & ea sustinentem. Nulla enim erunt accidentia, nisi substantiam habeant, per quam sustineantur. Ita nulla erit spes, si non fulciatur, ac sustinea- 1 *Hypostasis.*

 tinea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tineatur fide, atque ideo eleganter vocata est *Substantia*, siue *hypostasis rerum sperandarum*. Græci aliter interpretantur, atque optima etiã est eorum interpretatio. *Hypostasin* accipiunt pro *Subsistentia*, hoc est, pro eo, quod est subsistere in rerum natura; atque ita fidem dicunt esse hypostasim rerum sperandarum, quia, quæ sperantur non subsistũt, & fides efficit vt ea subsistant, ideſt, vt certa ea habeamus non minus, quàm si subsisterẽt: Chrysostomus: Quoniam enim ea, quæ sunt in spe, sine substantia esse putantur, fides eis tribuit substantiam, magis autem eis non tribuit, sed ipsa est essentia eorum, vt pũtà resurrectio nondum facta est, & nondum est in substantia, sed spes facit
2 eam subsistere in anima nostra: hoc est quod dixit *Substantia*. Quibus in verbis interpres Chrysostomi non *Substantia* vertere debuit, sed *Subsistẽtia*. Melius vertit interpres Theophylacti: fides est essentia eorum, quæ non sunt, subsistentia eorum, quæ nondum subsistunt, vt resurrectio nondum subsistit, sed fides statuit eam, obque oculos nobis ponit. Oecum. magis explicat: fides, inquit, essentia quædam ipsorum est, & hypostasis efficiẽs, vt sint, & quodam modo præsentia fiant, eò quod credat ea esse. Theodoretus: ea enim, quæ non videntur, per eam videmus, & ad eorum, quæ sperantur, contemplationem ea nobis oculus efficitur, & ostendit tanquam subsistentia, ea quæ nondum facta sunt. Trãslatio Syriaca: *Est autem fides certitudo de ijs rebus, quæ sunt in spe, & si iam existerent actu.*

Vtraq; expositio apta est verbis Apostoli, vtroq; enim modo ille accipere solet hypostasin. Priori modo accepit. 2. Corinth. 9. nam vbi nos habemus: *Ne cũm venerint Macedones mecũ, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos (vt non dicamus vos) in hac substantia*, in Græco est, In hac hypostasi gloriæ, sicut postea cap. 11. *vt & ego modicum quid glorier in hac substantia gloriæ*, ideſt, in hac re, quæ sustinet gloriã meam, siue gloriationẽ, videlicet, si illa tollatur, ca-
3 det nostra gloriatio. Posteriori accepit supra in hac epistola, cap. 3. vbi ait: *Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantiæ eius vsque in finem, firmum retineamus*, ideſt, si retineamus fidem quæ est principium subsistentiæ nos

tiæ nostræ spiritualis.

Pro sperandarum, est ἐλπιζομένων, id est eorum, quæ sperantur: noster interpres sensa nihil differre voluit à Græco, sed ordinem ipsarum rerum exprimere voluit, prius enim est fides, & statim spes, & idpro dixit *sperandarũ*. *Argumentum non apparentium.* In Græco, ita vtrunque, distinctio fit, πραγμάτων, ideſt *Rerum*, magistrorum *Apparentium*, nostri codices iungũt cum *Sperandarum*, vtrunq; fieri potest, & nihil refert hoc an illo modo distingamus. Certe translatio Syriaca cum priori copulauit, ait enim, *Est autem fides certitudo de ijs rebus, quæ sunt in spe.* Ita etiam copulauit Chrysostomus, & Theophylactus, & Oecumenius. Admiratur autem Chrysostomus elegãtiam, ac proprietatem vocabuli, quo hic vtitur Apostolus, dicit enim ἔλεγχον, pro eo quod nos dicimus argumentum. Papæ, inquit, qua dictionis vsus est dicens: *Argumentum non apparentium*. Argumentum quippe est, in rebus ad modum manifestis, fides igitur visio est, inquit, non apparentium, & ad eãdem certitudinem ducit, ad quam etiam, quæ videntur. Proindo neq; circa ea, quæ videntur, credulitas, vel, incredulitas dici potest: neq; rursum fides dici potest, nisi cum circa ea, quæ non videntur, amplius quàm circa ea quæ videntur, certitudinem quis habuerit, &c. Theophylactus: *Argumentum*, hoc est, demonstratio, & mani- 4
festatio rerum, quæ non sunt conspicuæ: facit enim fides, vt ista mente nostra cernamus, haud secus, ac si præsentia essent & ĕæt. Vt hæc melius intelligamus, vis vocabuli Græci magis explicanda est. ἐλέγχειν, Græci dicunt pro eo, quod nos dicimus *Arguere, redarguere, conuincere*, ita videlicet, vt qui arguitur, nihil habeat, quod respondeat, vt Tit. 1. *vt potens, sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.* 2. Cor. 14. *Si autem omnes prophetent, intret autem quis, infidelis, vel idota, conuincitur (ἐλέγχεται,) ab omnibus, dijudicatur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians, quod verè Deus in vobis sit.* Ioh. 3. *Omnis enim, qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucẽ, vt nõ arguantur opera eius.* Inde ἐλέγχω,

Argumentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

redargutio, conuictio. 2. Tim. 2: *Omnis scriptura diuinitus inspirata. Vtilis est ad docendum, ad arguendum*, pro quo est πρὸς ἔλεγχον, quod Erasmus vertit *Ad redargutionem.* Ita Aristoteles libros scripsit de sophisticis elenchis, locos docens quibus sophistæ vtuntur ad conuincendũ. Quod ergo nunc ait: *Argumentum non apparentium*, est *redargutio conuictio*, ideſt fide cõuincimur ad credenda, quæ non videmus, perinde ac si manifestain luce viderẽtur. Atq; hoc est, quod dixit Chrysostomus argumentũ id est ἔλεγχον, dici in rebus admodum manifestis.

5 *In hac enim testimonium consecuti sunt senes.* Per hanc Deo probati sunt veteres patres, & testimonium habuerunt, quod Deo placerent, Deo, videlicet, propter eorum fidem magna, ac mirabilia efficiente, vt in hoc cap. fusius demonstraturus est. In Græco est ἐμαρτυρήθησαν, id est bonum testimonium habuere, laudati sunt. Act. 6. *Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto & sapientia.* Pro *boni testimonij in Græco* est μαρτυρουμένους, id est *Testimonũ cõsecutos*, vt nũc vertit. Et, cap. 10. *Cornelius Centurio vir iustus & timens Deum, & testimoniũ habens ab vniuersa gente Iudæorũ* Et c. 16. Huic testimoniũ bonum reddebant, qui in Lystris erant: In Græco *testimonium consecutus erat ab ijs, qui erant Lystris.* Idem verbum vertit infra cap. 12. *Testimonio probari: Et hi omnes testimonio fidei probati.* & cæt. Et in hoc cap. *Per quam testimonium consecutus est esse iustus.*

Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei.] Ab ipsa rerum creatione sumpto principio docet vtilitatem fidei: Per fidem enim credimus, quod sine fide, certa ratione comprehendere nõ poteramus, verbo Dei facta esse omnia, quæ videmus. Theophylactus docet *Secula* nũc vocari tẽpora, & omnia tẽporaria. Ita Apostolus accepit hoc nomẽ cap. 1. cũ dixit: *Per quem fecit & sæcula*, in quæ verba latius hoc explicauimus. n. 8. ostendimusq; vt nomine *Medii* intelliguntur, quæ sunt in mundo, ita *Sæcula* dici homines in mundo viuentes, atque eadem ratione omnia quæ temporaria sunt. Pro Aptata est κατηρτισμένα, id est, *Facta, coagmentata, congruenter composita, & inter se coapta*

ea: cuius vocabuli vim expressimus supra cap. 10. n. 35. 36. vbi Apostolus ait: *Corpus autem aptasti mihi.* Non ergo dixit *facta*, sed *aptata*, ita enim & creatæ sunt, vt suum inter se ordinem habeant omnes, & alteræ cum alteris congruant. 6

Vt ex inuisibilibus visibilia fierent.] Hæc omnia Deum fecisse verbo suo, ideſt, iussione sua, non alunde quæsita materia, aut vllo artificio adhibito, & verbi eius virtute facta esse hæc omnia visibilia, beneficio fidei cognoscimus, ratione comprehẽdere non poteramus. Quod docet innumeros errores philosophorũ de hac re, maximeq; Aristotelis maximi Philosophi, qui mundum ab æterno fuisse certis, & inevitabilibus argumentis sibi videtur cõprobare. *Ex inuisibilibus* autem dicit, ex ideis, siue formis omnium rerum, quæ sunt in mente diuina. Ita etiam Aristoteles dixit lib. 7. Metaph. cap. 7. Ex domo domum fieri, ex ea, quæ est absque materia, eã, quæ habet materiam?

Fide plurimam hostiam Habel, quàm Cain obtulit Deo.] Pro *Plurimam* est πλείονα, verbum è verbo, dicendum erat *Plurem*, quod quoniam latinè dici non poterat, dixit *Plurimã*, ideſt, pretiosiorem, vt interpretatur Theophylactus, itque maiorem. Syrus: *Per fidem obtulit Abel hostiam longe præstantiorem quàm Cain.* Chrysostomus: Hostiam hoc loco dicit honorabiliorem & clariorem. Quod duobus modis intelligi potest. Fide Habel inductus est ad offerendum Deo hostiam, quæ pretiosior erat oblatione fratris sui aut hostia, quam obtulit Abel, fides eius effecit, vt pretiosior, Deoque gratior esset, oblatione fratris.

Mihi vtroque modo intelligẽdum videtur. De eorum 7
oblatione ita scriptum est Gen. 4. *Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola. Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera domino; Habel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non respexit* & cæt. hic videmus vberiorem & meliorem fuisse hostiam Habelis, quàm Cain: quoniam Habelem dicit obtulisse optima quæ habebat, primogeni

Universidad de Deusto
Biblioteca

tos scilicet gregis sui & adipes eorũ. De Cain autẽ tantũ legim⁹ obtulisse eũ de fructibus terræ munera Dño. Chrysostomus Hom. 18. in Gen. Obserua quomodo nobis pientissima illius mens significatur, & q⁹ nõ tantum de ouib⁹ obtulerit, sed de primogenitis, hoc est, de pretiosissimis, & maxime eximijs. Deinde & ex illis ipsis primogenitis pretiosissima quæq;. Et de adipib⁹, inquit, illarũ, hoc est, de pinguissimis, & optimis: de Cain nihil tale adnotatũ est.

Ambrosius lib. 2. de Cain & Habel ca. 7. Et factum est post dies obtulit Cain de fructibus terræ munus domino. Duplex culpa, vna, quod post dies, obtulit, altera, quod ex fructibus, non ex primis fructibus, sacrificium autem & celeritate commendatur, & gratia. Et cap. 10. obtulit à fructibus terræ, non à primis fructibus primitias Deo. Hoc est primitias sibi prius vindicare, Deo autem sequentia deferre. Et quãuis neuter eorũ sine fide obtulerit, tamen maior fides intelligitur fuisse in Habele, qui meliora obtulit: atq; eadẽ fides maior gratiorem etiam hostiam Deo reddidit.

Iosephus etiã lib. 1. Antiq. cap. 3. largiorem fuisse oblationẽ Habelis, quam fratris dicit. Huius, inquit, sacrificiũ Deo fuit acceptius, quod sponte naturæ genitis cõstaret, quàm ea, quæ homo auarus & industrius per vim quamdam à natura extorserat.

Chrysostomus Hom. 18. in Gen. varietas mentis, & voluntatis segnities, illius quidem acceptissimã fecit oblationem, huius autem repudiatã. Vide quomodo impletur hic, quod in Euangelio est dictum: Primi erunt vltimi, & vltimi primi. Ecce enim, qui ob primogenituram priuilegium habebat, & sicut verè primus offerebat, minor visus est fratre &c. cæt. Hoc dicit, quia, cũ scriptura in oblatione prius meminerit Cain, postea prius nominat Habelem: *Et respexit dominus ad Habel.* & cæt.

8 *Per quam testimonium consecutus est esse iustus.*] Perquã oblationẽ, cũ fide maiori factam: aut perquã fidem testimoniũ accepit, quod esset iustus, & placeret Deo. Quomodo autem testimoniũ consecutus fuerit, docet: *Testimonium perhibente muneribus eius Deo.* Posset hoc ad testimoniũ referri, quod de illo reddit scriptura: *Et respexit Dominus ad*

nus ad Habel, & ad munera eius, prius ad eũ, quo docet eũ fuisse iustũ. Testimoniũ etiam cõsecutus est in Euãgelio dicente Domino: Matth. 23. *vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrã, à sanguine Habel iusti.* & cæt. verũ hæc testimonia post annos plurimos cõsecutus est, atq; ideo de illo maxime loquitur testimonio, q⁹ continuo accepit, de quo ita loquitur Hieronymus in Trad. Hebr. in Gen. initio fere. vnde, inquit, scire poterat Cain q⁹ fratris ei⁹ munera susceperit De⁹, & sua repudiaret, nisi illa interpretatio vera esset, quã Theodotiõ posuit? *Et inflãmauit Dominus super Habel, & super sacrificiũ eius: super Cain verò, & super sacrificiũ eius nõ inflammauit.* Ignẽ autẽ ad sacrificiũ deuorandũ solitũ venire de cælo, & in dedicatione tẽpli sub Salomone legimus,, & q⁹ Elias in mõte Carmelo cõstruxit altare. &c. Chrysostomus: Etiã aliud testimoniũ cõsecutus est q⁹ esset iustus, dicitur ignis descẽdisse & absumpsisse hostias eius. Theophylactus: Fertur etiã quod ignis de cælis descẽdens absumpserit sacrificiũ atq; inde agnouit Cain sibi antelatũ esse Habelũ: vnde enim alias habuisset cõpertum? Hinc & quidã eorũ, qui Hebræa in Græcã linguã transtulerunt, sic vertit: *Intuitus est in victimas Habeli Dñs, & incendit.* Idẽ ait Oecumenius, & cõmunis est sententia patrum, & expositorũ, tam huius loci quàm Geneseos, ignem de cælo descẽdisse, quo Dominus ostendit placuisse hostiam Habelis. 2. *paral.* 3. 9 3. *Reg.* 8.

Et per illã defunctus adhuc loquitur.] Chrysostomus addita ab Apostolo hæc verba putat, ne Hebræi intra se dicerẽt: Quid tandem magnum ex hac oblatione cõsecutus est Habel, cum eius causa & testimonij illius, quod accepit, interfectus à fratre sit? Respondet Apostolus: *Et per illam fidem defunctus adhuc loquitur.* Ac si dicat: interemit quidem eum, sed nondum eo interemit eius gloriam, atque memoriã. Viuit ille, & hoc indicium est, quod viuat, quod in ore omniũ versatur, quod omnes eũ admirantur, & beatũ prædicãt: Qui enim admonet alios, vt iusti sint, loquitur, nõ enim tantum proficit sermo, quantum passio illius. Sicut enim cælum tantùm apparens loquitur, sic & ille dum in memoriam venit. Nunquam enim in tanta

esset admiratione, si mille linguas haberet, si viueret, in quanta nunc admiratione est, &c. cæt. Eodem modo exponunt Theophylactus, Oecumenius, Theodoretus.

10 Aliter etiam & satis germane exponere possumus. *Per hanc fidem defunctus adhuc loquitur*, hoc est: Etsi interfectus est, tamen hac fide tantum Deo placuit, vt post mortē etiā eo tacente, curā illius habuerit, & sanguis eius fusus, clamare ad Deum dictus sit de terra; quod non diceretur nisi magnopere eum ad vltionem cædis Habelis provocaret. Magnopere autem provocauit cum sanguis, quia propter hanc fidem magnopere Habelē amabat. Ita enim Cain alloquutus est Dominus Gen. 4. *Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinē fratris tui de manu tua.* Ex hoc cernitur in magna eum fuisse gratia vt viuere apud Deū, à quo in hac vita tātopere amabatur.

Siquis putet hoc non recte dici, quoniam non dicit: *Defunctus ad hunc locutus est*, sed *defunctus adhuc loquitur*. Sciat sanguinem Habelis etiam nunc loqui & vindictam petere. Nondum integræ pœnæ de illa cæde sumptæ sunt, donec in die iudicij Cain corpus suum recipiat & in eo eā puniatur, & debita ignominia coram omnibus hominibus iudicio afficiatur. Petit etiam vindictam aduersus om- 11 nes illius sceleris imitatores. Sicut Dominus docuit Matt. 23: *vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Habel iusti vsq; ad sanguinem Zacharię* &c. Fuit enim illa prima innocentis sanguinis effusio, quæ, cum à Deo seuerè fuerit vindicata, auertere omnes ab imitatione debuit, sunt qui dicū illum de. Sanctum ad huc loqui exemplo, quod non inepte dicitur; cùm primus omnium fidei suæ magnitudinem lectissima oblatione testatus, & propter eam interfectus fuerit?

Fide Henoch translatus est, ne videret mortem.] Cæpit ab Habele probare quod dixerat. *In hac enim testimonium consecuti sunt senes*, atque ita paulatim insigniores veterum patrum enumerat. *Per fidem* inquit *Henoch translatus est* in paradisum, ne ita vt cæteri, tunc moreretur: postea enim, regnante Antichristo, simul cum Elia moriturus est, vt docebitur Apoc. 11. in quod nos copiosè demonstrauimus duos prophetas, quos Iohannes commemorat, esse sine dubio Eliam & Henoch. Illic enim ostendimus eos translatos fuisse in paradisum, & in eodem loco expectare tempus extremum, quo exituri sunt, vt testimonium de Christo reddant.

Quæ satis ex Eccli. 44. intelliguntur dicentis: *Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam.* Cum enim non in cælestem paradisum translatus sit, quia ad huc viator est, superest in terrestrem trāslatus vt fuit. Et quamuis nunc in Græco non legamus, *In paradisum*, legit tamen vetus interpres & ita habent omnes codices Latini. Quare malè atque audacter Iansenius locutus est, dicens illum è suo addidisse *In paradisum*. Neque enim noster interpres hoc fecit vnquam, neque alius quisquam sanus qui sit, addere quod sensū mutet, & quod nouum aliquid afferat, præsertim in re tanta & tam difficili.

Et non inueniebatur] Diu quæsitus nusquam inuentus est. Hoc addidit, vt veram translationem fuisse doceat, nec per vnum, aut alterum diem tantum eum latuisse: non enim solum dixit translatum eum fuisse, sed translatum ne videret mortem.

Ante translationem enim testimonium habuit, placuisse Deo] Dixit Apostolus *per fidem translatum fuisse Henoch, ne videret mortem*, hocque iam probauit. Illud autem *per fidem trāslatum esse* non probauerat, nunc probat, quoniam sacra Historia Gen. 5. affirmat illum Deo placuisse. Ex quo Paulus necessario colligit eum habuisse fidem, quia sine fide impossibile est placere Deo. Verba Gen. hæc sunt: *Et ambulauit Henoch cum Deo.* Et mox: *ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus.* Ambulare cum Deo est, iuxta eius præscriptum viuere, & ab eius voluntate non discrepare, iuxta quod scriptum est Hamos 3. *Numquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis?* Quare hoc, virorū sanctitate præstantium, est. Inde de Noe dictum est Gen. 6: *Noe vero inuenit gratiam coram Domino. Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit.* 13

lxx. autem verterunt eodem verbo, quo nunc Græcus interpres vtitur εὐηρέστησεν, id est placuit Henoch Deo. Chaldæus: *Ambulauit Henoch in timore Dei.* Similiter de Noe c. 6. *Deo placuit Noe.* Chaldæus: *In timore Dei ambulauit Noe.*

Sed habent quæstionem hæc verba Pauli de Henoch. Primum, Paulus translatum eum fuisse, dicit, vt non videret mortem, cum Hebraica minimè id significare videantur, quæ ita habent: Et ambulauit Henoch cum Deo, & non ipse, quia accepit eum Dominus. Ex quibus verbis Hebræi quidam potius colligunt ipsum mortuum fuisse: nam de mortuis dicere solet scriptura: *Et non ipse*, Et, *accepit illum Dominus.* Prioris phrasis exempla hæc sunto, vt Gen. 42. *Ioseph non est super, Simeon tenetur in vinculis.* In Hebræo est: *Ioseph non ipse.* Et Psalm. 36. *vidi impium super exaltatum & elevatum sicut cedrus Lybani, & transiui & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.* His multa sunt simulia vt Psal. 38. *Priusquã abeam & amplius non ero.* Hebraicè, *Priusquam abeam, & non ipse*, Psal. 58. *In ira consummationis, & non erunt:* Hebraicè, *Et non ipsi.* Posterioris autem, videlicet, Accepit illum Dominus. Vt Iob. 32. *Nescio, quandiu subsistam; & si post modicum tollat me factor meus*; & Thobiæ, 4. *cùm acceperit Deus animam meam* &c. Cùm ergo de Henoch dixerit scriptura, *& nõ ipse quia accepit, siue tulit eum Deus*, consequens videtur eũ mortẽ obijsse, sicut cæteri patres, quorũ in eodẽ loco Gen. fit mẽtiõ.

14 At stultissimè colligũt Hebræi, Primum eis obstat trãslatio, lxx. quorum verbis vtitur Græcus interpres Pauli, *Et non inueniebatur, quia trãstulit ipsum Deus, aut transposuit.* Et Chaldæus vertit: *Et non comparauit, nec etiam occidit eũ Deus.* Omitto Paulum & Ecclesiasticum, qui ijsdem verbis vsi sunt.

Sed quæro ex eis, cum dẽ cæteris omnibus patribus diserte dicat Moses eos mortuos fuisse, cur nõ eodẽ modo de Henoch locutus sit, si eodẽ modo mortuus est? cur dicit eũ non apparuisse? cur ait: Tulit eum Dñs? si *Tulit eũ Dominus*, significat eũ mortuũ esse, quid necesse erat prius dicere: *Et non apparuit*, cùm nullus mortuorũ appareat? Verba aũt scripturæ quæ pro se adducunt Hebræi, nõ effi-

ciunt,

ciũtq; quod ipsi voluntãq; quod est in fonte *nõ ipse*, quod tertiæ personæ est (atque idẽ dẽ cæteris personis iudiciũ est) dicitur de eo qui non apparet, & quouis modo subtractus est ex oculis, siue mortuus fuerit, siue alicubi lateat. Quod verbis Gen. cap. 42. quæ pro se afferunt, ita perspicuum sit vt eadem illorum, aut stultitiam, aut malitiam comprobent. Nam vbi habemus: *Ioseph non est super, Simeon tenetur in vinculis*, in Hebræo est, *Ioseph non ipse, Simeon non ipse*, quod similiter verterunt lxx. *Ioseph non est, Simeon non est.* Et Chaldæus dixit: *Ioseph non superest & Simeon non est hic*; Psal. 72. *In labore hominum non sunt*, id est, non videntur, non inueniuntur. Hebraicè. *In labore hominum non ipsi.* Locus vero ille ex Iob. 32. nihil ad rem, in eo enim non est idem verbum, quo Moses vsus est loquens de Henoch, quem admodum neque in Latina trãslatione: In Iob enim vbi habemus, *Et si post modicum tollat me factor meus*, pro *Tollat* est יִשָּׂאֵנִי. In Genesi לָקַח. Aliod etiã est *Tollat* aliud *Tulit.* לָקַח autem significat *accipere* aut *ferre*, vt Gen. 27. *Primogenita mea ante tulit*, id est, furtim cepit. Nec vnquam hoc verbum significat *occidere*, nisi aliquid forte adderetur, vnde cogeremur acceptionem illam mortem esse confiteri, sicut, si apud nos diceremus, *raptus aut acceptus*, vt Sap. 4. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius*, ex præcedentibus & sequentibus intelligimus raptum esse per mortem, quod etiam in verbis Tobiæ à nobis adductis perspicere licet.

Male igitur locutus est Hieron. Oleastrius, cum in hæc 16
verba Geneseos ita scripsit: Sunt qui arbitrantur eũ per mortem ablatum: mihi vero probabilius videtur eum à Domino acceptum, quem admodum Elias. Turpe est virum catholicum, & religiosum dicere probabilius esse, quod pro certo prorsus habendũ esse dicere debuerat, & quod negare hæreticum plane sit. Atqueeo minus ei ignoscí debet, quod verba etiam Ecclesiastici & Apostoli recitauit.

Difficilius est quod Paulus dicit, per fidem trãslatũ esse Henoch, videtur parũ firma eius argumẽtatio. Probat qui dẽ Henoch fidẽ habuisse, q aplacuit Deo, & sine fide impossibile est placere Deo. Sed vnde probat per fidẽ raptũ esse

potius

Universidad de Deusto
Biblioteca

potius quam propter caritatem, aut spem, aut alias insignes virtutes, quibus florebat? Aut cur, quod aliatum virtutum est, soli fidei tribuit? Idem de reliquis patribus quæri potest, in quibus omnia semper fidei adiudicat. Omnium vna causa est. Fides, quam idcirco dixit esse sperandarum substantiam rerum, docebat Deum esse, & quanta futura esset retributio sanctorum laborum, & hac spe sancti ad magnas res gerendas excitabantur, & ad magna
17 pericula subeunda. Itaque fides initium, & causa erat omnium egregiorum factorum, non præcedens tantùm, sed semper comitans, hortans, & excitans, atque adiuuans, cùm fiebant, vt quam optime fierent.

Hoc ex ipsius Apostoli verbis intelligere possumus. Cùm enim dixisset, *Henoch fide esse translatum*, subiecit: *credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* Quasi dicat, credidit Henoch Deum esse, & remuneratorem inquirentium se esse, &c. Atque hac fide, tam præclara fecit opera, vt dignus habitus fuerit qui transferretur, ne videret mortem. Id etiam apertius de alijs dicit, idest fide & spe retributionis eos magna fecisse, vt de Abraham: *Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus.* Et postea *Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Et siquidem ipsius meminissent, de qua exierant, habebant vtique tempus reuertendi: nunc autem meliorem appetunt, idest cælestem.* Et de Mose: *Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere inciditatē, maiores diuitias æstimās Thesauro Ægyptiorū imperiū Christi: aspiciebat enim in remunerationē.* De se etiā ait Dauid Psa. 118. *Inclinauī cor meū ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.* Fidem etiam comitatam esse, & adiuuisse eorum opera docet Iacobus cap. 2. de Abraham agens: *Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius.*

18 *Sine fide autem impossibile est placere Deo.*) Est enim fides initium & basis iustificationis atque idcirco sine ea iustificari nemo potest. In Græcis codicibus non additur *Deo* sed tantum legitur: *sine fide autem impossibile est placere.* Atque ita est apud Chrys. Theop. Oecum. Theodoretū: sed fuisset

fuisse Deo in alijs codicibus ostendit non solum translatio nostra, sed etiam Syriaca quæ habet, *At qui sine fide nemo potest placere Deo.* Quod si non legitur *Deo* certè subaudiendum est ex præcedentibus.

Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est &cæt. Nemo enim accedet ad eum colendum, quem non credit esse. Rursus si eum esse credat, non tamen curare res humanas, sed illud putet fieri quod sensit Epicurus, & quod Lucretius scripsit li. 1. de Natura rerū, de diuina natura loquēs.

Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri
Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.

Nihil faciet, nec vllam operam dabit vt ei placeat: certè non feret tantos labores, quanti in hoc vitę genere occurrēt. Quid si philosophus demōstratione perspectum habeat esse Deum. Paucis hoc dabitur, atque etiam si detur, naturalis cognitio ad iustificationem satis non est, fidem infundi oportet: nec enim satis est Deum cognoscere, tamquam primum motorem & autorem rerum naturalium, quod demonstratione cognosci potest: Sed autor cognoscendus est, atque initium vitę super naturalis 19
Ex quo sequitur oportere, vt credatur remunerator inquirentiū se pręstantiori quadā ratione, quā qua in hac vita iustos remunerat, qui sæpe etiā sine remuneratione decedūt vt Habel à fratre interfectus. Supernaturalis remuneratio cognoscēda est, quæ sine fide cognosci ac teneri nō potest.

Sed quæritur an satis sit ad iustificationē credere hæc duo. Mihi non videtur satis, nam animæ immortalitas necessario credenda est, forte etiam labes peccati originis & quædam alia. At hoc non est huius loci, quoniam Apostolus nec dicit hæc duo satis esse, nec cætera excludit: sed negat posse aliquem comparare se, vt Deum religiosè colat, nisi hæc duo crediderit; vt intelligam⁹ veteres patres his duobus, quæ fidei beneficio cognouerant, vehementer ad cultum Dei fuisse stimulatos, quem, nisi hæc credidissent, nunquam coluissent. Theod. Qui enim hæc nō ita habere crediderit, virtutis labores nō sustinet. Neq; enim agricola, in agro colēdo, sudores toleraret, nisi se laborū fructus relaturū speraret. Ita etiam gubernator

ad por

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad portus respiciens; multos labores perpetitur.

20 *Fide Noe responso accepto de ijs, quæ adhuc nõ videbãtur &c.* Noe fide maxime Deo placuit: quia, cùm ab eo accepisset diluuium venturum, quo omne hominum genus periret, non dubitauit, sed arcam vt iussus erat, construxit omnibus eum irridentibus, & vanum, ac ridiculum putantibus, quod dicebat. Quo factum est, vt ipse solus extãta hominum multitudine cum domo sua, id est, cum vxore & tribus filijs, eorũq; vxoribus seruatus sit. Pro *Responsum accipere.* *Responso accepto* est In Græco *oraculo admonitus.* Nec necesse est eũ prius interrogasse, vt postea responsum acciperet, sed responsum accipere dicitur, qui Dei voce admonetur, siue aliquid interrogauerit, siue nihil interrogauerit, vt de Magis Mat. 2. *Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodẽ &c.* Heb. 8. *sicut responsum est Moysi, cùm consummaret tabernaculum.* Act. 10. *Responsum accepit ab Angelo sancto, accersere te in domum suam.* Nemnem horum legimus aliquid interrogasse, cùm hæc illis à Deo dicta sunt. Et quod ait *de his, quæ non videbantur* hac periphrasi diluuiũ indicatum est. In Græco est: de ijs, quæ nondum videbantur, id est, de diluuio, quod nondum viderat.

Metuens aptauit arcam in salutem domus suæ.) Credidit Dei verbis, & timens diluuiam, parauit arcam, id enim significat *aptauit*, quod in Græco est κατεσκεύασεν,

21 & *Per quam damnauit mundum.*) Hac fide sua damnauit reliquorum hominum incredulitatem, qui cùm ipse iussu Dei, multos annos in arcæ fabricatione consumeret, vt peccatores per pœnitentiam ad Deum reuerterentur, eũ irridebant, & diluuium futurum non credebant. Itaque damnasse dicitur illos, qui omni damnatione dignos ostẽdit, cum ipse statim crediderit, illi autem nunquam credere voluerint. Ita dictũ est Matt. 12. *Viri Niniuitæ surgẽt in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plusquam Ionas hic. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: Et ecce plusquam Salomon hic.*

Incredulitatem autem eorum, qui fuerunt tempore Noe,

Noe, etiam si in Genesi expresse non legimus, scriptura non tacuit, nam 1. Petri. 3. legimus: *Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cùm fabricaretur arca.* Hoc etiam Dominus indicauit Matt. 24. *Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam & non cognouerunt* nunquam putarunt vẽturum esse diluuium *donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit, & aduentus filij hominis.*

Et institiæ, quæ per fidem est, hæres est institutus.) Theophylactus: Hoc est, lucratus est, seu nactus est vt iustus videretur apud Deum: quod iustitiæ nomen, fides ei largita est &c. Recte etiam ita interpretabimur, imo & rectiꝰ. Ex dictis hoc colligit, ac si diceret: Atque ita in ipso mãsit iustitia veterum patrum, per fidem factus est hæres sanctitatis patrum. Nisi enim credidisset Dei verbis, ipse etiã perijsset, & nullum hæredem haberet iustitia priorum patrum, quæ in illis etiam fuit per fidem. Filius hæres iustitiæ paternæ dicitur, cùm eam imitatur, & possidet. De cætera eius familia non loquitur Apostolus, quoniam illi eius hortatu crediderũt, & si ille non crederet neque ipsi credidissent. 22

Fide qui vocatur Abraham, obediuit) &c. Duobus modis intelligi posse videntur hæc verba, vt sit sensus: Ille *qui vocatur Abraham*, per fidem *obediuit* Deo vt exiret de terra sua; aut *Abraham*, cum vocaretur, exiuit per fidem &c. Hunc posteriorem sensum amplexus videtur Theophylactus, qui ait: Fide Abraham obsecutus est, iussus relinquere patriam. Ita etiam Syriacus, qui vertit. [*Per fidem Abraham, cùm vocatus est, dicto audiens fuit.* Atque ita interpretandus locus videtur, quoniam quorsum diceret, Ille, qui vocatur Abraham, quasi de ignoto homine loqueretur. At obseruemus non esse in Græco, fide vocatus Abrahã, vt verterũt interpretes Chrys. & Theoph. & Oecum. quod multũ huic interpretationi faueret: sed est *qui vocatur*, vt fideliter interpres reddidit: Neque recteponi videtur: fide qui vocatur Abraham obediuit &c. Fide Abraham cùm vocaretur, Theodoretus egregiè verisimam in 23

terpreta-

terpretationem huius loci attigit his verbis: Illud, *Qui vocatur Abraham*, dixit propter mutationem nominis. Abrã enim qui dicebatur, appellatus est Abraham &cæt. Quasi dicat. Vir ille virtutibus insignis, & Dei amicitia præclarus, qui cum olim Abram diceretur, postea Abraham dictus est, atque ita nunc vocatur, per fidem obediuit &cæt. In his autem & hoc intelligitur: Tantarum virtutum, quantas habuit, cùm *Abraham* à Deo mutato nomine vocatus est, fides initium fuit: per eam ad tantam Dei amicitiam prouectus est, hæc illum tantum, quantus postea fuit, effecit. Prius dicebatur Abram id est, pater excelsus, postea Abraham vocatus est, rationem nominis reddente ipso, qui mutabat Gen. 17. *Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te*, id enim significat *Abraham*.

Meminit autem hic nominis Abraham, quia de eius fide agit, per quam Abraham vocari meruit, id est, fieri pater multarum gentium, sicut ait Apostolus Rom. 4. *Quia patrem multarum gentium constitui te ante Deum cui credidisti* &c. *Fide* igitur *obediuit Abrahã*, nã neque Doctorem aliũ quã Deũ neq; exẽplũ illius obedientiæ habebat, cùm eius pater idola coluisset. Vocatio hæc scripta est Genes. 12. Dixit autẽ Dominus ad Abraham: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui & veni in terram, quã monstrauero tibi: faciamque te in gentem magnam, & benedicã tibi, & magnificabo nomen tuum, eritque benedictus*. Sed vt historia Geneseos concilietur cum verbis Stephani Act. 7. sciendum est Abraham bis obedijsse, vt exiret de terra sua: primum exijt de Vr Chaldæorum, in qua vrbe natus est, & venit cum patre Thare, & Lot filio fratris sui Charras, quæ Mesopotamiæ vrbs est. Ptolomæo lib. 5. Geogr. cap. 18. & in scriptura vocatur Haram & Charan. De hoc legimus Gen. 11. *Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Lot filiũ Arã filiũ filij sui & Sarai nurũ suã, vxorẽ Abrã filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irẽt in terram Chanaã veneruntque vsque Haran, & habitauerunt ibi*. Videbitur hic Abraham exijsse tantum, vt patrem suum sequeretur; re autem vera exijt à Deo admonitus, vt manifeste docet Stephanus Act. 7. cum ait: *Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, cùm esset in Mesopotamia, priusquã moreretur in Charan, & dixit ad illũ: Exi de terra tua, & de cognatione tua & veni in terrã, quã mõstrauero tibi: Tũc exijt de terra Chaldæorũ & habitauit in Charã* &c. Deinde post aliquot annos habitationis eius in Charã, defuncto iã Thare patre, iterũ vocatus est, & huius vocationis meminit liber Gen. c. 12. cũ enim in extremo. c. 11. dixisset Thare mortuũ esse in Charã, ita duodecimũ exorditur: *Dixit aũt Dñs ad Abrahã: Egredere de terra tua* &c. Ac ne dubitare possimus, vnde egressus sit, ait mox: *Egressus est itaq; Abrahã, sicut præceperat ei Dñs & iuit cũ eo Lot. Septuagintã quinq; annorũ erat Abrahã, cũ egrederetur de Harã*. Huius aũt secudi exitus etiã meminit Stephanus dicẽs: *Et inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis*.

In locum exire] &c. In terram Chanaan, quæ illi postea promissa est, & posteris eius data, cùm exierũt ex Ægypto. 26

Et exijt nesciens, quo iret.] Non satis hoc videtur conuenire cum verbis scripturæ, quæ modo retulimus. Si quidẽ de Thare dictũ est Gen. 11. *Et eduxit eos de Vr Chaldæorũ, vt irent in terram Chanaan*. Cuius ille consilij participẽ sine dubio faceret filium Abraham. Et de Abraham scriptum est cap. 12. *Tulitq; Sarai vxorẽ suã, & Lot filiũ fratris sui, vniuersamq; substãtiã, quã possederãt, & animas quas fecerãt in Haran; & egressi sunt, vt irent in terram Chanaan*. Cur aũt Abrahã veniebat in terrã Chanaã, potius quã in aliam, nisi Dñs eũ vocasset, & in eã proficisci iussisset? Respondeo Abraham Diuino oraculo cognouisse proficiscendum sibi esse in terram Chanaã, vt ex verbis Geneseos satis comprobatũ est, & ex verbis Stephani *Transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis*.

Sed terra Chanaã vasta erat, & in multas partes distributa, quoniã à multis gentibus, ortis ex filijs Chanaã, incolebatur. Atq; ideo nesciebat, in qua terra habitare, aut quiescere iuberetur, id est, in qua regione terræ Chanaan. Et propterea dixit Apostolus: *Nescius quo iret*. Quod recte congruit cũ verbis Geneseos: *Et veni in terrã, quam mõstrauero tibi*. Idẽ intelligitur ex verbis sequentibus in eodẽ 27

Universidad de Deusto
Biblioteca

capite. *Et egressi sunt, vt irent in terram Chanaan: cumque venissent in eam, pertransiuit Abraam terram vsque ad locum Sichem & vsque ad conuallem illustrem.* Videlicet expectans Diuinum responsum, vt sciret in qua terræ illius parte sistendũ esset. *Et inde transgrediẽs ad montem, qui erat contra Orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum* & cæt. *Perrexitque Abram vadens, & vltra progrediens ad Meridiem.* Ita eidem contigit Gen. 22. terram enim illi ostendit Deus, in qua sacrificaret filium suum Isaac, sed montem, in quo sacrificaret, nõ ostẽdit, sed id quoq; postea cognouit. *Tolle* inquit, *Filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eũ in holocaustum super vnũ montium, quem monstrauero tibi.*

Fide demoratus est in terra repromissionis] & cæt, Supra admonuimus capit. 9. numer. 76. nostrum interpretem solere dicere *repromissionem* pro *promissionem*, & in Græco semper haberi promissionem quod bis in hoc versiculo fecit. Porro *terram promissionis* notum est iuxta consuetudinem Hebræorum dici terram promissam, id est, terram Chanaan, quam videlicet Deus prius promisit Abrahæ, deinde Isaac, & Iacob. Rursum, vbi nos habemus *demoratus est*, in Græco est proprie *incola fuit*, non vixit in ea tamquam ciuis, & Dominus, ac perpetuus futurus habitator, sed tamquam incola, & peregrinus, & quasi in aliam terram migraturus, sicut paulo post ait: *Et confitentes, quia peregrini sunt, & hospites super terram. Qui enim hoc dicunt, significant se patriam inquirere.* Syriacus: *Per fidem fuit inquilinus in terra illa*. Quare non tam significat hoc in loco hoc verbum, *commigrare*, quemadmodum Erasmus, & nonnulli verterunt, quam *incolam esse & more peregrini habitare.* Melius vidit interpres, ideoque non vertit, *Commigranit* (iam enim id dictum erat: eum è patria sua exijsse vt veniret in aliam terram, ostendimusque eum non ignorasse se vocari in terram Chanaan, licet in quam eius partem vocaretur nesciret) sed elegantius transtulit, *Demoratus est*, quod de ciuibus dici non solet, sed de transeuntibus in aliam vrbem, aut regionem & per occasionem in alia morantibus, donec expedire

pedire se possint, vt eo quo volunt, proficiscantur vt: *Iam pridiem innisus Diuis, & inutilis annos* 2. Æne. *Demoror.*

Ac si dicat. Iam pridem hinc migrasse debueram. 29
Ita & noster interpres hoc verbo vti solet, vt Ioh. 13. *Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram, & illic demorabatur cum eis* Act. 15. *Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ* & cæt. *Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus: Reuertentes, visitemus fratres per vniuersas ciuitates.* Nec nego Græcum verbum παροικεῖν, significare etiam *aliunde commigrare* in locum, in quo quis incola futurus sit: sed hoc dico, hoc in loco magis significari incolatum, quàm commigrationem. *Inde* πάροικος, *incola & aduena* Act. 7. *Locutus est autem ei Deus, quia erit semen eius accola in terra aliena*, id est, *Incola*. Et postea: *Et factus est aduena in terra Madian, vbi genuit filios duos*, id est, more auenæ, & incolæ vixit Moses in terra Madian. Eph. 2. *Iã non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei.* Et. 1. Petri. 2. *Obsecro tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.* Hoc est: Quamuis in terra viuatis, non tamen viuitis, vt ciues, sed vt hospites, & aduenæ in aliam regionem, hoc est, in cælum transituri: quare abstinete à desiderijs terrenis, quæ vobis aditum cæli impediunt. Iã 30
ex his, quid Paulus dicat, intelligi potest. Abraham, cùm sciret terram illam Chanaan, sibi posterisque suis promissam, dicente Dño Gen. 13, *Omnem terram, quam conspicit, tibi dabo & semini tuo vsque in sempiternum*: etiam si videret se nihil in ea possidere, nisi si quid forte emerat, non transiuit in aliam terram, quasi diffidens Domini promissis, ac dicens, cur in hac terra habitem, in qua nihil possideo? sed in ea mansit, atque in ea Isaac & Iacob manere simul voluit, non dubitans implendam esse aliquando Dei promissionem, eamque penes posteros suos futuram.

Tamquam in aliena] Vt vim fidei huius ostenderet Apostolus, addidit: *Tamquam in aliena*, quod dictum putari potest quia re vera nihil eius possedit, sicut Stephanus dixit Act. 7. *Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec passum pedis, & repro-*

misit dare eam illi in possessionem, & semini eius post ipsum cùm non haberet filium. Hoc est: Etiam cum filium nõ habe ret, credidit eam à posteris suis esse possidendam. Dicit autem *Nec passum pedis*, quoniam si quid possedit, nõ datũ accepit, sed emit, vt spelunca duplicem, in qua sepeluit Saram Gen. 25. Quare, quod est in Ezec. 33. *Vnus erat Abrahã & hereditate possedit terrã*, intelligitur non in se, sed in posteris suis. Aliud tñ dicit, *Habitauit in ea, vt in aliena*, id est, vt homines habitare solent in terra aliena, in qua domos ędificare nolũt, quoniã aliã patriã habẽt. Et quoniam licet Abrahã in terra illa, se vsque ad mortẽ mãsurũ esse sciret, cælũ patriã suã esse existimabat, & illo semper tẽdebat, recte dixit: *Demorat' est*, id est, quasi incola vixit, in aliã terrã trãsire cupiẽs. De his elegãter & copiose Chry. ho. 25

In casulis habitando] ἐν σκηναῖς, id est, *in tabernaculis*, aut *in tẽ*
31 *toriis*, quod semper legimus de Abraham, vt Gen. 12, & 18 itaque habitat at in terra illa, vt in aliena, in qua non domum habebat, sed tabernaculum vt peregrinus.

Cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem.] Hoc magnam fidem Abrahæ indicat. Isaac & Iacob, atq; ex consequẽti posteritatem suam semper manere voluit in eadem terra, quia illorum filijs eam datam esse non dubitabat, at non in domibus, sed in tabernaculis. Atq; illi etiã in tabernaculis habitabãt, vt hospites, & aduenæ. *Expectabat enim fundamẽta habẽtẽ ciuitatẽ*] Iã ex his verbis intelligitur, quorsum dixerit demoratũ esse Abrahã in terra promissionis, vt in aliena, & habitasse in casulis, & vnde eius fidẽ maxime laudet. *Expectabat enim* &c. id est, existimabat se non terræ ciuem esse, ne illius quidem, quæ sibi, & posteris suis promissa erat, sed cæli, ideoq; satis putabat habitare in tabernaculis, domo sibi op' esse nõ iudicabat.

Eleganterque cœlestem patriam, *Ciuitatẽ, fundamẽta habentem* appellauit, vt eam tabernaculis opponat, quæ fundamenta non habent, sed pro vt vsus postulat, in omnia
32 loca transferuntur. Hæc autem ciuitas, etiã si tabernaculi nomine nonnunquam significari soleat, quia in ea quiescemus, & ab omni iniuria, atque ab omni labore tutiemur: eius tabernaculi nomẽ habet, quod mutari de loco in lo

in locum non potest, vt Isai. 33. *Respice Sion, ciuitatem solemnitatis nostræ, oculi tui videbunt Ierusalem, habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur.* Atque ideo cùm *tabernaculum* dicitur, aliquid addi solet, quod immobilitatem indicet vt Ps. 14 *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Mons enim firmitatẽ habet. Et Luc. 16 *vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Itaque cum in tabernaculis mobilibus habitabant, oculos conijciebant in cælestem ciuitatem immobilem, semperq; mãsuram, de qua postea ait: *Parauit enim illis ciuitatem.*

Cuius artifex, & conditor Deus) Vt intelligamus, quantũ ciuitas hæc præstet tabernaculis, & quam magnificam retributionem Deus illis parauerit, ait: *cuius artifex* &cæt. Tabernacula humanis manibus fiebãt atq; ideo vilia erãt & peritura: huius autem ciuitatis Deus ipse artifex, & conditor est. In quo duo vocabula idem ferè significantia ab Apostolo posita sunt, quę in Græco sunt τεχνίτης καὶ δημιουργός, amplificationis causa, vt totam ciuitatem, opus Dei esse sciamus, nihilque in ea esse, cuius artifex ipse nõ sit. Chrysostomus, & Theophylactus: Papæ, quantum est vrbis istius encomion, architectum habere Deum.

Fide & ipsa Sara sterilis] & c. In Græco est *cùm esset steri-* 33
lis. Syriacus, *Quæ sterilis erat*. At in alijs codicibus Græcis tantum legitur. *Fide & ipsa Sara virtutem* &cæt. quo modo est apud Chrysost. & Oecum. in Græco. Ita cum illi variarent, Interpres eum secutus est, quem putauit verio rem, & quem Theophy. secutus est, vt mox dicemus.

Virtutem in conceptione seminis accepit.] Interpres more suo, & more ipsius scripturæ dixit, *In conceptione seminis*, pro *In conceptionẽ seminis*, vt est in Græco. Chrysostomus: Quid est, *In conceptionem seminis*. Ad retinendum semen, & ad recipiendum, virtutem accepit, quæ iam mortificata erat, & sterilis. Duplex enim erat præclusio, vna ex tẽpore (senuerat quippe iam) alia vero ex natura (sterilis & enim erat) &cæt. Ita etiam Theophylactus, & Oecume. Sed Theophyl. alteram interpretationem addit, his ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis: vel, quia affirmant naturæ indagatores philosophi, & Medici mulierem etiam, veluti semen quoddam, à se se conferre, forsan sic accipiendum est *Ad deiectionem seminis* pro eo quod est, vt & ipsa subministraret, & substrueret semen &cæt.

Cur autem hoc dicatur, intelligemus ex vi Græci vocabuli, quam Hieron. eleganter explicat in illud Eph. 1. sicut elegit nos in ipso ante mundi cõstitutionem, vbi pro eo, quod nos habemus constitutionẽ est καταβολῆς, quod (inquit) propriè dicitur, cùm quid deorsum iacitur, & in inferiorem locum mittitur de sublimi, vel cùm aliqua res sumit exordium. Vnde & ij, qui ædium futurarum prima
34 iaciunt fundamenta καταβεβλῆσθαι, id est deorsum initia fundamentorum, iecisse dicũtur &c. Hinc videmus cur dixerit Theophylactus: *Ad deiectionem seminis pro eo, quod est, vt & ipsa subministraret, & substrueret semen.*

Sed alius sensus ex his verbis Hieronymi nõ inelegans accipi potest. Si enim καταβολὴ etiam dicitur, cum res aliqua sumit exordium, licebit interpretari Saram per fidẽ virtutem accepisse, vt in ipsa semen, id est, posteritas Abrahæ promissa, sumeret exordiũ: vel etiã, virtutem ac cepisse, vt in ipsa fundaméta iacerẽtur eiusdẽ posteritatis.

Sed vt ad translationem nostram reuertamur, ita de
35 ea Erasmus ait: Interpres probè & verecundè reddidit sententiam Græci sermonis. Imbecillitas enim corporis obstat, quo minus semen subsidat, & adhærescat in matrice &c. Dicũt etiam Græci καταβάλειν τὴν γῆν τὰ σπέρματα, pro eo, quod est seminare: quarè recte etiam dicemus, *Virtutem accepit ad seminandum.*

Vt hęc omnia melius intelligantur, sciendum est, multa in hac conceptione Sarę contigisse supra naturæ legẽ. Primũ, quod, quæ in iuuentute fuerat sterilis, in extrema senectute concepit, & quidem, non de iuuene, quod erat facilius, sed de sene centum fere annorum. Secũdũ, quod semen attrahere, & retinere potuit eius matrix. Nã matrix anus, iam nõ est aũida genituræ, atque ideo nec semen attrahit, neque attractũ fortè amplectitur, sed elabi finit

finit, est enim intrinsecùs læuis, & facilè ex ea semen excidit. Tertium, quod iam deerat illi sanguis menstruus, sine quo admisto semini, genitura fieri non potest, sicut legimus Gen. 18. *Erant autem ambo senes, prouectæque ætatis, & desierant Saræ fieri mulieribus.* Quartum, quod id ætatis se mẽ subministrare ipsa potuit, quod esset prolificũ: si enim quid habet anus, frigidum est, & infœcundum.

Quod autem exemplum Sarę attulit Paulus, Chrys. factum dicit, vt Hebręis pudorem excitaret, ne magis pusillanimi videri velint, quàm mulier. Quærit etiã Chrys. quo modo Sarę fide concepisse dicatur, cũ riserit cõceptione filij sibi ab Angelo prænuntiatã? Ita enim legimus Gen. 18 *Quæ risit occultè dicens: Postquã cõsenui, & Dñs meus vetulus est, voluptati operam dabo?* Non credidisse eã, cũ hęc dixit, docent verba sequentia: *Dixit autẽ Dñs ad Abrahã: Quare risit Sara dicẽs: Nũ verè paritura sum anus? Nũquid Deo quid quã est difficile?* Sed quoniam statim legimus: *negauit Sara dicẽs: Nõ risi, timore perterrita.* Ita Chrys. respondet: Risus quidem est ex incredulitate, timor aũt ex fide: quod enim dixit, *nõ risi*, ex fide factum est. Proinde euacuata infidelitate, introducta est fides &c. Ita et iam Theop. & Oecume. 36
Theo. idem ait; sed paulò apertius. Primùm, inquit, risit, vt quæ nesciret naturam eius, qui pollicebatur, & fines humanæ naturæ cognosceret. Ne pareret enim, obstabat, nõ solum senectus, sed etiã matricis debilitatio. Sed postquã resciuit, quis polliceretur, & credidit, & peperit, vt credidit, &c. Quare male Lyranus negauit hic Saram credidisse, affirmans id factum esse propter fidem Abrahę, cùm Apostolus planè doceat eam credidisse.

Etiam præter tempus ætatis.] Hoc est, concepit ea ætate, qua nec fœcundæ concipere potuissent. Theop. paulo ante eam sterilem dixit, nunc adijcit, quod & præter tẽpus ætatis peperit. Itaq; duplicem habebat defectum, vnum naturæ, quòd sterilis erat, alterum senectutis. Ex his colligimus Theop. supra legisse: *Fide & ipsa Sara sterilis*, vt legit noster interpres, aut certe, cum esset sterilis.

Quoniã fidelẽ credidit] &c. Credidit veracẽ esse in promissis eũ, qui dixit: *Iuxta conditũ, reuertar ad te, hoc eodem tem-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pore vita comite & habebit Sara filium.

Propter quod, & ab vno orti sunt) &cæt, Propter hanc fidem concepit ex Abraham, & ex vno viro mater effecta est, non vnius, sed innumerabilis multitudinis. Emortuum autem vocat Abraham, quod præsenecture iam liberos procreare non posset, vt docet idem Apostolus eodem vocabulo vtens Rom. 4. cum ait: *Et non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum iam emortuum, cum fere centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ.* In Græco est
37 ad verbū. Propter quod & ab vno nati sunt, & hæc èmortuo, in quæ verba hęc scripsit Caietan. Propter quod & ab vno orti, pro Nata sunt: & hoc pro & ipsa, est enim nomi natiu⁹ pluralis neutri⁹ generis, &c. Et intelligit Nata sunt multa hominum millia. Quod nescio vnde acceperit aut quis ei sciolus imposuerit, vt falcem in alienā messem mitteret. Si enim Erasmum, quem in his sequi solet, legisset videret eum ita, vt nostrum interpretem vertere, & postea adnotasse illud καὶ ταῦτα, id est *& hæc* secundum Græci sermonis consuetudinē poni ad epitasin, & à Latinis solere reddi, *Idque, atque id. Et quidem*, aliisque similibus verbis. Id apud Græcos passim fit, vt apud Aristophanem in Pluto καὶ ταῦτα τῦ σωτῆρος ἱερεὺς ὢν Διός, id est, Atque id cum Iouis seruatoris sacerdos sim.

Sed quæritur, cur hic fides Abrahæ taceatur, qui semper credidit, & Saræ fidei, tantæ posteritatis generatio tribuatur, quæ tametsi postea credidit, prius tñ dubitauit vt iam diximus. Lyran. quidem nihil hæc quæstio mouet, qui totum Abrahæ dat, & Sarā credidisse negat, sed eius opinationem falsam esse docet Apostolus, vt iā vidimus.
38 Mihi videtur fides Abraham & Saræ simul prædicari, vt sit sensus: Propter quod, id est, quia Abraham etiam credidit, sicut & Sara, fidelem esse eum, qui repromiserat, etiam ipse pater tot liberorū factus est. Idcirco ait: Et ab vno, hoc est, etiam ex ipso Abraham. Respondere etiam possumus, si quis contendat nihil de fide Abraham nunc dici, cùm in scriptura effectus vni causæ tribuitur, quæ minus præcipua videbatur, & iam alterā includi, quā constat esse præcipuam, sicut, cum ait Apostolus. 2. Tim. vltimo:

vltimo: *Bonum certamen certaui, cursum consummaui*, non excluditur gratia Dei adiuuans: cùm dux vicisse dicitur, non excluditur exercitus. Ità hic non excluditur fides Abrahę, quam constabat fuisse præcipuam. Gen. enim. 15. cum liberos peteret, dixit ei Dominus: *Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. Eduxitque eum foras, & ait illi: suspice cœlum, & numera stellas si potes. Et dixit ei, sic erit semen tuum. Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam.*

Et sicut arenam, quæ est ad oram maris innumerabilis.] Notum est, hæc per hyperbolen dici, vt Chrysostomus, & Theophylactus. S. Thomas & alij adnotant: qua sæpe vti solet scriptura, non ad mendacium, sed vt res quanta sit, intelligatur: nam & sæcularium librorum scriptores eodem modo eam adhibent. Neque enim cum verbi causa Virgilius dixit, *Hyperbole.*

Geminique minantur.
In cœlum scopuli. 1. *AEnei.*

Ad cœlum vsque eos ascendere intellexit, sed altissimos esse significauit. Tale est illud Num. 13. *Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere gigātæo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur.* Et Hamos. 2. *Ego autem exterminaui Amorrhæum â facie eorum, cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipse, quasi quercus.* 39

Cæterum nonnulli putant filios Abraham stellis comparari, quantum ad iustos attinet in eius posteritate futuros, arenæ aũt maris propter improbos & peccatores. Ita sensit hic glossa. & S. Thom. & Lyran. & alij. Pro certo tamen habendum est comparationem fieri non in meritis bonis, aut malis, sed in multitudine tantum, sicut aperte docet Apostolus, cùm ait: *Tamquam sydera cœli in multitudine, & sicut arena*, & cæt. Ita etiam Dan. 3. *Pollicens quod multiplicaret semen eorum sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in littore maris.* Atque idcirco interdum vtramque similitudinem adhibet scriptura, vt magis rem amplificet, interdum alteram, solum & bonos ac malos comparat

nunc stellis, nunc eosdem arenæ similes facit, vt Gen. 15. *Suspice cælum, & numera stellas, si potes: sic erit semẽ tuũ* Ge. 13. *factũq; semẽ tuũ sicut puluerẽ terræ. Si quis potest hominũ numerare puluerem terræ, semẽ quoq; tuũ numerare poterit.* Isai. 10. *Si enim fuerit populus tuꝰ Israel, quasi arena maris, reliquiæ cõuertẽtur ex eo.* Et Hosee. 1. decõuertẽdis ad Christũ scriptũ est: *Et erit numerus filiorũ Israel quasi arena maris, quæ sine mẽsura est.* Est enim peruulgatũ in scriptura, vt numerus mãgnus arenæ cõparetur, vt Iosue. 11. *Populꝰ multus nimis, sicut arena, quæ est in littore maris* Iud. 7. *Cameli quoq; innumerabiles erãt, sicut arena, quæ iacet in littore maris.* Adde quod vt probauimus in c. 1. Hosee. n. 123. & duobus sequentibus, filij Abrahæ, electi intelliguntur, qui tam ex Iudæis, quàm ex Gentibus imitaturi erant eius fidem, & opera.

Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti &c. In Græco est *secũdum fidem* Syriacus *in fide.* Non solũ vixerunt secũdũ fidẽ sed secũdũ fidem etiam mortui sunt, id est, dum viuebãt, crediderunt se aliquando accepturos fore promissiones Dei, & cum hac fide mortui sunt, quia nũquã eas acceperant. Quod verbis sequentibus interpretatur: *Non acceptis repromissionibus, sed à longe eas salutantes.* Ita loqui solet Apostolus, vt cùm ait Rom. 14. *Si enim propter cibum frater tuus cõtristatur, iã nõ secũdũ caritatẽ ambulas,* id est, In caritate, aut cum caritate. Aut sicut Rom. 8. *Qui enim secũdũ carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt.* Id est, Qui carnales sunt. Qui spirituales sunt. Ita nunc, *Iuxta fidem,* aut *secundum fidem defuncti sunt,* id est, fideles mortui sunt. Credentes mortui sunt, non videntes.

41 Quæritautem Chrys. & cũ eo Theop. & Oecum. quo modo dixerit omnes hos defunctos esse, cùm paulo ante scripserit, *Fide Henoch translatus est ne videret mortem?* Si quis respondeat, *omnes isti* scilicet Abrahã, Isaac, & Iacob: non videtur satisfacere quæstioni, ante hos enim meminit Habelis, & Noe qui mortui sunt. Respõdet in hũc modum Chryf. Hoc loco *omnes* dicit, nõ quia omnes mortui sunt, sed quia præter illum solum, hi omnes mortui sunt. Ita euã Theop. & Oecum. *omnes,* inquiunt, præter Henoch,

Henoch, qđ & S. Thomas secutus est. Sed Thomæ magis placuit Apostolũ loqui de Abrahã, Isaac & Iacob, qũ postea senserunt Lyranus, & Caietanus. Ratio Thomæ est, quoniam his tribus patriarchis solùm facta est promissio.

At nõ de terrena hæreditate loquitur, vt mox ostẽdemꝰ, sed de cœlesti, quã nec hi patriarchæ, neq; alij acceperunt in hac vita. Chrysostomus, Consuetudinẽ scripturæ secutus est, Paulus qua *Omnes* dici solent maior pars, vt ostẽdimus in cap. 4. Mich. n. 22. Et rectè exponitur, *Omnes isti,* præter Henoch. quandoquidem & ipse Paulus haud obscurè docet, ita exponi debere, cùm dicat Henoch fuisse translatum, ne videret mortem. Consuetudo enim communis sermonis hoc habet, vt etiam si dicamus *Omnes,* semper ille exceptus intelligatur, quẽ paulò ante alijs verbis exceptum fuisse significauimus. Itaque sensus est: omnes, qui mortui sunt ex his, quos dixi, mortui sunt secũdùm fidem. Quemadmodum si dicamus, omnes filios Iacob ingressos esse in Aegyptum cum patre suo, sicut legimus Gen. 46. *Venitque in Aegyptum cum omni semine suo, filij eius, & nepotes, & filiæ, & cuncta simul progenies:* facile intelligitur omnes præter Ioseph, quem eadem scriptura dixerat esse in Aegypto. Atque hoc magis nunc ita interpretandum est, quòd translatio illa Henoch respectu hominũ viuentium in terra quasi mors quædam fuit, desijt enim per eam esse inter homines, & ad id, quod nunc agitur, eadem est ratio de translatione, & de morte, vt enim alij patres diu vixerunt secundum fidem & secundum fidem defuncti sunt non acceptis repromissionibus, ita Henoch post diuturnã vitam in fide, trãslatus est nõ acceptis repromissionibus. 42

Ita etiã respondere licet. Sicut vnius aut paucorũ priuilegiũ nõ derogat legi cõmuni, præsertim, cũ sine priuilegio illo necesse erat eũ aut eos lege illa cõtineri: ita nec verba legis, aut locutionis mutat, etiã si vniuersalia sint. Quẽadmodũ, etiã si beatissima virgo peccatũ originale nõ cõtraxerit, dicimus tñ omnes homines illud cõtrahere, & omnes in Adã peccasse. Ita etiã dicimꝰ omnes nasci filios iræ, etiã si Ieremias, & Iohannes Baptista iustificati sint in lucẽ. Et Paulus ait Rom. 3. *Omnes enim peccauerũt & egẽt gloria Dei* 43

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria Dei, etiam si certo sciret. Mariam non peccasse. Ita ergo omnes defuncti dicuntur, etiã si Henoch priuilegio mortem distulerit?

Non acceptis repromissionibus.] Hic etiam quærunt Chrysostomus, & Theophylactus, & Oecumenius, cur neget Apostolus accepisse repromissiones hos patres, cùm dixerit Habelem defunctum adhuc loqui, Noe recepisse mercedem fidei, salutem domus suæ, & Abraham accepisse terram. Respondent aũt de Habele, & Henoch, & Noe id dictum esse, qui non acceperunt promissiones, aut promissiones intelligi, non huius vitæ, sed futuræ, cuius degustationes quædam sunt bona in hac vita sanctis
44 data. Atque hæc posterior respõsionis pars verissima est, satisque expræcedentibus intelligitur. Dixerat enim patres more peregrinorum vixisse, quia mercedem suã non in terra, sed in cælo expectabant, neque dubitarunt grauissima quæq; perferre in hac vita, etiam si in illa, requiem, quam cupiebat, nequaquam inueniendam esse scirent. Ideò dixit: *Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem cuius artifex & conditor Deus.* Et postea: *Nunc autem meliorem appetunt, ideſt cælestem.* Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum, parauit enim illis ciuitatem. Ideo etiam supra capite. 4. multis docet Apostolus verba illa psal. 94: *Quibus iurauí in ira mea, si introibunt in requiem meam* ad cœlestem beatitudinem pertinere?

Sed â longe eas aspicientes, & salutantes.] Chrysostomus: Ex Metaphora (inquit) nauigantium hoc Paulus dixit, qui à longè prospiciunt ciuitates desideratas, quas antequam ingrediantur, salutatione præueniunt, atq; ita inhabitant, & cæt. Ità apud Virgilium lib. 3. Æneidos:

Cum procul obscuros colles, humilemq; videmus
Italiam. Italiam primus conclamat Achates,
Italiam læto socij clamore salutant.

Videbant has promissiones ante Christi mortem nõ esse adimplendas, atque ita fide eas aspiciebant, & venerabantur, & salutabant.

Et con

Et confitentes, quia peregrini, & hospites sunt. In Græco 45
est. Hospites, & peregrini, sed nihil ad sensum refert, cùm hîc idem fere vtrumque nomen significet. Hæc omnia, quoniã apud Græcos præteriti tẽporis, quod Aoristõ vocant, sunt, Erasmus ita reddidit: *Iuxta fidẽ mortui sunt hi omnes, cũnon accepissent promissiones, sed procul eas vidissent, & credidissent salutassentq; & cõfessi fuissent se hospites, atque aduenas esse in terra.* Sed iam sæpe diximus Interpretem, pro hoc tempore Græcorum, sæpe vti præsentis tẽporis participio.

Quod Paulus hîc obseruauit, sæpe occurrit in scriptura vt Gen. 47. *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum sunt, parui, & mali, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt.* Psal. 38. *Quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei.* Ps. 118. *Incola ego sum in terra* Psal. 119. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* Ex verbis Pauli intelligimus hunc sermonem fuisse sanctis illis patribus admodum familiarẽ.

Significant se patriam inquirere] Nemo enim in patria sua peregrinus, aut hospes est, sed ciuis. sicut ait Apostolus Ephes. 2. *Non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei.* Quare, cum se peregrinos vocant, in aliena terra se versari significant, & suam quærere velle.

Habebant vtique tempus reuertendi.] vt Abraham non 46
multo tẽpore posset redire in Ur Chaldæorũ, vnde primũ egressus est: non tũ de patria illa cogitabat, sed de cœlesti.

Nunc autem meliorem appetunt.] *Nunc* more scripturæ & Hebræorũ, non tã tẽpus hoc in loco significat, quàm illationis nota est, ac si diceret: Ex quo intelligitur eos nõ terrenã patriã quærere, cũ hoc dicũt, sed cœlestem. Aut: Itaq; nõ terrenã appetũt, sed cœlestẽ. vt 1. Paral. 17: *Nũquid locutus sum saltẽ vni iudicũ Israel, quibus præceperã, vt pascerẽt populum meum, & dixi: Quare non ædificastis mihi domum Cedrinam.* *Nunc.*
Nunc itaque sic loqueris ad seruũ meũ Dauid, ideſt, quare sic loqueris, aut, Itaq; sic loqueris. Et postea: *Nunc igitur dic seruo meo, quem locutus es famulo tuo, & super domum eius, Confirmatur in perpetuum.* In quibus locis, & in similibus in Hebræo est עתה & nunc. Similiter apud Lxx. Psalm. 2. *Et hũc reges intelligite*, id est, Itaque reges intelligite. Ps. 38.

Et nunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et nunc quæ est expectatio mea, nonne Dominus? Sed Hieronymus addere solet, *Itaque* aut *Igitur*, aut aliquid simile, vt hoc, quod nunc dicimus, ostendat. Sic etiam Paulus. 1. Cor. 12. *Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, vnum quodq; eorum in corpore, sicut voluit: Quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus.*

Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum.] Theophylactus: Ob huiusce modi eorum virtutem, Deus adeò eos magnifacit, vt cùm sit totius mundi Deus, hoc est, visibilis; & eius, qui sub visum nostrum non cadit; non erubescat peculiariter vocari eorum Deus, perinde quasi ipsi omnibus creaturis sint æquiparandi, & cæt. Alludit autem ad illud Exod. 3. *Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob.* Et postea: *Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generationem, & generationem.*

47 *Paranit enim illis ciuitatem.*] Probat quod dixit: Ideò non confunditur vocari Deus eorum, quia illos semper secum habere cupit in cœlesti ciuitate, in qua illi locũ honorificentissimum parauit.

Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur.] Cur dicatur fide obtulisse, paulò post aperit, cum ait: *Arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus.* Dicit autẽ *Cum tentaretur*, eodem vocabulo vtens, quo Moses vsus est, Gen. 22: *Tentauit Deus Abraham* Tentare, est experimentum de aliquo sumere, & hic de obedientia Abrahæ sumptũ est, non vt Deo nota esset, qui nouit ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt: sed vt nota esset omnibus, & illustre obedientiæ exẽplum omnibus sæculis relinqueretur. Et cùm ait: *Obtulit*, significat, Tẽtauit offerre, & quantum in se fuit, obtulit, re enim vera non obtulit, idest, non immolauit, sicut ait mox: *Et vnigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones.* Offerebat, non obtulit. Cùm enim de homine aut de animali sermo est, offerri dicitur, quod immolatur, vt Isai. 53. *Oblatus est, quia ipse voluit.* Et in huius Ep. cap. 9. *Qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo.* Et

cap. 10.

cap. 10: *Eisdem ipsis hostijs, quas offerunt indesinenter.* Et postea: *Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata: hic autem vnam pro peccatis offerens hostiam* & cæt. Et passim in Leuitico hoc occurrit. Locutus est Apostol⁹ iuxta cõsuetudinem scripturæ, qua fieri dicitur sæpe, quod tentatur fieri, & quod, quantum in nobis est, facimus, vt adnotauimus in caput. 9. Hamos. n. 5. vbi ipse ait: *Et si celauerit se ab oculis meis*, ideſt, si se celare tentauerit. Ita illud intelligitur ad Iohãnem Apostolum relatum, quod est Matth. 48 20: *Calicem quidem meum bibetis.* *Fieri dici turquod tẽtatur fieri.*

Et vnigenitus offerebat. Cur eum *vnigenitum* vocat cum ante eum natus esset Ismael, neque enim dicit vnigenitum Saræ, sed Abrahæ? Hoc melius ex sequentibus verbis intelligitur: Ad quem dictum est, *Quia in Isaac vocabitur tibi semen*: respectu enim posteritatis promissæ Habraæ, solus Isaac censetur eius filius. Chrysostomus: vnigenitum dico, quãtum attinet ad rationem promissionis. Ità etiam Theophylactus?

Qui susceperat repromissiones.] Alij codices habent. In quo susceperat repromissiones, vt referatur ad Isaac, sed ex Græco manifestum est legi debere, Qui susceperat ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος, quo modo legunt Græci patres. Et est sensus: Ipse Abrahã, qui promissiones à Deo acceperat numerosissimæ posteritatis per Isaac, offerebat intrepidus ipsum Isaac. Atq; ita esse legendum ostendit, quod sequitur, *Ad quem dictum est, Quia in Isaac vocabitur tibi semen.*

Ad quem dictum est: Quia in Isaac vocabitur tibi semen) *Quia* 49 more Hebræorum & Græcorum positum est, apud latinos enim redundat, vt sæpe adnotauimus vt Matth. 16. *Et ego dico tibi, Quia tu es Petrus.* Luc. 1. *Et dixerunt ad illã: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.* Et cap. 8. *Venit quidam ad principem synagogæ, dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli vexare illum.* *Quia.*

Significat aũt, in Isaac vocabitur tibi semẽ, filij, & posteri, qui tui vocandi, & censendi sunt, & quos ego in promissione mea intelligo, per Isaac ex te nascentur, nõ per

alios

alios filios. Hoc eleganter explicauit idē Apostolus Rom. 9. Addens etiam non solum eos, qui ex alijs filijs Abrahę nati sunt, non reputari eius semen in promissione illa facta, verūm neque omnes, qui per Isaac ad eum pertinent, sed qui eius fidem, & opera imitantur. *Non enim* (inquit) *omnes, qui ex Israel, ij sunt Israelitæ, neque qui semē sunt Abrahæ, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est non qui filij carnis, hi sunt filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine*, id est, soli numerantur in semine Abrahæ, qui nati sunt per promissionem, sicut Isaac per promissionem Dei natus est: Hoc est, qui dati sunt, Abrahæ vi diuinæ promissionis ei factæ: *Multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli.* & cæt.

50 Verba hæc desumpta sunt ex Gen. 21. vbi, cùm Sara petijsset á viro suo, vt eijceret Agar cum Ismaele filio, durumque id Abrahæ videretur, dixit illi Dominus: *Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua. Omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Isaac vocabitur tibi semen*, id est, semen, quod ego tibi promisi, per Isaac ex te orietur.

Arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus] Tanta fuit fides Abrahæ, vt cum à Deo iuberetur illum ipsum occidere, per quem sibi tanta posterorum multitudo promissa fuerat, ad immolationem filij se accinxerit, nihil de Dei promissis dubitās, sed secum reputans, non posse non impleri, quod Deus promiserat, atque idcirco Isaac aut non esse occidendum, aut occisum, virtute diuina fore resuscitandum, vt impleretur promissio.

Pro arbitrans, est λογισάμενος, id est, ratione apud se subducta, cùm secum reputasset. Ex quo videmus eum minimè fuisse mentitum, vt quidam imprimis Theologi arbitrantur, cùm dixit pueris suis Gen. 22. *Expectate hic cum asino, ego autem, & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos.* Aut cùm filio quærenti, *vbi est victima holocausti?* respondit: *Dominus prouidebit, sibi victimam holocausti fili mi.*

51 *Vnde eum & in parabolam accepit*] In Græco est ἐν παραβολῇ αὐτὸν ἐκόμισε, id est, *In parabola accepit*. Interpretatur autē Chryso-

Chrysostomus. *In parabola*, in exemplo, videlicet in ariete, ariete quippe occiso, Isaac seruatus est: Proindē per arietem, illum accepit, arietē pro illo occidens, qui typus erat Christi occidēdi: Hoc Theophylactus magis explicat his verbis: *In parabola* id est, in figura, ad demonstrationē mysterij, quod in Christo erat. Vt enim tunc Isaac dimissus est, aries autē cæsus: sic vnus Christus, qui Deus est, & idē homo, secundum humanam naturam pro nobis immolatus est, deitas verò expers passionis permanebat. Aliter etiā interpretantur Theophylactus, & Oecumenius sumpta ex verbis Chrysostomi ansa, sed id apud Oecumeniū est apertius. Pronomen *eum*, referunt ad Isaac, ita vt dictū sit, & ad Abraham, vt sit sensus: Deus accepit Abraham in parabola siue per parabolam, id est, per exemplum, quasi posteā dicturus esset Deus: si Abraham, filium suum obtulit, & ego vnigenitum meum immolandum tradere debeo. Quæ expositio si recipiatur, optime dicemus. *In parabola* poni pro *In parabolā*, vt vertit interpres noster. Theo 52
doretus ita interpretatur: *In parabola*, hoc est, tamquā in symbolo, & typo resurrectionis. Prompto enim, & alacri patris animo interemptus, voce eius, qui occisionem prohibuit, reuixit, & cæt.

At cùm omnes interpretētur, sicut re vera interpretandum est, *Eum accepit*, viuum eum, atque incolumem recepit, quem occidendum putabat; & cùm Paulus illud: *Arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus*, causam esse dicat eius quod nunc affirmat; ait enim: *Vnde eum, & in parabola accepit*: nō videtur multum ad rem pertinere per arietem, illum accepisse, & arietem, mortē Christi designasse. Illud autē: *Accepit Deus Abraham in parabola*, violentū est, nō enim de Deo loquebatur nunc Paulus, sed de Abrahā ipseque contextus planè cogit, vt Abraham dicatur accepisse filium Isaac.

Multa melius cohæret cum præcedētibus interpretatio Theodoreti in hūc modū: tanta fuit fides Abrahæ, vt crediderit filium suum, si immolaretur, resuscitandum à Deo fuisse, atque idcirco eum saluum recepit in parabolam, id est, in similitudinem resurrectionis, vt norint

Universidad de Deusto
Biblioteca

homines, aliquando mortuos esse resuscitandos, sicut Isaac quodammodo mortuus & resuscitatus est.

53 At neque hoc mihi satis placet, cur enim Isaac sit typus resurrectionis, qui mortuus nō fuit, sed à morte seruatus? Aut quomodo fides resurrectionis statuitur, qua credimus resuscitandum esse corpus, quod in terram versum est, quia, qui iam iam immolandus erat, voce Angeli prohibentis liberatus est? Mihi videtur hic locus & simpliciter, & ad scripturæ consuetudinem valde accommodatè ita exponi. Credidit Abrahā filiū suū, etiā si immolaretur, posse à Deo ad vitā reuocari, & huius tātæ fidei merito in columē illum recepit in parabolam, & in similitudinem, atq; in exemplum aliorum, vt cùm Deus aliquid præceperit, etiam si difficultatibus plenum videatur, non dubitent homines illud aggredi, firmiter apud se statuētes, Deū omnes illas difficultates expediturū, & quidquid mali, atq; aduersi timebant, in melius esse conuersurum.

Autoris sententia.

Accipere in parabolā

Itaq; *In parabolā* siue, *In prouerbiū* (idē enim vocabulū est apud Hebræos) *accipi* dicitur more scripturæ, qđ, cū simile aliquid incidit, vulgò in similitudinē, atq; in exēplū eius rei afferri solet, siue in bonā, siue in malā partē afferatur,

54 vtroq; enim modo affertur: vt Eze. 16. *Ecce omnis qui dicit vulgo prouerbiū, in te assumet illud dicēs: sicut mater, ita & filia eius.* 2. Paral. 7. *& domū hāc, quā sanctificauī nomini meo, proiiciam à facie mea, & tradā eā in parabolā, & in exemplū cunctis populis.* Qđ magis explicat: *Et domus ista erit in prouerbiū vniuersis transeūtibus, & dicent stupētes; Quare fecit dominus sic terræ huic, & domui huic? Respōdebuntq; quia dereliquerūt dominū.* & cæt. Quasi dicat: Hinc fiet, vt cum ciuitates, aut homines Deū dereliquerint, dicant illis: Mementote excidij Hierusalē, & tēpli eius. Hoc enim est *tradi in prouerbiū*. siue *in parabolā*, idest, in exēplum omniū, & in sermonem vulgi lere. 24. *Et dabo eos in vexationem, afflictionemq; omnibus regnis terræ, in opprobriū, & in parabolā, & in prouerbiū, & in maledictionē in vniuersis locis, ad quæ eiecī eos.* & c. Hoc est; cū loquentur homines de populo incredulo, & impio, cōtinuò in exemplū hic populus adducetur, & eius supplicia narrabūtur. Denique tale aliquid intelligitur, quale est in Gen.

Gen. c. 48. *Benedixitq; eis in tempore illo dicens: In te benedicetur Israel, atq; dicetur: Faciat tibi Deus sicut Ephraim & sicut Manasse.* Ex his omnibus intelligitur positum esse Græcè *In parabola* pro *In parabolam*, vt sæpe fit.

Fide & de futuris benedixit Isaac, Iacob, & Hesau.] Posset 55
aliquis putare, nūc etiam verba fieri de Abrahā eumque benedixisse Isaac, & Iacob, & Hesau. At nō ita est, sed relicto Abrahā, trāsit ad Isaac, eūque benedixisse dicit duobus filijs suis, Iacob, & Hesau, vt est in Græco manifestū. Quas benedictiones legimus Gen. 27. Benedicere autē est bona *Benedicere*
& fausta alicui precari, atq; ideo benedictiones verbis precantium concipiuntur, vt in eodem capite videmus: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ*, & c. Et quod modò referebamus ex capite. 48. *In te benedicetur Israel, atque dicetur: Faciat tibi dominus sicut Ephraim*, & c.

Commendat igitur fidē Isaac, quod filijs suis benedixerit de futuris, id est, q; bona illis promiserit, quæ non videbat. Sed quia à Deo illa futura acceperat & ei credebat, ita eis promisit ac si præsentia oculis cerneret. Benedictio enim illa, prophetica fuit, nec tam precatio erat, quā promissio & prædictio. Theodoretus: Neque enim, quæ non videbātur, dedisset benedictiones, nisi credidisset fore, vt res verba sequerentur. Theophylactus. Vnde promisisset filijs tanta bona ipse, in peregrina terra considens, nisi credidisset Deum impartiturum promissa? & cæt. cumque dicit, *de futuris*, intelligendum est de futuris bonis in hac vita, & de futuris in cœlo, spirituales enim erāt promissiones vt rectè ait Theophylactus.

Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit.] Si mi 56
li fide Iacōb morti proximus benedixit Ephraim, & Manassæ filijs Ioseph, vtrique bona magna promittens, minori autem, id est, Ephraim, etiam regnum tacitè pollicitus est. Tantaque fuit eius fides, vt manus commutauerit, & dexteram minori imposuerit, quem maiorem fore prædixit, sinistram maiori Gene. 48.

Et adorauit fastigium virgæ eius.] Locus es celebris quoniam Apostolus planè discrepare videtur à verbis Geneſi. 47. vbi ità legimus. *Quo iurāte adorauit Israel dominū, conuer-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sui ad lectuli caput: Hic autem fastigium virgæ Ioseph adorasse dicitur. In quo, Pauli interpres secutus est autoritatē Lxx. vt solet, qui eodē modo verterunt. At recētiores omnes interpretes ita vertendū cēsent, vt Hieronymus vertit locū Geneſis. In qua re nonnullorū licentiā valde miror. Augustinus Eugubinus in adnotationibus in hunc locum Geneſis manifestè dicit deceptos fuisse Lxx. interpretes ambiguitate vocabuli, & pro eo, quod vertendū erat; *ad caput lecti*, vertisse, *ad caput virgæ* quod, inquit, quàm absurdum sit, & non intelligibile, satis est clarum, & cæt. Deinde ita eos erasse dicit, ac si Paulus non eodem modo le
57 gisset: omnia eius verba transcripsit in suam catenā, & sua fecit Lipomanus. Magis miror Antonium Honcalam virum nō minus pium, quàm doctum dixisse in commentarijs libri Geneſis interpretem Pauli eodem lubrico labi potuisse, quo Lxx. lapsi sunt.

Sed mirari desinemus, si animaduertamus eandem fuisse veterum interpretum sententiam. Aquila enim vertit: Adorauit Israel ἐπὶ κεφαλὴν τῆς κλίνης, id est, Ad caput lecti. Et Symmachus: ἐπὶ τὸν ἄκρον τῆς κλίνης, id est ad summum lecti: Et Hieronymus in tradit. Hebr. in Geneſim hæc scripsit. Et in hoc loco quidem frustra simulant adorasse Iacob summitatem sceptri Ioseph, quod videlicet, honorans filium, potestatem eius adorauerit, cùm in Hebræo multo aliter legatur. *Et adorauit*, inquit, *Israel ad caput lectuli*: quòd, scilicet, postquam ei iurauerat filius, securus de petitione, quam rogauerat, adoraret Deum contra caput lecti sui. Sanctus quippe & Deo deditus vir, oppressus senectute, sic habebat lectulū positum, vt ipse facētis habitus absque difficultate vlla ad orationem esset paratus, & cæt.

58 Vt hæc explicemus primùm sciamus nō periclitari hīc fidem nostræ vulgatæ translationis, vt putare multi poterant, quoniam in ea primum legimus. *Ad caput lectuli*, posteà, *Fastigium virgæ eius*, vnde concludi videbatur, aut vtrumque dicendum esse, aut si dici non possit, alterum verum esse, non vtrumque. Non, inquam periclitatur fides nostræ translationis, quoniam illa vtroque in loco fidelis est. In Geneſi enim vertit, vt pleriq; viri doctissimi vertendum affirmant, in Paulo verò non potuit aliter verti, quoniam nihil aliud significare possunt Græca verba.

Sciamus etiam minimè audacter nunc dici, nec in vllo ferri posse, aut debere Lxx. senes, aut Græcū Pauli interpretē peperā verba Geneſis trāstulisse; quoniam Ecclesia Græcam huius epistolæ translationem ante plurimos annos recepit, & quasi prō ipso authentico Apostoli habet, atq; eam omnes patres Græci & Latini maximè venerantur. Ac, vt alia omittam, esset intolerabile, & omnino filijs Ecclesiæ indignum, dicere tot sæculis legi in Ecclesia quasi ab Spiritu sancto, & ab Apostolo dictum, quod neque Spiritus sanctus, neque Apostolus dixerunt.

Dicēdum igitur vtrūque verum esse, & vtrumque sen- 59
sum verbis Hebraicis comprehendi. Eum, quem expressit Hieronymus, & alterum, quem Lxx. & interpres Pauli reddiderunt. Quod vt intelligatur, Hebraici vocabuli ambiguitas obseruanda est: à verbo enim מִטָּה quod est, extēdit aut inclinauit, seu reclinauit, duo nomina oriuntur מִטָּה: quod lectum significat, in quo nos extendimus, & reclinamus, & מַטֶּה quod significat virgam, id est, baculum, quo innitimur, & in quem corpus reclinamus. Hæc autē nomina duo, si sine punctis scribantur, vnū, atq; idē sunt מטה: cumque nemini dubium sit quin Moses sine punctis scripserit, & nōmē ita scriptum duo significet, recte vtroque modo verum est. Imo spiritus sancti consilio factum arbitror, vt duo sensus in eadem oratione latentes exprimerētur, alter à Lxx. & ab Interprete Pauli, qui verba Apostoli fideliter reddidit, alter ab Hieronymo, & ab alijs interpretibus. Quemadmodum Interpres Matth. 6. vertit: *Panem nostrum supersubstantialem*, & idem Luc. 11. scripsit. *Panem nostrum quotidianum*, vt sciremus vtrūque significari nomine ἐπιούσιον.

In Hebræo tantum est: *Et adorauit Israel ad caput lectuli*, 60
vt Hieronymus ipse testatus est in Traditionibus Hebr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Genesin, sed ipse perspicuitatis causa vertit: *Et adorauit Israel dominum, conuersus ad lectuli caput*: Vertit autem se ad caput lecti, quia caput lecti, aut versus Orientem erat, quo se vertere solent adorantes, & cuius rei causa altaria versus Orientem extruuntur: aut certe (vt ait Lyr. in eundem locum Gene.) quoniam caput lecti erat versus terram promissam, in quam se adorantes conuertebant, cùm extra illam erant. Sicut legimus. 3. Regum. 8: *Et oranerint te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum.* & cæt. Danielis. 6. *Et fenestris apertis in cænaculo suo contra Hierusalem, tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat.* Terra autem promissionis, Aegypto erat versus Orientem. At Lxx. viderunt Ioseph aliquando somniasse se à parentibus, & à fratribus esse adorandum Gen. 37. & hic impletum esse intellexerunt, vt etiam animaduertit Chrysostomus Hom. 66. in Genesin, & ideo verterunt, *Adorauit Israel fastigium virgæ eius*, siue, *ad capus virgæ eius*, ἐπὶ τὸ ἄκρον ῥάβδου αὐτοῦ id est, versus ad caput virgæ Ioseph, virga enim illa aut sceptrum erat, quod vt alibi Aegypti Rex gestabat, sicut legimus. c. 10. *Et in vinculis non dereliquit illum, donec offerret illi sceptrum regni*, &c. aut certè Iacob pro sceptro illam adorauit. Imo nomen illud Hebræum, sceptrum etiam significat, vt Habacuc. 3. *Maledixisti sceptris eius.*

61 Fastigium autem virgæ adorauit, quia summitas sceptri venerabilior est, & altior, ideoq; regiam dignitatem melius indicat, vnde & pulchro opere ornari solet, & ei præcipuè honor exhibetur. Esther. 5. *Cumq; vidisset Esther reginā stantē, placuit oculis eius, & extendit contra eam virgā auream, quam tenebat manu. Quā accedens osculata est summitatem virgæ eius.* Adorauit autem Iacob sceptrum filij sui honorans in eo regiā potestatem à Deo illi datā, magisq; Deum ipsum adorans, qui olim id per quietē reuelauerat Ioseph, & videns Dei promissa impleta, filiumque suum, quē vnicè amabat, prope ad regni fastigium elenatū, qui & fauere fratribus posset, & corpus suū ad terram promissionis reducere, tantorū bonorum autorem Deum, plenus lætitia, adoratione illā filio exhibita, *venerabatur.* Quare rectè in Gen. positū est: *& adorauit Israel Dominum*, cum in Hebræo non sit, *Dominum, &*

num, & Paulo docēte didicerimus eum adorasse virgam, siue sceptrum Ioseph. Conuenit igitur Paulus cū Hebræo, & re explicata, multorum & veterum, & recētiorum sententias referre, ac refutare, non erit necesse.

At restat difficilis obiectio, diluenda. Si duo sunt apud 62
Hebræos vocabula, quæ diuersis sonis proferūtur, ergo alterō illorū vsus est propheta, non vtroque, & si enim communes vtrique literas scripserit, illud tamen, quod intra se proferebat eo tēpore, scribere noluit. Et cùm lex in Synagogis legebatur, alterū proferebatur, non vtrumque. Non ergo potest locus vtroq; modo explicari, sed altero tātum. Respondeo parum nos mouere debere autoritate eorum Iudæorū, qui puncta excogitarunt, cùm constet eos male, & contra veterū pronuntiationem sæpe puncta posuisse, vt in nominibus propriis passim videmus, cùm ea conferimus cum scriptione Lxx Interpretum, & Apostolorum, & Iosephi, & Hieronymi. Quæ etiā causa sunt, vt noui Bibliorum translatores, multa perperā verterint, vitiata pūctorum positione decepti. Nego ergo apud Hebræos duo fuisse vocabula, sed vnū, atque idē esse, ac significās lectū & virgā, licet Hebræi recētiores distinctionis fortasse, & perspicuitatis causa diuersos illi sonos dederint.

Hoc ex eo satis intelligitur, quod diuersi interpretes, di 63
uersè interpretati sunt, alij *Lectū*, *virgam* alij. Imo Lxx. qui hic verterant *Virgam*, capit. 48. verterunt *Lectum*, vbi habemus: *Qui confortatus fedit in lecto.* Cur enim quod veteres Hebræi semper vno modo scribebant, duo nomina esse dicerent, ac non potius vnum? An quod duo significaret? Sed multa habent huiusmodi, quæ cùm scriptura non mutatur, non duo censentur, sed vnum verbi causa מטה etiam si verbum, & rem significet, idem nunc vocabulum censetur apud Hebræos, quia eodem modo semper scribitur: at si scribas מבר aliud nomen esse dicent significans mortem. Sicut apud nos canis, licet res significet, vnum nomen est, quia eadem est scriptio, & pronuntiatio: Amans tamē, & Amens, duo sunt, quia non sunt literæ eædem. Ita etiam apud Græcos χρὼς & χρὼς

Et multa alia. Hieronymus etiam in traditionibus in Geneſin, vnum ſemper nomen dicit, ita enim ait in illud: *Et confortatus Iſrael ſedit ſuper lectum.* Cauſam cur lxx. Interpretes idem verbum aliter, atque aliter ediderint, neſcio: hoc vnum audacter dicam, quod ipſum verbum Mittæ, quod hic in lectulum tranſtulerunt ſupra, vbi diximus adoraſſe Iacob, *virgam*, potiuſquam *lectulum* nominauerunt &cæt.

64 *Fide Ioſeph moriens*] &c. Duo per fidem feciſſe dicit Ioſeph, & meminiſſe profectionis filiorum Iſrael, id eſt, exitus eorum ex Ægypto in terram promiſſam, & mandaſſe de oſsibus ſuis, id eſt, præcepiſſe illis, vt cũ ex Ægypto exirent, oſſa ſua ſecũ aſportarẽt, in terra promiſsionis ſepelienda, vt legimus Gen. vlt. Atq; in poſteriori quidẽ recte fides apparet, non enim præcepiſſet oſſa ſua ex Ægypto efferri in terram promiſsionis, niſi eã à filijs Iſrael poſſidendã eſſe crederet, ſicut Deus patribus promiſerat. At in eo quod dicit: *De profectione filiorum Iſrael memoratus eſt* non apparet fides, ſed memoria, nã ſine fide etiã recordari potuit. Putaret quiſpiam fidẽ ab Apoſtolo in eo tantum poni, quod poſterius dixit, non in priori; ac ſi diceret: Fide Ioſeph moriens, cũ recordatus eſſet profectionis filiorum Iſrael, mandauit de oſsibus ſuis. At ita loquitur Apoſtolus, vt vtrũq; fidei opus eſſe cõfirmet, ait enim: *Fide Ioſeph moriens de profectione filiorũ Iſrael memoratus eſt, & de oſſibus ſuis mandauit.* Etenim recordatio profectionis ex Ægypto, ſine dubio op⁹ fidei fuit, nõ enim ita recordat⁹ eſt vt fabularũ recordari ſolem⁹, quæ nihil nos mouẽt: ſed recordat⁹ eſt illã à Deo fuiſſe promiſſã, & ſimul credidit futurã.

65 Omitto nũc & ipſam recordationẽ, ſignũ eſſe fidei, quæ enim audimus, præſertim ſi poſt lõgũ tempus futura promittantur, ſi vana credimus, non mandamus memoriæ, ſed facile excidere ſinimus: qui autem etiam morti proximus, recordatus illius profectionis eſt, haud obſcure docet ſemper ſe eam credidiſſe. Hoc dico, cùm ait Apoſtolus, *Memoratus eſt*, fidẽ cũ recordatione copulaſſe, hoc eſt, nõ de quauis recordatione eũ locutũ eſſe, ſed de illa, quę ex fide oriebatur, & per fidẽ nõ dubitabat futurã eſſe illam

illam profectionem. Nam & ſcripturæ ipſius, & vulgaris ſermonis conſuetudine recordari dicimur, cùm illius rei recordatione mouemur ad aliquid faciendum; obliuiſci etiam dicimur, cùm, &ſi recordemur, nihil facimus. Vt Thre. 5. *Recordare Domine quid acciderit nobis, intuere, & reſpice opprobrium noſtrum* Gen. 8. *Recordatus autem Deus Noe, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ.* Luc. 1. *Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti.* Pſal. 8. *Quid eſt homo, quod memor es eius?* Pſalm. 6. *Memor ero Raab & Babyloniis ſcientium me* Pſalm. 9. *Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt, non eſt oblitus clamorem pauperum* Pſalm. 12. *Vſquequò Domine obliniſceris me in finem.* *Recordari* *Obliniſci.*

Fide Moyſes natus, occultatus eſt menſibus tribus.] Nota eſt 66
hiſtoria ex Exod. 2. Sed quæritur cur fidei tribuat Apoſtolus, quod naturali prolis amore fecerunt parentes, eo quod vidiſſent elegantem infantem: nihil enim à Deo audierant, vt eius dictis credentes, ſeruarent infantem? Chryſoſtomus, Theophylactus, Theodoretus, & Oecumenius, S. Thomas, Lyranus, & alij dicunt parentes Moſis ex eius pulchritudine intellexiſſe, ac credidiſſe, eum magnum eſſe futurum virum, ac propterea eum ſeruaſſe. At hæc prudens coniectura eſſe potuit, fides non fuit, niſi aliquid illis Deus promiſit, quod non legimus.

Sed ſi Ioſephum legamus lib. 2. Antiq. ca. 5. videbimus iure dixiſſe Apoſtolum eum fide occultatum fuiſſe. Scribit enim, patri Moſis Deum aſtitiſſe per quietem, promiſiſſeque naſciturum ex eo Moſem, qui filios Iſrael ex ſeruitute Ægyptiaca liberaret: Et poſtea de eodem ait: de Deo vero certam ſpem habebat prouiſurum, vt oraculi veritatem, euentus indicaret &cæt. At Apoſtolus planè videtur docere fidem, quam vocat, ex infantis elegantia ortam eſſe, ita enim ait: *Occultatus eſt à parentibus, eò quod vidiſſent elegantem infantem.* Atque idem ſcripſit Moſes ipſe Exod. 2. *Quæ concepit, & peperit filium, & videns eum elegãtẽ, abſcõdit tribus mẽſibus.* Et Philo li. 1. de vita Moſis, initio ait: Eo tempore natus hic puer, viſus eſt præ ſe ferre haud

Ee 5 vulga-

vulgarem indolem adeo vt eius parentes edictum tyranni contemnerent, &c.

67 Non pugnant hæc duo, dicemus enim prius Amram patrem Mosis, oraculum accepisse vt scribit Iosephus, deinde, cum dubitaret fortasse nonnihil, quod nulla ratione infans salicturus, manus Pharaonis effugere posse videretur; relegenti forma infantis cõfirmatus est, & verum esse oraculum credidit, infantemque tribus mensibus abscondit. Et quidem verum esse, quod ex veterum traditione Iosephus scripsit de hoc oraculo, conijci potest ex eo quod legimus Act. 7. *Existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius, daret salutem illis.* Vnde enim hoc existimaret Moses, nisi quia oraculum illud in ore Iudæorum versabatur.

Quo in loco duo sunt animaduertenda. Primum est in Hebræo de matre Mosis scriptum esse, non de patre, *quæ concepit, & peperit filium, & videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus.* Sed lxx. quos sequitur Paulus, verterunt *videntes autem ipsum elegantem, absconderunt* &c. Itaque de vtroque intelligendum est, nec enim mulier, inscio marito, id ausa esset. Alterum est, in Hebræo haberi, *Et vidit ipsum, quòd bonus ipse.* Et Aquila vertit: *Cùm vidisset ipsum bonum.* Symmachus καλὸν, id est, *pulchrum*, lxx. & Paulus ἀστεῖον, quod significat *Verbum, pulchrum, festinum*

68 *elegantem.*

At non est prætereundum Stephanum Act. 7. ad hunc locum Exodi alludentem dicere: *Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui.* Et pro *fuit gratus Deo*, eli idem vocabuli, quo lxx. & Græcus Pauli interpres vsi sunt. *Erat elegans, & festinus Deo.* Quibus verbis innuere nõ obscure videtur, Deum aliquo signo patri declarasse, gratum sibi esse infantem illum, ac velle, vt seruaretur, vt merito Paulus dixerit fide absconditum fuisse Mosem. Imo & videtur nobis interpretari verba Exodi: *Videntes eum elegantem*, id est, *festinum, & gratum*, non sibi tantum, sed etiam Deo, atque inde crediderunt eum diu seruandum, & abscon-

derunt.

Et non

Et non timuerunt regis edictum.] De quo scilicet legimus Exod. 1. *Præcepit ergo Pharao omni populo suo dicens: Quid quid Masculini sexus natũ fuerit, in flumen proijcite, quid quid fœminini, reseruate.*

Negauit se esse filium filiæ Pharaonis.] Nam filia Pharaonis (quæ autore Iosepho loco citato Thermutis appellabatur) eum adoptauit, vt legimus Exo. 2. Et Act. 7. ait Stephanus: *Exposito autem illo sustulit eũ filia Pharaonis & nutrivit eum sibi in filium.* Quod autem nunc Paulus scribit negasse eum, grandem factum, se esse filium filiæ Pharaonis, 69
neque in Exod. legimus, neque apud Iosephum. Sed tunc hoc sine dubio factum videtur, cùm exijsse dicitur ad fratres suos Exod. 2. *In diebus illis, postquam creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos, vidit que afflictionem eorum* &cæt. Ad fratres enim suos egressus dicitur, quia ad eos laborantes, & per vrbes Ægypti dispersos, vt ad fratres venit, & eorũ afflictionis particeps fieri voluit. Quo facto (etiãsi nihil de filia Pharaonis diceret,) negauit se esse eius filiũ, q Hebræorũ se populo admixit, sed verbis fortasse etiã negauit.

Hoc magis explicat Stephanus, ætatem eius indicans Act. 7: *Cùm autem implerentur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius, vt visitaret fratres suos filios Israel. Et cùm vidisset quendam iniuriam patientem, vindicauit illum* &cæt. In Græco est, *Renuit dici filius filiæ Pharaonis*, vel, *Negauit dici*, &cæt. Chrysostomus: Et quia non simpliciter dimisit, significauit, dicens, *abnegauit*, hoc est, horruit, auersatus est: cœlo quippe proposito superfluum erat aulam admirari Aegyptiaci regni &cæt. Fides Mosis in hoc satis manifesta est, nunquam enim hoc faceret, nisi crederet, & maiora atque æterna bona speraret, sicut ait ipse Apostolus: *Aspiciebat enim in remunerationem.*

Quàm temporalis peccati habere iucunditatẽ.] Quodnam hoc peccatum erat? Chry. & Theop. & Oecumenius pec 70
catum hoc interpretantur, non collaborare Hebræis, & simul cum illis affligi. Theod. peccati autem iucunditatẽ appellauit vitam, quæ cum impijs transigitur, &cæter. At quid peccaret Moses, si quieti, & saluti suæ consulens, nollet cum populo suo affligi? Aut si tunc peccaret

hoc fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc faciens, ergo, & prius peccauerat, quia id non fecerat.

Ad hoc ita videtur respondendum. Peccasset Moses sine dubio, si, ne diuitias, & voluptates, quibus in aula Pharaonis potiebatur, amitteret, nihil de liberatione suæ gentis cogitaret, ad quam se à Deo electum esse non ignorabat. Nam eum non ignorasse ex verbis Stephani Act. 7. satis intelligitur: *Existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis.* Ac propterea exiuit, vt visitaret fratres suos, & aliquid de libertate, & de salute illorum ageret, licet, cæde Ægyptij, dilata fuerit in suum tempus liberatio. Rectè ergo dixit Apostolus: *Magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem,* pro quo in Græco est ἀπόλαυσιν, id est, fruitionem, hoc est, magna voluptate & affluentia bonorum perfrueretur, si vellet, si nihil egisset de liberatione illorum.

Nec tamen hinc rectè argumentabimur peccasse eum, quod id, ante illud tempus non fecerit, non enim ignauia, aut timore aut voluptatis amore, non fecerat, sed 71 quia tempus ad id aptissimum expectabat, id est, annum ætatis quadragesimum, quo iam maturus, & sapiens, & ad quidui agendum aptus, videri posset populo suo, ne quòd tentare volebat, iuuenili audaciæ, & feruori ætatis tribueretur. Fieri etiam potuit vt aliquâ præterea opportunitate, mora illa temporis, expectaret ad rem melius gerendam.

In Græco est πρόσκαιρον, id est, quàm temporalem peccati habere fruitionem. Ita legunt Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius, & ita inuenio in emendatissimis quibusque Græcis codicibus, quos etiam secuta est translatio Syriaca, quæ ita habet: *Et elegit sibi in afflictione cum populo Dei esse, non autem ad modicum tempus, iucunditate frui in peccato.* Contra, in Latinis antiquissimis, quos videre potui, semper legitur, *temporalis peccati.* Sensus in vtraque lectione idem est, nam temporale peccatum dicitur ab effectu, quia quod illo peccato quærere, & comparare sibi poterat, perpetuum non erat, sed breui periturum.

turum. Et quamuis apertius hoc dicitur, vt est in Græco, 72
Temporalem peccati habere iucunditatem, Existimo alios codices habuisse πρόσκαιρου, tẽporalis quos noster interpres secutus est. Et re vera cum in ea lingua mendum semper esse solear, in qua maior est erroris occasio propter literarum similitudinem: rectè putari potest in Græcis magis esse, quàm in Latinis, in quibus πρόσκαιρον, Et πρόσκαιρου, vna tantum litera differant, eaque valde simili alteri.

Maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi.] In Græco est cum maiores diuitias existimasset, thesauris Aegypti, opprobrium Christi. In alijs, Thesauris, qui erant in Aegypto. Sed ad sensum nihil refert. Poterat Moses maximis abundare thesauris in Aegypto, qui regis nepos, & successor futurus habebatur, sicut scripsit Philo li. 1. de vita Mosis: sed improperium Christi, omnibus Aegypti thesauris prætulit.

Improperium Christi] Omnes ferè interpretantur, quemadmodum Christus ab illis iniuria affectus est, quos vt liberaret, venerat, ita Moses à fratribus suis Hebræis, quos volebat liberare repulsus est contumelioſè, dictum enim est illi: *Quis constituit te principem, aut iudicem super nos? num occidere me tu vis sicut heri occidisti Aegyptium?* Exod. 73
2. Theophylactus: Vniuersaliter enim à domesticis, & beneficio affectis, iniuriam sustinere, vel, contumelia affici, vel affligi, Christi est improperium. Sic enim & Dominus diffamabatur, dicebaturque publicanorum amicus quod, cum illis cibum caperet propter eorum salutem. Vt igitur deliciæ, & relaxatio, sunt peccati, sic improperium est Christi & cæter. Ita & Chrysostomus, à quo hæc desumpta sunt, & Oecumenius, & reliqui fere. Improperium enim Christi interpretantur, quia simile fuit illi, quod Christus pertulit, vt dictum est, aut etiam, quia figura fuit improperij Christi, vt ait Theodoretus.

Ego verò aliquid maius, & sublimius Apostolum dicere arbitror: nec enim, sine causa, hoc de populo ipso Israel aut de quouis ex populo dictũ est, sed de Mose propheta maximo, & Deo gratissimo. Nã si improperiũ Christi est 74

affli

Universidad de Deusto
Biblioteca

affligi ab ijs, quos beneficijs affeceris, & populum Israel improperium Christi portasse ab Ægyptijs dicemus, & Cicero seruator vrbis Romæ, cuipiam videri potuit improperium Christi portasse, cum in exilium missus est. Puto igitur Mosem spiritu prophetico præuidisse Christi passionem, & opprobria, & vt ei similis fieret, maluisse opprobrijs affici, quam honoribus, & diuitijs abundare in aula Pharaonis, & hoc esse eligere improperium Christi. Si enim Christi recordatus non est, cùm hæc ferebat, non dicitur propriè elegisse improperium Christi. Quem
74 admodum si quis igne vri velit, nihil de beato Laurentio cogitans, non dicemus propriè eum voluisse imitari Laurentium. Si autem dicamus Petrum, atque Andream in morte sua elegisse improperium crucis Christi, rectè, & propriè dicemus, volebant enim eius mortem imitari. Et qui mentiri non vult, etiam si falsum dicat imprudens, non dicitur mentiri.

Quare cùm propriè verba Pauli accipi possint, cur im propriè accipiantur. Idem est iudicium de similibus locutionibus, quæ sæpe occurrunt in scriptura vt Gal. 6. *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Si ad Christum non respicerer, cum huiusmodi labores ferebat, non diceretur propriè gloriari in cruce Christi. Ita & paulo post ait: *Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Et. 2. Cor. 4. *semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes.* Quod magis explicat: *semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum.*

Hoc ipsum etiam fit hac ratione manifestum. Si Moses credebat Christum venturum esse, vt liberaret genus humanum per passionem, & crucem suam, negari no potest quin propter eum vellet opprobria sustinere, vt ei similis esset. Nihil enim putaret sibi honorificentius, quam regem, & seruatorem suum imitari, præsertim affirmante Apostolo eum maiores diuitias æstimasse improperium Christi thesauro Ægyptiorum. At præuidisse oculis fidei hæc Mosem tantum prophetam, dubitare quî possumus,
75 cũ Dominus dicat Ioh. 3. Exaltationẽ serpẽtis in deserto, figurã fuisse crucis suæ, *Et, sicut Moyses exaltauit serpentem in deser-*

in deserto, ita oportet exaltari filium hominis? Omnia, quæ in lege scripsit, mystica sunt, & mysterijs passionis Christi plena. Deniq; Dominus ait Ioh. 5. *si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit.*

Video quid responderi possit, illum hæc cognouisse, post quam à Deo vocatus est, vt populum educeret ex Ægypto, & prophetiæ donum accepit: sed nescijsse hęc cùm in aula versabatur, & nondum ad fratres suos exierat. Quo modo igitur amauit, quod nesciebat? Quo modo magnas diuitias putauit improperium Christi, si Christum, & eius opprobria ignorabat? Vnde nos affirmare possumus, tunc eum nescijsse, cùm constet scijsse postea, & eo ipso tempore, quo dubitatur, an scierit, doceat Apostolus eum omnibus diuitijs prætulisse improperiũ Christi? cur Apostolum non propriè, sed impropriè locu 76
tum esse contendemus, cùm propriè possimus interpretari. Cùm ille exiuit, vt visitaret fratres suos, iam à Deo acceperat, se liberaturum esse populum, sicut, ostẽdimus ex verbis Act. 7. *Existimabat autem intelligere fratres, quod per manum ipsius daret salutem illis.*

Et rationi valde cõsentaneũ est, tũc etiã accepisse populum, vere esse per Christi crucem suo tempore liberandum, cuius rei figura præcedebat in illa liberatione. Adde quod mysteria Christi prius reuelata Abrahæ, (de quo dictum est Ioh. 8. *Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum vidit & gauisus est.*) per traditionem tradita sunt patriarchis, & eorum filijs ac præsertim Leui capiti futuro sacerdotum, qui proauus Mosis fuit: Et illi filios suos eadem docebant.

Aspiciebat enim in remunerationem. Credebat Deum cælestia bona, pro laboribus illis sibi esse reddituru, & hac fide ad magnas res gerendas excitabatur. Ita etiam Dauid Psal. 118: *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.*

Fide reliquit Ægyptum non veritus animositatem regis. In quo hic fides eluxit? Primum in eo quod ausus est populum educere ex Aegypto. Nisi enim firmiter crederet Deum præstiturum terram, quam promiserat, populo illi,

nun

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunquam ex Aegypto educere tentasset. Deinde in eo, quod non est veritus animositatem regis Pharaonis. Scie
77 bat enim infensum sibi esse Pharaonem, & suis & ad iram mutabilitate animi accedente, facile vir prudentissimus timere poterat eum, vt fecit, cum copijs exiturum, vt Hebræos persequeretur, & in seruitutem suam reduceret. Sed credidit Deum pro populo suo aduersus Aegyptios pugnaturum, minimeque eum in Aegyptum esse reuocandum.

Quare quod nunc dicit, non est factum, cùm primùm reliquit Aegyptũ, & venit in terrã Madian, vt intellexit Theodoretus, Chrysostomus, & Theophylactus, & Oecumenius, qui interpretantur dictum esse, *Non veritus animositatem regis*, quia licet fugerit, ne se in apertum periculum conijceret, redijt postea, quod erat nõ timentis, sed factum est cùm reliquit Aegyptum, vt veniret cum populo suo in terram Chanaan. Animositatem posuit interpres pro eo, quod est in Græco, τὸν θυμόν, id est, *iram & indignationem*. Erasmus, *ferociam* vertit. Syriacus: *Neque reformidauit regis furorem*. Et Græci, illam partem animi, quæ irascibilis vulgo dicitur, appellant τὸν θυμόν, Interpres *iram* vertere solet sæpe, vt Lucæ. 4. *Et repleti sunt omnes in synagoga ira*. Act. 19. *His auditis repleti sunt ira*. Ro. 2. *Et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio*, θυμὸς καὶ ὀργή, Gal. 5. *iræ, rixæ*, & cæt. Interdum vertit *animositatem*. Vt. 2. Cor. 12. *Contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones* & cæt. Ita etiam Eccli. 1. *Qui sine timore est, non poterit iustificari, furor enim animositatis illius, subuersio illius est*. Et cap. 31. *Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorant virtutem, & faciens vulnera*. Latini etiam sæpe animum, iram dicunt, & animosum, iracundum.

Animositas.

Inuisibilem enim tamquam videns sustinuit.] Non dubitauit populum educere ex Aegypto, & regis iracundiam contemnere, quia tanta erat eius fides, vt quasi oculis se videre putaret, quæ Deus futura promiserat. Deum, quem non videbat, quia inuisibilis est, ita sustinebat, & expectabat, ac si videret, id est, ita credebat eum sibi redditurum esse mercedem, quam expectabat, ac si iam reddentem vi-

tem videret. Sed quoniam in Græco est ἐκαρτέρησεν, quod verbum significat tolerare labores, & difficillima quęque perferre. Theophylactus & Oecumenius interpretantur: Perinde ac si videret Deum, secum conuersantem, sic omnia constanter tolerabat & cæter. Dicitur que Deum toleraſſe, quia omnes labores propter eum tolerabat Vtrũque recte dicitur. Translatio Syriaca quod prius dixi-mus accepit, ait enim: *Sed spem habuit, perinde ac si vidisset Deum inuisibilem.*

Eadem interpretatio videtur ad scripturæ consuetudinem accommodatior, in qua *sustinere* poni solet pro *expectare*, vt Tob. 5. *sustine me obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo*. Et cap. 11. *Et sustinuit quasi dimidiam ferè horam*. Et sustinere Deum dicitur qui eius remunerationem patien ter expectat, vt Psal. 24. *Vniuersi qui sustinent te, non confundentur*. Et postea *Quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die*. Psal. 26. *Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum*. Psal. 32. *Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor, & protector noster est*. In his locis, & in multis similibus. lxx. vtuntur verbo ὑπομένω, quod est *Patior, sustineo*, & lxx. accipiunt pro expecto, vt Psal. 39. *Expectans expectaui Dominum*, & in verbis indicatis Psal. 26. quod interpres dicit, *Expecta*, & postea *sustine*, ipsi semper dicunt ὑπόμεινον.

sustinere.

79

Fide celebrauit Pascha.] Fide occidit agnum profecturus ex Ægypto, & sanguinem fudit, quo postes Hebræorum inungerentur, ne Angelus, qui occidebat Ægyptiorũ primogenitos, ipsos quoque Hebræos perderet. Nisi enim crederet Deũ factũrũ, quod sibi promiserat, nec pascha celebraret, nec sanguinem tot agnorum funderet. Historia est in Exod. c. 12. De pascha autem, & de eius celebratione, ac ritu, diximus copiose lib. 5. de templo. c. 3. Pro *celebrauit* est πεποίηκα, *fecit*. Obiter autẽ eos admonet per pascha, & effusionem sanguinis, non posse eos à morte æterna eripi, nisi per passionem, & sanguinem Christi.

Fide transierunt mare Rubrum.] Crediderunt Moyses, & populus promissis Dei, & diuisa aqua, intrepide ingressi

80

sunt mare Rubrum, nec timuerunt, ne sibi contingeret, quod paulo post contigit Ægyptijs. Lege cap. 14. Exodi. Vulgi autem fidem in medium affert, vt magis eos confundat, si fidem non habuerint.

Tamquam per aridam terrã.] Si enim diffidere cœpissent, non potuissent transire. Ideo fuit illis mare, vt arida terra quia fidem habebant Dei promissis.

Quod experti Ægyptij deuorati sunt.] In Græco est ὧς πεῖραν λαβόντες, *Cuius*, scilicet maris *cum experimentum cepissent*, id est, cum voluissent Ægyptij experiri, an ipsi etiam simiiter transire possent, *deuorati sunt* à mari Exod. 14. *cumque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locũ: fugientibusque Ægyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus.*

Fide muri Iericho corruerunt circuitu dierum septem.] Crediderunt Iosue, & populus si septem diebus cum arca, & tubis sacerdotalibus cingerent Iericho, muros eius fir missimos, cecidisse, & vrbem esse capiendam, atque ita vt crediderunt, factum est Iosue. 6.

81 *Fide Rahab meretrix non perijt cum incredulis*] Capta Iericho omnes occisi sunt, præter Rahab meretricem, & eius cognatos, qui ad eius domum confugerant, vt videmus Iosue. 6. Seruata est autem ipsa cum suis, quia exploratores, missos à Iosue excepit in domum suam cum pace id est, pacem eis seruans, & abscondens eos, ne ab hostibus inuenirentur, vt est in capitul. 2. eiusdem libri. Ex his intelligitur Rahab non fidem humanam tantum habuisse sed etiam Diuinam, vt crederet verè vrbem illam ab Hebræis esse capiendam. Quod apertius docet Iacobus capitul. 2. *Similiter autem, & Rahab meretrix, nonne ex operibus iustificata est?* &cæter. Si ergo iustificata est, fidem habuit, quia sine fide impossibile est placere Deo.

Sed quæritur, vtrum hanc fidem habuerit, cùm excepit exploratores, an postea? Et manifestum est eam habuisse, cùm eos excepit, aut certe antequam è domo suæ emitteret. Nam capta vrbe non erat opus fide. Hoc indicant satis eius verba capit. 2. *Noui quod Dominus tradiderit*

derit vobis terrã &c. Dñs enim Deus vester ipse est Deus in cœlo sursum & in terra deorsum. Nunc ergo iurate mihi per Dñm vt quomodo ego misericordiã feci vobiscũ, ita & vos faciatis cũ domo patris mei &c. Intelligitur etiã eam vere fuisse meretricem, quod quidam ex recentioribus male negant putantes nomen Hebraicum significare cauponam, non meretricem, quod falsum est. Nam etsi nomen Hebraicum cauponam significare posset, tamen meretricem etiã pro 82
priè significat, quia nomen זוֹנָה, quod hic est in textu Pauli, nihil aliud, quàm meretricem sonat. Quod si quis non satis hoc loco conuinci se putet, quòd hæc epistola ab Apostolo Hebraicè scripta sit, certe conuincetur verbis Iacobi ca. 2. *Similiter autem & Rahab meretrix nonne ex operibus iustificata est* &c. vbi Græce est idem nomen

Deficiet enim me tempus enarrantem. Hyperbolice hoc dictum putat Theophylactus, ita vt nos dicere solemus, Nunquam finem dicendi facerem, vel certe tempus cum deficeret, quod epistolis scribendis tribui solet, vt cum eodem Theophylacto ait Oecumenius.

De Gedeon, Barac, Samson, Iephthe, Dauid, Samuel, & prophetis.] Chrysostomus: Cum finem fecisset in meretrice & in verecundiam eos excitasset qualitate personæ, non iam dilatat historiarum commemorationem, ne videatur sermonem suum prorelare. Tamen non eas omittit, sed percurrit, sapienter valde vtrumque faciens, & tempus fugiens, & densitatem sententiarum non auferens &c. Gedeon, &si prius nonnihil dubitasse visus sit, credidit tamen Deo iubenti se pugnare contra Madianitas, & pugnauit, & vicit, Iud. 6. &. 7. Barac etiam credidit verbis Debo- 83
ræ iubentis pro Deo pugnare contra Sisaram, & hac fide obiecit vitam suam discrimini, & vicit, Iud. 4. Samson credidit Deo, qui matri suæ promiserat se cœpturum liberare Israel de potestate Palæstinorum Iud. 13. & ipse cum eis pugnauit, & plurimos occidit, vt in tribus sequentibus capitibus legimus. Nec dubitandum est, quin ipsi quoque Samsoni Deus hoc reuelauerit, atque eius monitu multa fecerit. Certè, cùm vxorem ducere volebat ex Palæstinis, idque ægre ferrent parentes, legimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iud. 14. *Parentes autem eius nesciebant, quod res à Domino fieret, & quæreret occasionem contra Philisthijm.* Hoc est Nesciebant filium suum à Deo admonitum, occasionem peti id quærere bellandi contra Palęstinos.

Iephthe etiam, & si scriptura aperte non dicat, intelligimus promissionem à Deo habuisse victoriæ de Hammonitis reportandæ. Nam Iud. 11. prius quasi præscius dixit: *Si vere venistis ad me, vt pugnem pro vobis contra filios Hammon, tradideritque eos Dominus in manus meas, ego ero vester princeps.* Et postea legimus: *Factus est ergo super Iephthe spiritus Domini, & circuiens Galaad* &cæt. de Dauide, & Samuele, & propheus notum est, multa eos gessisse prę clara, credentes diuinis promissionibus, quæ in Regum & Paralipomenon legimus historia.

Duo hic quærenda sunt. Primum est, cur his viris no
84 minandis Apostolus ordinem temporum nō seruauerit. Barac enim fuit ante Gedeonem, Iephthe ante Samsonem, vt ex locis libri Iudicum indicatis constat. Samuel etiam fuit ante Dauidem, imo & ante Saulum, cui Dauid successit in regno. S. Thomas affirmat Gedeonem positum esse ante Barac, quia insignior illo fuit, eademque ratione poni Samsonem ante Iephthe. At si hæc ratio vera est, videbatur Barac omnibus postponendus, minus enim insignis fuit, nec iudex fuit, vt illi, sed à Debora dux creatus est.

Respondendum videtur Apostolum aut consulto noluisse ordinem temporum seruare, quia nihil nunc ad rē pertinebat, obiter enim eos nominat: aut certe ita rationem dignitatis eorum habuisse, vt tempus non omnino neglexerit. Tempus quidem ex parte obseruauit, & ideo ante Samsonem, & Iephte numerat Gedeonē & Barac: sed simul habuit rationem dignitatis, quia inter eos, qui vicini tempore fuerunt, illi prius nominantur, qui gloria rerum gestarū præstiterunt, vt Gedeon ante Barac, Samson ante Iephte. Dauid autem, licet ætate posterior, regia tamen, & prophetica dignitate, Samuele clarior fuit.

Alterum est, an sancti putandi sint omnes, quos hic
85 Apostolus nominauit. Nam si sancti non fuerunt, non erant

erant in exemplum proferendi. Sanctos autem eos non fuisse, videtur ex scriptura non obscure colligi, quæ facta quorumdam narrat vitiosa, nec vsquam pœnitentiæ illorum meminit. Rahab docet fuisse meretricē. De Gedeone legimus Iudicum. 8. Fecitque ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatusque est omnis Israel in eo, & factum est Gedeoni, & omni domui eius in ruinam. Samson ingressus est ad mulierem meretricem Gazæ, Dalilam, & sibi denique ipsi mortem confecit Iud. 16. Iephthe immolauit Deo ex voto filiam suam, quod impium fuit, adeò vt de eo scribat Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 9. Neque legitimum, neque Deo gratū sacrificium faciens. Et Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, prope medium affirmat hoc illius votum à plerisque Hebræorum reprehendi, ac temerarium iudicari. Atque ita respondet Iouiniano, qui illud laudabat.

Chrysostomus facile se hinc expedit, ait enim fidem eorum ab Apostolo prædicari, non rebquam vitam. Theophylactus idem sentit: Nec enim est, inquit, quod aliam eorum vitam mihi recenseas, sed num in fide resplenduerint, hoc tecum reputa. Non enim vitarum explorationem facit, sed fidei indicationem. Nec desunt ex recentioribus, qui hoc sequantur.

Sed S. Thomæ magis placet hos omnes, sanctos viros
86 fuisse, quamuis sententiam Chrysostomi non omnino reijciat. Sciendum inquit, quod aliqui istorū aliqua mala fecerunt, & aliqua bona. Vnde non numerātur hic, nisi quantū ad bona, quæ fecerunt, vel receperūt. Tamen probabile est, quod omnes fuerint finaliter sancti, eo quod Apostolus nominat eos in catalogo sanctorum &cæte.

Quod S. Thomas probabile esse dicit, mihi omnino verum videtur, nec negari vlla ratione posse eos in sanctorum catalogo habendos. Etenim ab ipso huius capitis initio docuit Paulus sanctos viros, &, qui Deo placuerunt à se fore nominandos, cùm ait: *In hac enim testimonium cōsecuti sunt senes.* Et in ipso capitis contextu facile intelligitur laudare omnes, quorum meminit. Et de his ipsis, de quibus nunc quæstio est, ait: *Qui per fidem deuicerunt*

Autoris sententia.

regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Et post
Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repro-
missionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine
nobis consummarentur. Iam ergo gloriam animarum acce-
perunt, & in fine sæculi nobiscum consummandi sunt,
id est, gloriam corporis accepturi, quæ est beatitudinis
integræ consummatio.

87 Quare non video, cur de hac re dubitari debeat. Ratio
etiam ipsa hoc aperte cõfirmat. Cur enim viros reprobos
in exemplum adduceret Apostolus, cùm tanta esset co-
pia iustorum? Deinde parum horum exemplis moueren
tur Hebræi, cum scirent eos fuisse damnatos, ac putare
possent parum apud Deum valere fidem illam, quam tot
laudibus efferebat Apostolus, quandoquidem illi ipsi,
qui ea maximè præstitisse iudicantur, æternam damnatio
Ad argum nem non effugerunt. Nec argumentũ illud mouere nos
debet, quorundam ex his peccata referri in Scriptura,
nec pœnitentiam legi. Fatemur eos peccasse. Rahab à ne-
mine defenditur, Gedeonem defendit Lyranus in cap. 8.
Iudicum, nos nunc quidem non defendimus. Iephthæ
votum temerarium, & filiæ immolationem reprehendi
mus: Samsonem ingressum ad meretricem nõ probamus:
sed hos omnes autore Apostolo pœnituisse male factorũ
dicimus. De pœnitẽtia Rahab nihil necesse est dicere, cùm
legamus Iac. 2. *Similiter autẽ & Rahab non ne ex operibus iusti-*
ficata est, suscipiens nuntios & alia via eijciens? Gedeonẽ legi
mus continuisse filios Israel in veri Dei cultu Iud. 8. *Post*
88 *quàm autẽ mortuus est Gedeõ, auersi sunt filij Israel, & fornicati*
sunt in Baalim. Ex quo sequitur eũ pœnituisse, fecisse Ephod.

Sed illud, quod paulo ante scriptum est, planè confir-
mat quod dicimus: *Mortuusq; est Gedeõ filius Ioas in senectu-*
te bona &cæt. quod nunquam in scriptura legitur, nisi de
sanctis viris, imo nec senem vllum obisse dicere solet, ni
si qui sanctus sit. Hieronymus in illud Isai. 38. *Ego dixi in*
dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi: Sancti im-
plent dies suos, qualis fuit Abraham, qui mortuus est ple-
nus dierum in senectute bona. Peccatores verò, & impij
in dimidio dierum suorum moriuntur, & cæter. Grego-
rius. 35.

rius. 35. Mor. capitul. 24. in alijs, capitu. 15. in illud Iob. 42.
Et Mortuus est senex, & plenus dierum. In scriptura sacra nõ
facile plenus dierum ponitur, nisi is, cuius per eamdem
scripturam vita laudatur & cæt. De Abraham ita dictum
est Genes. 15. *Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in*
senectute bona. Et cap. 25. *Et deficiens mortuus est in senectute*
bona prouectæque ætatis, & plenus dierum. Et de Dauide. 1.
Par. vltimo: *Et mortuus est in senectute bona, plenus dierum*
& cæt. De Isaac Gen. 35. *Et appositus est populo suo senex, &*
plenus dierum. 2. Paralip. 24. *senuit autem Ioiada plenus dierũ,*
& mortuus est. & cæt. Et de bonis dictum est psa. 72. *Ideo con-*
uertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis. De
malis Psalm. 54. *Viri sanguinum, & dolosi, non dimidiabunt*
dies suos.

Iephthe autem etsi temerarium votum fecit, & quod
soluere non debuit: non fuit tamen impius, cùm soluit,
neque enim crudelis, aut impius esse voluit, sed religione
se obstringi putauit ad soluendum, & tanti fecit religio
nem, tantumque nefas putauit non facere, quod vouе-
rat, vt inuitus licet, ac gemens, & contra naturalem amo
rem nitens, non dubitauerit vnicam filiã occidere. Quod 89
scripturæ verba indicant Iud. 11. *Quia vsq; scidit vestimenta*
sua, & ait: Heu me filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es:
aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero.
Quare licet factum probandum non sit, eius tamen ani-
mus pius & religiosus, & fortis ad Deum colendum fuit.
Hieronymus in fine fere capitul. 8 in Ieremiam: Quod si
Iephthe obtulit filiam suam virginem Deo, non sacrifi-
cium placuit; sed animus offerentis & cæt. Nec peccasse
tunc eum putandum est, ignorantia enim inuincibili la-
borabat, & tantam esse voti religionem credebat vt etiam
filiam immolandam putaret, & officia erga Deum, omni
bus alijs officijs præponenda indicaret. Atq; illo tempore
quo neq; huius modi res satis erant explicatæ, neq; pro-
pheta erat quem consuleret, ignorantia illa omnino in-
uincibilis videtur: præsertim cum non sit improbabile,
quod affirmat Abulensis in cap. 11. Iud. quæst. 48. ne
summum quidem sacerdotem scisse hæc interpre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rari. Imò Augustinus lib. 1. de Ciui. cap. 21, ait: Et merito quæritur, vtrum pro iussu Dei sit habendum quod Iephthe filiam, quæ patri occurrit, occidit, cùm se immolaturum Deo id vouisset, quod ei redeunti de prælio victori primitus occurrisset & cæt. Et magis affirmare videtur, quã negare.

De Samsone difficilior quæstio est. Quia si tunc peccauit, cùm mortuus est, non potuit eum peccati pœnituisse. Sed ad hoc ita respondet Augustinus lib. 1. de ciuitate cap. 21. Nec Samson aliter excusatur, quod seipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat. Et cap. 26.
90 Quid enim si hoc fecerunt, non humanitus deceptæ, sed diuinitus iussæ, sicut de Samsone aliud nobis fas non est credere &c. Hoc etiã recentiores Doctores affirmant, vt Lyran. in idem c. 16. Iud. & Abulensis. q. 54. in idem caput. & Sotus li. 2. de Iustitia, & iure q. 3. ar. 8. Quod bene explicat Lyranus, conuenisse Palæstinos in templum, vt idolis suis gratias agerent pro capto Samsone, & irrisionem Samsonis, irrisionem Dei Israel fuisse, eumque non cupiditate vindictæ suæ, sed honoris Dei, templum euertisse, Deum voluisse hoc fieri, qui ei miraculosè pristinam reddidit fortitudinem vt faceret. Hæc, & plura sunt apud Abulensem loco citato.

Qui per fidem deuicerunt regna] Sicut Iosue, & filij Israel, qui reges terræ Chanaan occiderunt, & eorum regna possederunt.

Operari iustitiam.

Operati sunt iustitiam] Operari iustitiam dupliciter dicitur. Nam & qui se sanctis operibus exercet, dicitur operari iustitiam, & qui vnicuique reddit, quod suum est: quia iustitia nunc omnes virtutes complectitur, & idem est quod sanctitas, nunc peculiaris virtus est. Ita de illis hoc intelligi potest, qui iniuriam suorum vlti sunt, & aduersus hostes, vim suis inferentes pugnauerunt, vt interpretatur Theophylactus, vt de Gedeone, Samsone. Sed ego libentius hoc ad eos referrem, qui per fidem deuicerunt regna, id est, ad eos, qui ex Ægypto egressi Chananæos suis sedibus expulerunt, quos ita puniri iustitia

iustitia Dei exigebat. Libentius, inquam, hoc ad eos referrem, quoniam de illis loqui cœpit, & ad illos maximè pertinet sequentia: *Adepti sunt repromissiones.* Potest etiam in 91
telligi de illis, qui in omni genere virtutum laborarunt; quod placuit Theodoreto. Nec desunt qui *Iustitiam* misericordiam, & humanitatem interpretentur, vt Chrysostomus, & Oecumenius.

Mihi, quamuis nihil horum displicet, illud placet maximè, vt *Iustitiam* sanctitatem interpretemur, & sit sensus, *Operati sunt iustitiam*, egregia sanctis opera ediderunt, vt deo enim ita loqui plerumque scripturam, vt Eccl. 14. *Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum* & cap. 20. *Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum, & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur.* Ezec. 18. *In iustitia sua, quam operatus est, viuet.*

Huius contrarium est operari iniquitatem, quod ad omnia vitia pertinet, vt Psal. 5. *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Et Psal. 6. *discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.* Iob. 31. *Nunquid non proditio est iniquo, & alienatio operantibus iniustitiam.* Hoc dicit, quia dicere cœperat. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Hoc autem de Mose, & Aaron, & Iosue, & Caleb, & de alijs iustis, qui ingressi sunt terram promissionis dictum est: at nõ de his tantum, sed etiam de multis alijs; nam & sequẽtia verba, *Adepti sunt repromissiones*, & si ad illos valde pertinent, pertinent etiam ad iustos posterioris ætatis.

Adepti sunt repromissiones.] Hoc Chrysostomus, & Theophilactus de Dauide dictum putãt, cui Deus dedit, quod 92
promiserat de filio sibi in regno, successuro. Sed cur hoc non etiã ad alios referamus? Theodoretus refert ad Abraham, Isaac, & Iacob, quibus promissum erat, in semine eorum benedicendas omnes gẽtes: & ad Dauidẽ, cui etiam Christus promissus erat.

Mihi nõ videtur loqui de ijs, qui post multos annos adepti sunt repromissiones: sed de illis, qui viui acceperunt, & viderunt, quod sibi promissum erat: mortui enim non ita propriè dicuntur promissiones adipisci. Tales fuerunt Iosue & Caleb, & cæteri, qui cum ijs ingressi sunt in ter-

ram promissam, & Abraham, cui promissus est hæres Isaac Dauid, cui Dominus dixit: *de fructu ventris tui, ponam super sedem tuam*, quod vidit, viuens in Salomone, & deniq; multi alij, quibus Deus aut libertatem populi sui, aut filios, aut insignes victorias, aut id genus alia pollicitus est.

Ex quibus satis intelligitur minime pugnare cũ his quod in hoc eodem capite dixerat: *Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutãtes*: aut quod in eiusdem fine ait: *Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem*: quoniam cum dicit, *Adepti sunt repromissiones*: de peculiaribus promissionibus loquitur, quę illis viris factæ fuere, ac præstitæ
93 in hac vita: Cum autẽ negat eos accepisse repromissiones loquitur de vltimis, & maximis, quæ per Christum in futura vita præstandę sunt, ideſt, de vltima consummatione quæ continget in beatitudine corporis, & animæ.

Quam ob rem sicut *repromissiones* ante vocauerat quòd omnia bona complecterentur, ita postea, *repromissionem* appellat: *Non acceperunt repromissionem*, quòd hæc egregia & eximia sit inter omnes promissiones. Idcirco, cum nunc ait: *Adepti sunt repromissiones*, nullus in Græco articulus est: cum vero de vltima promissione loquitur in illis duobus locis eiusdem capitis articulus additus est.

Obturauerunt ora leonum.] Quæ de sanctis dicit, non in quemuis ex sanctis conuenient, sed in omnes: non enim singuli vicerunt regna, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, sed alij hoc, alij illud fecerunt & omnia de toto sanctorum cœtu recte dicuntur. Ora leonum obturantur, cum à præda, & lacerationes cohibentur quod contigit Sansoni Iud. 14. Dauid. 1. Reg. 17. Danielis cap. sexto.

94 *Extinxerunt impetum ignis.*] Impetum vertit, quod est in Græco δυναμιν, id est, vim, siue virtutem. Quod Azariæ, & sociis eius Babylone contigit Daniel. 3. Non extinxerunt ignem, ardebat enim, & vrere omnia poterat: Sed extinxerunt eius vim & impetum, quod fuit mirabilius, cum enim arderet, & tantus esset, vrere ipsos non potuit.

Essu-

Effugauerunt aciem gladij.] Textus Græcus ad verbum sonat: *Fugerunt ora gladij* Os enim *gladij*, dicitur eius *acies*, qua veluti comedit, & cõsumit corpora. Nonnulli ex Latinis, vt S. Thomas, & Lyranus propriè accipiunt verbum, Effugauerunt, interpretanturque. Effugauerũt aciẽ hostis cum gladijs acutis, vt ait S. Thom. aut, vt ait Lyranus. Effugauerũt aciẽ hostium habentium gladios acutos. Sed si aciem pro exercitu accipiunt, vt cùm dicitur,

Haud aliter Troianæ acies, aciesq; Latinæ 10. Æneid.
Concurrunt, duplex erit in hac interpretatione peccatũ. Primum, quod *acies* in hoc loco, non hominũ est, sed gladij, quo secat vt diximus. Deinde quod contra proprietatem Græci verbi, & contra veterum Græcorum interpretationem, id est, Chrysost. Theophylacti, Oecumenij, Theodoreti exponunt *Effugauerunt*, in fugam verterunt, cum exponendum sit, *Effugerunt*.

Hoc Græci ad Eliam referunt, qui fugit gladium Iezabe 95
lis, & ad Dauidẽ, qui fugit gladiũ Saulis, & ad multos referri potest, qui fide in bellis seruati sunt, vt ad Iosue, & Caleb & ad multos ex eorũ exercitu, & ad Dauidẽ, qui fide fugit gladiũ Goliat, &c. Quare manifestũ est, aut nostrũ interpretem accepisse, *Effugauerunt*, pro effugerunt, vt cõ *expugnare* accepit pro impugnare, vt cùm dixit Galat. 1. *Quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam*: aut certè vitiatos esse codices, & positum esse *Effugauerunt* pro effugerunt. Cumq; verbum φεύγω, tantum significet, *fugio*, nec sit apud Græcos vlla occasio errandi, quæ est apud Latinos in verbis, *fugio*, & *fugo*, nõ est dubiũ mendũ esse in codicibus Latinis hoc in loco, nõ in Græcis.

Testatur hoc Syriaca translatio, quæ habet: *Et erepti sunt ab acie gladij*, & non nulli Latini codices tam typis excusi quam manuscripti, in quibus legitur, aut corrigitur, *Effugerunt*. Causa erroris duplex fuit, prima verborum similitudo, nam cùm interpres vertisset, *Effugerunt*, paulatim legi cœpit *Effugarunt*, vt reperi in codice manuscripto, deinde *Effugauerunt*. Altera est, quod Apostolus laudat res gestas patrum veteris testamenti, & præclarius videbatur *Fugare*, quàm *Fugere*.

Contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

96 *Conualuerunt de infirmitate.*] Textus Græcus ita potest verti, Conualuerunt ab infirmitate, hoc est, cum infirmi aliquando fuissent, & parum viribus valerent, robusti esse cti sunt, ita vt ab infirmitate sit, Post infirmitatē. Ita Chrysostomus, & Theophylactus, & Theodoretus interpretati sunt, qui de illis hoc intelligunt, qui fuerunt captiui Babylone, & vsque adeò inualidi erant, vt mortui quodammodo, & res eorum omnino desperatæ viderentur. Qui tamen egressi sunt, & paulatim viribus, ac potentia creuerunt. Et possunt verba nostræ translationis eodem modo exponi, satisq; hic sensus germanus est. Infirmitates enim dicuntur in scriptura, & præsertim apud Paulum, labores, & calamitates, vt. 1. Cor. 12. *Pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis.* Et mox: *Nā virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus Christi.* Infirmitates autem quæ sint, docet: *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Cū enim infirmor, tunc potens sum.*

Sed latis etiam germanè exponemus, salutem receperunt, cū morbis afflictarentur, & morti proximi essent, vt Ezechias Rex. 4. Reg. 20. Vtroq; modo intellexit Oecumenius, & Theophylactus, qui afferunt exemplum Ezechiæ. Tobias etiam, cùm cæcus esset, visum recepit. Iob. 11. Iob conualuit, & multi alij. Dormiebat ergo, & somniabat Erasmus cùm dixit: Ne quis somniet eos reualuisse à morbo.

97 *Fortes facti sunt in bello.*] Hoc Iosue, & suis, & Dauidi, & multis alijs contigit.

Castra verterunt exterorum.] Disiecerūt castra hostium, & eos in fugam verterunt, vt Dauid Palæstinos. 1. Reg. 17 & multi alij duces. Pro verterūt est ἔκλιναν, *Inclinauerunt*, quomodo acies inclinata dicitur, cū in fugā verti incipit, vt in eo quod Cicero refert in Tusculanis: *Postquam fortuna Hectoris—Nostram aciem inclinatam.*
Sed quod in Græco est παρεμβολὰς, Erasmus interpretatur incursiones, siue impressiones, vertitque. *Incursiones auerterunt exterorum*, in quo vim Græci verbi parum calluisse videtur

videtur, verbum enim παρεμβάλλω, quod apud Lxx. Interpretes valde vsitatū est, significat castrametari apud eos etiam, qui emendatissime loquuntur, hoc est, locare castra, & tentoria collocare ordinibus distincta, atque inter se paribus spatijs, congruentique positu respondentia.

Hoc verbum est apud Lxx, vbi interpres vertit *Castra metari*, vt Num. 9. *Et in loco vbi steterit nubes, ibi castra metabantur*. Apud Hebræos est verbum מָחָנָה quod idem significat, vnde *Manahaim* dictus est locus Genesi. 32. *Castra Dei sunt hæc. Et appellauit nomen loci illius Mahanaim*; id est, castra. Et postea vertit *figere tabernaculum* cùm ait: *Et ad imperium illius figebant tabernaculum*. Paulo post, *erigere tentoria*: *Ad imperium Domini erigebant tentoria*. In Græco, & in Hebræo semper idem verbum est. Quod etiam videre licet, sæpe capitul. 21. eiusdem libri, & alijs in locis. Inde παρεμβολὴ, significat castra, & castrorum collocationem. Ita Genesi. 32. vbi habemus: *Castra Dei* 98
sunt hæc, & appellauit nomen loci illius Mahanaim, Lxx vsi simul prædicto nomine. Et prius vbi nos habemus iuxta Hebræum: *Fuerunt que ei obuiam Angeli Dei*. Lxx verterunt, εἶδε παρεμβολὴ θεοῦ παρεμβεβληκυῖαν, vidit castra Dei collocata.

Ex quo cernitur multò melius vim Græci verbi intellexisse nostrū interpretē, quā Erasmū. Et Sāctes Pagninus rectè vertit: *Castra inclinarūt exterorū*. Ex his locus optimus intelligitur Ps. 33. *Immittet Angelus Dñi in circuitu timentiū eum,* *Psalm. 33.*
& eripiet eos. Vbi pro *Immittet*, est παρεμβαλεῖ, id est, *Castra collocabit*, aut (vt est in editione Cōpluteſi & regia) *Castra metabitur*. In Hebreo חֹנֶה, id est, *Castra collocans*, quod Hieronymus vertit: *Circundat*. Quare, cùm dicit, *Immittet*, subauditur, præsidium suum, quo scilicet, eos muniat, & cingat, quasi circumpositis castris. Ita locuti sunt Lxx. 1. Regum. 23. nam ad verbum ita vertemus. *Et Saul, & viri eius castra posuerunt super Dauid, & super viros eius, vt caperent eos*. Pro quo in nostra translatione legimus. *Itaque Saul & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid, & viros eius, vt caperent eos*. Quod ergo ait. *Immittet in circuitu,*

nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil est aliud, quàm si diceret: In modum coronæ cinget.

99 *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.*] vt vidua Sareptana recepit filium ab Elia resuscitatum. 3. Reg. 17. Sunamitis verò ab Eliseo. 4. Reg. 4. sed cur dicit de resurrectione, cum dicendum potius videretur acceperunt, de morte mortuos suos, aut, Acceperunt per resurrectionem? insolens enim hæc locutio videtur: Acceperũt mortuos suos de resurrectione? Ita dictum videtur, ac si diceretur, à resurrectione, aut de manu resurrectionis, aut penes resurrectionem iam constitutos. Tale est illud Apo. 5. *Et accepit de dextera sedentis in throno librum.* Et cap. 10. *Accipe librum apertum de manu Angeli.* Interlinearis interpretatur: de resurrectione venientes.

Alij autem distenti sunt.] In Græco ad verbum est Tympanizati sunt, quod est, instar tympanorum extensi sunt. Pelles enim, ex quibus fiunt tympana, multum extendũtur. Loquitur de illis, qui propter fidem, & legem Dei cruciati sunt à tyrannis, vt Machabæi. Quidam autem (vt inquit Theophylactus. τυμπανίζεσθε, pro *Fustibus verberari*, acceperunt) Nec malè; tympana enim fustibus pulsantur. Chrysostomus, & Theophylactus interpretãtur, decollati sunt, quod vnde acceptum sit, nescio.

100 *Tympanũ, & tympanizari.* Sciendum igitur tympanum tormenti genus esse, quo homines distendebantur, & plagis multis feriebantur instar tympanorum. Hoc manifestè intelligitur ex. 2. Mach. Cap. 6. vbi pro eo, quod nos habemus: *Voluntariè præibat ad supplicium.* in Græco est, voluntariè præibat ἐπὶ τὸ τύμπανον, *His dictis confestim ad supplicium trahebatur.* In Græco est: His dictis confestim ad tympanum venit. Supplicium autem quale sit, indicant paulò post: *Sed cum plagis perimeretur, ingemuit, & dixit,* & cæt.

Iosephus paulò apertius, qui in libro de Machabæis de eodem ait, Armatorum, qui circumstabant, manibus trahitur ad pœnam; nudatur, suspenditur, flagellatur. Quo ex vtroque latere ictus impios perferente, &c. verum vbi interpres vertit, suspenditur, In Græco est πρὸς ἀγκῶνας ἀπτὲς, quod quidem interpretantur, Manus post terga vincientes,

tes. Ego potius verterem: cubita curuantes illis, quæ dicũtur, ἀγκῶνες, vt toto corpore distento brachia, siue post terga, siue ad latera, curuarentur. Simile autem fuisse & septem fratrum supplicium, intelligi videtur ex eo, quod initio cap. 7. legimus: cõtigit autem septem fratres vnà cum matre sua apprehensos, compelli à Rege edere contra fas carnes porcinas, flagris, & taureis cruciatos. Huius tormenti meminit Græcum Epigramma Lucilij in li. 2. Græcorum Epig. ca. 8. quod sic vertemus: Digni sunt omnes nanciscì idem tympanũ, quãuis eo loco Lucillius habeat τύπανον, quoniam vtraque voce idem significatur, inde τυμπανίζεσθε, siue tympanizari: Suidas interpretatur fustibus percuti, decoriari, suspendi.

Non suscipientes redemptionem.] Nolẽtes ab illis supplicijs 101
liberari, quæ facile vitare possent, si obedire vellẽt tyrannis, sicut dixit Eleazarus. 2. Mach. 6. Manifestè tu scis, quia cum à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores. Hoc addidit, ne putarent Hebræi sanctos hæc inuitos pertulisse, sed tantam fuisse fidei vim, vt voluntarie se tot cruciatibus offerrent.

Vt meliorem inuenirent resurrectionem.) Chrysostomus exponit, Meliorem resurrectionem, quàm illi inuenerãt, qui ad hanc vitam resuscitabantur, de quibus dixerat: *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.* Ita etiã Theophylactus, sed addunt ipse, & Oecumenius, vt meliorem resurrectionem posteà inuenirẽt, quàm alij mortales: omnes enim homines resurgent, sed non omnes ad vitam beatam. Licet etiam & ad iustos comparationem referre, vt sit sensus: vt glorioſiores resurgerẽt, quàm cæteri iusti. Ita quoque rectissimè intelligemus: vt inuenirent resurrectionem meliorem vita illa, quam tunc amittebant, ac si dicat: Noluerunt tunc viuere, cùm possent, vt per illã mortem, vitam inuenirent in resurrectione iustorum multò illa præstantiorem, quam tunc pro Deo amittebant.

Alij vero ludibria & verbera experti.) Non pendent hæc 102
verba, quasi cum sequentibus coniungenda, *Lapidati sunt, secti sunt,* &c. vt ijdem intelligantur ludibria, & verbera

prius

Universidad de Deusto
Biblioteca

prius experti, postea lapidati, & secti. Plenũ enim sensum habent in Græco, in hũc modũ: Alij vero ludibriorũ & verberũ experiẽtiã ceperũt, idest, ludibria & verbera experti sunt. Syriacus: *Alij vero ludibrijs, & verberibus se exposuerunt: alij in vincula, & carceres traditi sunt, Alij lapidibus obruti, alij dissecti.* & cæt. ludibria, vt. 2. Mach. 6. *Duæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circuncidisse, quas infantibus ad ubera suspensis cum publice per ciuitatem circumduxissent, per muros præcipitauerunt.* de Ieremia etiã legimus Ierem. 37. *Quam obrem irati principes contra Ieremiam, casum eum miserunt in carcerem.* Et paulo post: *Itaque ingressus est Ieremias in domum laci, & in cryptam: & sedit ibi Ieremias diebus multis.* Et. 3. Reg. vltimo Michæas, propheta alapa percussus, & in
102 carcerem missus est. Ioseph etiam diu in carcere fuit Gen. 39. Et Samson effossis oculis ludibrio fuit Palæstinis Iud. 16 & multum persecutione Antiochi, & aliorũ tyránnorum, hæc passi sunt, quæ recẽsẽt Apostolus, adeò vt triduo quia dragintamille vincti scribãtur. 2. Mach. 5. nec pauciores venundati. Et de prophetis ait Dominus Luc. 20. *Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem.*

103 *Lapidati sunt.*] Vt Naboth Iezraelites. 3. Reg. 21. & prophetæ de quibus ait dñs Mat. 21. *Et agricolæ apprehensis seruis eius, aliũ cecidẽrũt, aliũ occidẽrũt, alium verò lapidauerunt,* id est, alios, & addit: *Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter.* Et Mat. 23. *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt.* Et Zacharias sacerdos lapidatus est. 2. Par. 24.

Secti sunt.] Plerique hoc ad Isaiam referunt, nec vllum alium sectum fuisse dicunt. Sanct. Thomas addidit etiam pluralem hic pro singulari positum esse, quod & Hieronymus sensit in illud Mat. 26. *videntes autem discipuli indignati sunt:* Et quidem quod de Isaia dicunt traditio est veterum Hebræorum, eum serra sectum fuisse à Manasse rege Iudæorum: quam probat Hieronymus lib. 15. in Isaiam in vltimis verbis, & in argumento eiusdem prophetæ, & in Matth. cap. 26. vbi legit, *serrati sunt.* Idem in eius vita scripsit Epiphanius. Sed dicitur hoc etiã de alijs, quibus membra in

bra in supplicijs amputata sunt, vt de septem fratribus legimus. 2. Mach. 7. neque enim vox ἐπρίσθησαν, magis significat serrati sunt, quàm secti sunt, quouis modo secentur, vt vel ex eo constat, quod est in Dan. 13. Manet enim Angelus Dei gladium habens vt secet te medium. Vbi est illa vox Græcorum. Et Suidas interpretatur. Πρίεται χίζεται,

Tentati sunt.] Hæc verba Erasmus addita ab aliquo putat, neque enim inueniri apud Chrysostomũ, neq; apud Theophylactum, & dilutiora esse vtrisque quibus miscentur hæc. Nam cũm dixerit, *secti sunt*, & postea: *In occisione* 104
gladij mortui sunt, cur id, quod multò minus erat, inter hæc collocaret. Atego in Græco Chrysostomo etiam inuenio inter verba Pauli hæc, *tentati sunt*, licet ab eo, & Theophylacto non fuerit exposita, quòd videretur forte aperiora quàm vt expositione egerẽt. Theodoretus verò, & Oecumenius & posuerunt hæc verba, & interpretati sunt. Theodoretus quidem ait: Tentati sunt, vt Abraham, & Iacob, vbi Iob legendum arbitror potius quam Iacob. Oecumenius: Tentati sunt, vt Iob. Sed & Hieronymus ea legit in capit. 26. Matth. circa principium.

Quæ ne dilutiora (vt Erasmus ait) videantur illis, inter quæ interiecta sunt, possunt de illis intelligi, qui longis & grauissimis calamitatibus tentati, fide tandẽ victores Euasserunt, vt Iob, & prophetæ. Qui vel, in captiuitate ab hostibus, vel in patria à suis vehementius afflicti sunt: quod enim in his defuit acerbitati doloris, mora longi temporis compensatur. Ita etiam, ac fortasse melius: *Tentati sunt* exquisitis tormentorum generibus, & minis, vt à fide, & à lege recederent, sed tentati tantum sunt, non etiam victi: talis erat illa tentatio, de qua Sap. 2. *Contumelia, & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius & probemus patientiam illius.*

In occisione gladij mortui sunt,] Hoc est, cæde gladio facta perierunt. Hæc possunt præcedentibus adiungi in hũc sensum: Tentati sunt, & omni tormentorum genere appetiti, at nõ victi, sed tormentis superatis, gladio tandem

Universidad de Deusto
Biblioteca

extincti sunt. Quod de multis martyribus memoriæ prodi
105 tum est. Sed separata etiam rectè intelliguntur de prophe
tis sanctis, quos impij Iudæi occiderunt; de quibus ait do-
minus Matth. 23. *Et dicitis: si fuissemus in diebus patrum no-
strorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. Itaq;
testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorũ, qui prophetas
occiderunt.* Et Stephanus Acto. 7. *Quem prophetarum non sunt
persecuti patres vestri? Et occiderunt eos, qui prænuntiabant de
aduentu iusti.* Hoc in fine posuit, quia multo plures alijs fue
runt, adeò vt. 2. Mach. 5. legamus: *Fiebant ergo cædes iuuenũ,
ac seniorum, & mulierum, & uatorum exterminia, virginumq;,
& parnulorum neces. Erant autem toto triduo octoginta millia
interfecti.* Et cap. 6. Exijt decretum, vt Iudæi, qui ritus gen-
tium sequi nollent, interficerentur.

Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis.] Quoniam
μῆλον, ouis est Græcis, μηλωτή, siue melota, ouis exuuium
significat, id est, pellem cum lana. Ex his pellibus, & ex ca
prinis vestes faciebãt, qui extra vrbes, & oppida versaban
tur. Philo initio libelli de victimis hęc scripsit: Ex caprarũ
pilis, ac tergoribus contextis, cõsutisq; fiunt penulæ viato
rię velamina q; militibus & alijs, quos necessitas aliqua co
git extra vrbes sub dio degere, &c. Ita de Elia legimus. 4.
Reg. 1. vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Et
de Iohanne Matth. 3. Ipse autem Iohannes habebat vesti-
mentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa
106 lumbos suos. Conuenit autem hoc bene prophetis, quos
dicit circuisse: cõ enim hoc dicit, indicat (vt ait Theophy
lactus) eos persecutionẽ passos fuisse, & loca mutasse, quia
in vno salui cõsistere non poterant. Ita circumit Elias, irã
Iezabelis declinans. 3 Reg. 19. Theodoretus: Ita Elias ille
magnus, ita Helisæus illius gratiæ hæres, ita plurimi pro-
phetæ, qui ne domos quidem habebant, sed ligna excindẽ
tes, sibi tuguria, casasue construebant, & cæt. Hoc multis
prophetis contigisse, cùm eos impius populus perseque-
batur, credibile est, multis etiam in persecutione Antio-
chi, de quibus statim dicemus.

Egentes.] Egentes, vt Elias, qui à coruo, & postea à mulie
re pastus est. 3. Reg. 17. & Dauid, cui cibus sibi suisque de
erat,

erat. 1. Reg. 21. & 25. Et illi qui in desertum fugerũt in per
secutione Antiochi. 1. Mach. 1. & 2.

Angustiati. θλιβόμενοι, Multis doloribus, & solitudini-
bus cruciati, vt Elias cùm fugiebat Iezabelẽ, Dauid cum
fugiebat Saulum, Matthatias, & filij eius, & alij iusti in per
secutione Antiochi. 1. Mach. 2. Hoc verbũ solet interpres
vertere *tribulari*, vt. 2. Corinth. 1. *Sive autem tribulemur pro
vestra exhortatione & salute.* Et cap. 4. *In omnibus tribulatio-
nem patimur*, & cæt.

Afflicti, κακουχούμενοι, *male habiti, male* ab alijs *tractati*, sicut
Elias à Iezabele. Quod hic vertit, *afflicti*, capitul. 13. vertit
*laborantes: mementote vinctorum, tamquam simul vincti, & labo
rantium, tamquam & ipsi in corpore morantes.*

Quibus dignus non erat mundus.] Theophylactus: Nõ po 107
testis dicere, inquit, quod peccatores cùm essent, hęc sunt
passi: verùm tales fuerũt, vt & ipso mundo honorariores,
& præstantiores essent, &c. Hæc verba possumus ita sim-
pliciter interpretari, Affligebantur, vt malefici solent: cũ
tamen tanti essent, vt mundus eos habere non mereretur.
Sed aliter etiam, meliusque, idem dicemus. Dignum ali-
qua re dicitur, quod æqualis cum illa pretij est, vt Gen. 23.
*Intercedite pro me apud Ephron filium Sear, vt det mihi spelun-
cam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui: pecu-
nia digna tradat eam mihi.* Quod latius confirmauimus
in capitulo. 6. Michææ, numero. 19. Est ergo sen-
sus, vniuersi homines reliqui, non erant æqualis pre-
tij cum his. Theophylactus, si vniuersam, inquit mun
di structuram cùm hominibus, qui in eo sunt, opponas hîc
cẽ, nõ inuenies tamẽ, quod illis dignitate respondeat, &c.

*In solitudinibus errantes, & in montibus, & speluncis, & in
cauernis terræ.*) 1. Mach. 1. *Et effugauerunt populum Israel in
abditis & in absconditis fugitiuorum locis.* Et cap. 2. *Et fugit ip
se, & filij eius in montes, & reliquerunt quæcumque habebant in
ciuitate.* 2. Mach. 6. *Alij verò ad proximas coeuntes speluncas,
& latenter sabbati diem celebrantes.* De Dauide legimus. 1.
Reg. 22. fugisse eum & latuisse in spelunca Odollam; & 108
in aliam speluncam capitulo. 24. in montem solitudinis
Ziph. capitul. 23. Et in desertum Engaddi, capitul. 24. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Elias.3.Reg.19.fugiens Iezabelem, venit in montē Oreb & mansit in spelunca &cæt.3.Reg.18.*Nunquid non indicatum est tibi Domino meo, quid fecerim cum interficeret Iezabel prophetas Dñi, quod absconderim de prophetis Dñi centum viros, quinquagenos, & quinquagenos, in speluncis, & pauerim eos pane & aqua?* Spelūcas Græce σπήλαια, vocat, quę in petris exesis sunt: cauernas vero ὀπὰς, quæ sunt terrę foramina,

Et hi omnes testimonio fidei probati] &cæt. Etiam si magnā fidem habuerint, & sancti fuerint, nondum assecuti sunt cōsummatam corporis, & animæ beatitudinem. Hoc exposuimus.n.92.& 93.

Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis cō summarentur. In Græco est, de nobis περὶ ἡμῶν, sed sensus est idem, Deo nostrum honorem quærente, præsertim cùm recte etiam verti possit, *Pro nobis.* Chrysostom. De nobis inquit, melio aliquid prouidit Deus. Ne aliquid prę nobis plus habere viderentur, si primi ante nos coronarentur, vnū definiuit tempus omnium coronarū, & qui ante tantos vicit annos, tecum accipiet coronā. Et mox: præuenerunt nos in certaminibus, sed non præueniunt in coronis. Non iniuriam illis intulit, sed nos honorauit, nā & ipsi fratres nos libenter expectāt. Si enim corpus vnū omnes sumus, maior ex hoc efficitur corporis incōditas, cū simul, & communiter coronatur, & nō per partes, & cæ.

109 Multum hinc confirmari videtur quorumdam veterū opinio, quæ iam error, aut etiam hæresis est, existimantiū animas sanctorum non videre clare Deum ante diem iudicij. Si enim repromissionem non acceperunt, vt nobiscum eam accipiant, & repromissio est cælestis beatitudo vt sæpe diximus, ergo nondum beati sunt. Adiuuat hanc hæresim, Chrysostomi interpretatio, eos nondum accepisse mercedem, aut coronam, consentientibus Theophylacto, Theodoreto, Oecumenio. Eundem locum pro se affert Bernardus in sermone.4.in festo omnium sanctorum. Sed præcipuè nititur illis verbis Apoc.6. *Vidi sub altari Dei animas interfectorum.* De illorum errore nunc quidē agendū non est, quem constat ab Ecclesia fuisse damnatum in extrauagāti Benedicti. XI. cuius initium est: Bene dictus

dictus Deus, & eam refert integrā Castrus lib.3.contra hæreses verb. Beatitudo, hæresi.6. vbi de hac re disputat, Sed multò copiosius pater Robertus Bellarminus Societatis nostræ in primo tomo suarum controuersiarum, controuersia septima, in sex prioribus libri primi capitibus.

Et quidem, quod ad locum Apocalypsis attinet, ostendimus satis in eiusdem libri comment.c.6.n.30.& sequēti bus, nullo modo id ex eo colligi. Nunc quidē in hoc Pauli ostendēdum est. Latinorum patrū in hunc locū cōcors sententia est, cū vel de animæ solius beatitudine intelligi 110
debere, vel de beatitudine animæ simul cum corpore. Si priori modo intelligatur, confert patres veteris testamenti cum iustis noui, atque illos ait non accepisse consummationē, id est, beatitudinē animæ ante nos, qui scilicet sumus in nouo testamēto. Quod recte cōuenit Paulo, & reliquis Apostolis, qui initio noui testaméti floruerunt.

Altera expositio est, consummationem dici integram corporis, & animæ beatitudinem, quam illi non accipient ante nos, id est, ante diem iudicij, quo omnes resurgemus. Hoc verbis ipsis confirmatur, non enim dixit: ne sine nobis remunerarentur, aut, Ne sine nobis mercedē, coronam ve acciperent, vt Chrysostomus, & Græci loquuntur, sed, *Vt non sine nobis consummarentur.* Non enim consummantur sancti, beatitudinem animæ habentes, dum ea, quæ corporis est, carent.

In hæc, quæ quasi certa, & indubitata statuuntur non nulla obijci possunt, quæ non parum firma, & valida vidē 111
tur. Nā si priori modo exponas, facilè dicem⁹, id quod causa nō est, reddi vt causam, quod elenchorum vitium est. Etenim patres veteris testamenti, non ideo non acceperunt beatitudinē animæ, quia Deus honoris nostri rationē haberi volut, vt ante nos coronas nō acciperent: sed quia beati esse nullo modo poterant, cū nondū pretium solutū & cœlum apertum esset. Quare etiam si Deus nihil pro nobis melius prouideret, illi beatitudinem non fuissent assecuti ante mortem Christi. Deinde quid nos minus haberemus, si illi ante nos beatitudinem animæ accepissent? sicut enim nunc non minus nos habemus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm illi, qui initio Euangelicæ prædicationis vixerunt, quamuis illi iam diu beati sint, & nos nondum simus: quia vt illi simul atque mortui sunt, si nihil habebant pur gandum, Deum viderunt: ita nos, cùm decesserimus, & pro peccatis satisfecerimus, beati erimus. Similiter nihil minus haberemus sanctis veteris testamenti, etiam si ante nos Deum vidissent.

Idem & in posteriorem interpretationem obijci potest. Nam si illi post plurimos annos beatitudine corporum donarentur, vt cùm Christus resurrexit, nihil minus illis haberent iusti noui testamenti, qui eadē beatitudine similiter post multos annos donandi sunt, cùm dominus veniet ad iudicandum. Præterea non videtur cum
112 Apostoli sensu congruere hæc interpretatio, qui *consummationem* vocat iustificationem, & beatitudinem animæ, vt sæpe in hac epistola vidimus, vt capitul. 7. *Si ergo consummatio per sacerdotium leuiticum erat*, & cæt. Et postea *Nihil enim ad perfectum adduxit lex* τελειώσει, Et cap. 10. *Eisdem ipsis hostijs quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere.* in Græco est τελειῶσαι, quod sem per noster interpres vertit *consummare*. Quid sit autem cō summare, aut perfectos facere, ostendit continuò: *Alioqui cessassent offerri, ideo quod nullam haberent vltra conscientiam peccati cultores semel mundati.* Et postea: *Vna enim oblatione consummauit in æternum sanctificatos.* Sed illud apertissimū Philip. 3. *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim*: quod de beatitudine animæ dictū est, vt indicat quod sequitur *Sequor autem si comprehendam*, & cæt.

Tertio similiter hìc quod non est causa, reddi videtur vt causa. Nam sancti veteres non ideo non acceperūt gloriam corporis, quia Deus pro nobis melius aliquid prouidit, sed quia, vt caput prius mortuū est, deinde resurrexit, ita corpus totum prius mori oportet, vt totum resurgat, sicut responsum est martyribus Apocalyp. 6. vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interfi-
113 ciendi sunt, sicut & illi. Quartò qui cum Christo resurre

xerunt,

xerunt, sicut scriptum est Matth. 27. *Et multa corpora sanctorū, qui dormierant, resurrexerūt.* Multi ex veteribus senserūt ad vitam immortalem resurrexisse, vt Origenes in capit. 1. Epist. ad Rom, Epiphanius lib. 3. contra hæreses in hæresi Aerij, quæ est. 15. Ambrosius in Psalm. 11. in vltimis verbis, & alij. Itaque illi sine nobis consummati sunt. Quid ergo obstat, quo minus & patres sine nobis consummarentur.

Respondeo verum & germanum huius loci sensum esse, vt non sine nobis beatitudinis consummationem acciperent, quæ est gloria corporis: sicut interpretantur Augustinus Ep. 99. ad Euodium. Atq; hoc ex Paulo ipso intelligitur, qui si rectè intelligatur, *consummationem hominis*, in tegram eius beatitudinem semper appellat, vt in hac Epistola. c. 2. *Decebat enim eum, per quem omnia, &c. qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passiones consummare.* Hoc est, decebat, vt ipse etiam suæ humanitatis perfectionem, siue consummationem suam perpassiones consequeretur, vt in eundem locum ex sententia patrum ostendimus. n. 45. Christus autem nō est assecutus per passiones beatitudinem animæ, sed gloriam corporis. Et cap. 5. *Didicit ex ijs, quæ passus est, obedientiam, & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.* id est, postquam per resurrectionem, & ascensionem glorificatus est, homines ad salutē adducit, quia post hanc glorificationem homines in eum præcipuè credere cæperunt, vt diximus in eundem locū. n. 18. & cap. 7. lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habētes: sermo autem iuris iurandi, qui post legem est, filium in æternum perfectum, id est, iam nō infirmum aut morituum, sed immortalitatis gloria coronatum.

Germanus sensus huius loci.

Consummatio, & consummari.

114

Hanc interpretationem verba ex eadem epistola prolata non infirmant, sed confirmant potius. Cùm enim negat Apostolus legem aliquid ad perfectum adduxisse, aut consummationem per sacerdotium Leuiticum fuisse, aut hostias legis perfectos fecisse offerentes, non tantum de iustificatione loquitur, vt videri potest, aut etiam de animæ beatitudine, sed etiam de gloria corporis, qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

beati consummationem omnem, quam habere possunt, accipiunt. Etenim gloria corporis necessario suo tempore cõsequitur beatitudinẽ animę sicut cruciatus corporis in damnatis necessariò consequitur cruciatus animę, & beatitudo animæ necessario consequitur iustificatio-
115 nem ad finem vsque permanentem. Quare lex, quæ vi sua potest hominem iustificare, eadem illi beatitudinem animæ, & corporis affert, & illa verè homines cõsummat: & quia lex vetus homines iustificare nõ poterat, nihil ad perfectum, siue ad consummationẽ adducere potuit, quæ scilicet, à iustificatione incipit, & gloria corporis perficitur. Hoc autem dixit Paulus vt sciamus gratiã, & gloriam inchoatam, & consummatam non debere nos legi veteri, sed soli gratiæ Christi.

Illud autem: *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim*, rectè ita exponitur, vt *accipere* pertineat ad beatitudinem animæ, & *perfici*, siue *consummari*, ad gloriam corporis, vt sit sensus: Nõ hæc dixi, quasi iam nihil anima aut corpore pati possim, adhuc enim viator sum. Alij aliter interpretantur, vt de perfectione charitatis, quæ in hac vita haberi potest, Apostolus loquatur. Sed non est huius temporis in eo immorari, præsertim, cùm ijs, quæ diximus, hæc interpretatio non aduersetur: priorẽ tamẽ sensum esse germanum ostendit, quod mox ait: *Fratres ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem, quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens me ipsum, ad destinatũ persequor, ad brauiũ supernæ vocationis Dei in Christo Iesu.*

Sed illud omniũ maximè nobis videtur aduersari, quod est in huius epistolæ capite. 12. *Et Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis, & spiritus iustorum perfectorum.* Perfectorum enim est idem verbum, de quo nunc agimus τετελειωμένων, id est, consummatorum, vbi sanctos homines, qui solo spiritu beati sunt, appellat consummatos. Ad hoc respondemus contigisse in hoc vocabulo, quod in omnib⁹ cõtigit, vt eorũ latè patẽs significatio, verbo aliquo additore stringatur & coarctetur. Cũ enim dicit: *Et Spiritus sanctorum perfectorum* siue *consummatorum* iam indicat eos non esse simpliciter consummatos, sed tantum

tantum secundum animam. Vt si dicas: Petrus Apostolus spiritu consummatus est, non simpliciter consummatus intelligitur, sed secundum spiritum.

Cætera, quæ in hanc interpretationem obiecimus, illud vt explicentur, quæruntur, quid tandem incommodi nobis, iustos priorum sæculorum sine nobis corpora beata accipere, quandoquidem nihil incommodi est sine nobis beatitudinem animæ accepisse? Cur Deus in hoc melius pro nobis prouidit, quod minus est, cùm in eo, quod longe maius est, id est, in beatitudine animæ nihil putauerit prouidendum. 116

Hoc ita videtur explicandum. Etiam si veteres patres beatitudinem animæ simul atque Christus expirauit, consecuti fuerint ante nos, nihil minus nos illis habemus, quoniam simul atque morimur, si nihil superfit luendum, beati sumus. At gloriam corporis nos accipere non possumus, donec Christus ad iudicium veniat, quoniam ipse dixit Iohan. 14. *Et si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis.* Ita ipse ab æterno statuerat, vt exitus docuit. Si autem veteres patres gloria corporis donati fuissent ante nos, minus illis haberemus, quia gloria corporis careremus.

Quod si Deus statuisset singulis iustis continuo, cùm morierentur, consummationem præstare beatitudinis, tolleretur iudicium vltimum generale, cuius sunt magnæ, & euidentes vtilitates. Voluit ergo Deus bene nobis consulens, vt quoniam nos ante vltimum eius aduentũ consummandi non eramus, illi etiam Dei visione fruentes expectarẽt, vt, quia omnes vnum corpus sumus, simul resurgamus, simul de omnibus iudicium fiat, simul corporum gloriam accipiamus. 117

Sed obijcitur, nihil nos minus habituros, nam sicut illi post multos annos consummarentur in Christi resurrectione, ita nos post multos annos consummabimur in Christi aduentu. Respondetur, nos tunc minus habituros fuisse, quia patres non potuerant consummari ante passionem Christi, quia pretium non erat solutum: at nos conti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuo, cum beatitudine animæ gloriam corporis accipere debebamus, vt nihil minus illis haberemus, quia culpa generis humani non obstabat iustitiæ Dei, soluto iã pretio.

Tertio obijciebatur reddi vt causam, quod non est causa, quia veteres non consummantur ante nos, quia oportet prius mori totum corpus, non autem quia Deus me-
118 lius aliquid de nobis prouidit. Quod ita diluitur. Christũ prius mori necesse erat, quàm resurgeret, quia non resurgit, nisi qui moritur. At in corpore eius non est eadem ratio. Cùm enim non sit corpus naturale, sed mysticum constans membris separatis, id est, diuersis hominibus, poterant quædam membra resuscitari alijs in morte manentibus. In hoc ergo Deus nobis consuluit, vt cum illi resurgere possent sine nobis, vt membra corporis non naturalis, non resurgant ante nos, perinde, ac si essemus vnum corpus naturale.

Vltima obiectio, de ijs, qui Matt. 27. resuscitati dicuntur, infirma est, facile enim negari potest, illos consummatos fuisse, sed resurrexisse, iterum morituros, quod magis placuit August. Epist. 99. ad Euodium, & Thom. 3. p. q. 53. a. 3. ad 2. & alijs. Et quamuis diceremus eos resurrexisse ad vitam immortalem, notum est paucorum priuilegium communi legi nõ derogare, præsertim cum semel, aut iterum, idque non nisi iustissimis causis conceditur.

CAP. XII.

1 *IDEO quę & nos tantam habentes impositam nubem testium &c.*] Solet Paulus, vt in eius Epistolis videre licet, in extremis capitibus conuertere orationem ad morum conformationem, & ad exhortationem, quod in his duobus capitibus facit, quæ tota moralia sunt. Exhortatur ergo nunc Hebræos, postquam tot illis sanctorum exempla proposuit, qui per fidem res magnas gesserunt, & durissima quæque generosè pertulerunt, vt ipsi similiter faciant.

Testes vocat sanctos, quorum exempla protulit, qui & dictis

& dictis, & factis testati sunt, quanta sit fidei dignitas, & vis, & nihil esse tam durum, quod non sit eius causa suscipiendum. Et quoniam testes multi sunt, non multitudinem dixit, sed nubem, densam videlicet, & vndique nos tegentem. Theodoretus: Pietatis, inquit, exempla sunt vndique nobis proposita, & tanta multitudo, vt nubem densitate exæquet. Aliud etiam in hoc vocabulo adnotant Chrysostomus, & Theophylactus, nubem dixisse Apostolum, vt, quoniam ipsi tentationum, & laborum æstu affligebantur, memoria tot testium, quasi nube in æstu, recrearentur.

In Græco autem non est *impositam*, sed *circumpositam* περικείμενον, ita Chrysostomus, & Græci legunt, & Theophylactus ait: Non dixit sublatam, & in sublimi pendentem super nos, sed circumpositam, hoc est, vndiq; nos cõtinentem. Eodem modo legit Syriacus, qui vertit: *Quam obrem, cùm & nobis illi omnes sint testes, qui nubium in morem, vndique sepiunt nos.* & cæt. Sed cum in Latinis exẽplaribus, & typis excusis, & manuscriptis legamus, *Impositam*, nõ est dubitandũ Græca vetustiora ita habuisse, quæ secutus est interpres: nec immeritò, magis enim nubes imponitur, quam circumponitur. 2

Deponentes omne pondus.] Theophylactus: Hoc est, terrestrium negotiorum sarcinam, & curas illis admistas, nihil enim aliud sunt, quàm vana sarcina, & cæt. Et quoniam continuò ait: *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen*, & qui currere volunt omnem sarcinam abijciunt, rectè ait: *Deponentes omne pondus. Pondus* ergo vocat quidquid impedimento nobis esse potest ad hunc cursum.

Et circunstans nos peccatum.] Pro circunstans est in Græco εὐπερίστατον, id est, bene circunstãs. Et passiue etiam accipi potest, ac si diceremus, quod bene circũstatur. Chrysostomus, & Theophylactus interpretantur, *circunstare*, id est, vincere, vt peccatum ita dicatur, quia facile homines vincit, & facile vincitur, si velimus vti gratia Dei. Addit Theophylactus, vel propter quod facile, περισάσεις, id est, in peri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in pericula incidimus. Theodoretus interpretatus est, Quod facile contrahitur, quia sunt multæ occasiones peccandi. Ar quoniam Apostolus metaphora currentis vti
3 cœpit, rectissime exponemus, si ab eadem non recedamus. Currentem pondus impedit, ideo pondus omne iubet abijcere. Verum, etsi onera abiecerit, & expeditus sit ad currendum, non curret, si via ei intercludatur, vt si muro aliquo cingatur, sicut est in Hos. capitul. 2. *Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria & semitas suas non inueniet.* Iubet ergo vt abijciamus peccatum, quod nos cingit quasi murus quidam, & paratos ad currendum, remoratur. Hoc etiam non prætereundum: Non simpliciter dixit Peccatum, sed cum articulo τὴν ἁμαρτίαν, quia concupiscentiam carnis aduersus spiritum intelligit, quam cum articulo appellare peccatum solet, vt Roman. 7. & 8. multis in locis. Hoc ergo nunc dicere arbitror Paulum, quod alijs verbis dixit Roman. 6. *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius.* Itaque deponere peccatum, est non acquiescere cõcupiscentijs eius, non obedire illi, ita enim illud vincimus, & in dies minuimus.

Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.] In Græco est, Per patientiam curramus propositum nobis certamen. Atque ita legunt, & interpretantur Græci. Chrysostomus: Non dixit, Cestibus dimicemus, neque athletico more pugnemus, neque bella geramus, sed quod omnibus est leuius, hoc nominauit, cursum appellans, *Curramus*, inquit, *propositum nobis certamen.* Theo-
4 phylactus: Neque dixit, Addamus cursui, verum in illo ipso sustineamus, ac patientes simus. Arbitror ergo mendose in Latinis exemplaribus legi, *Ad propositum nobis certamen*, nam neque id Græco conuenit, neque propriè dici videtur, nemo enim currit ad certamen, sed ad brauium currit, id est, ad præmium, quod, celerius currenti propositum est, & ipse cursus, est certamen, sicut in Paulo videmus. 1. Corint. 9. *Nescitis quod ij, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? sic currite, vt comprehendatis.* Et cum dicitur currere ad certamen

men, Latinus non intelliget certare, sed properare in locum, in quo certandum est. At τρέχειν τὸν ἀγῶνα, id est, *Currere certamen*, est currendo certare, vt præmium bene currenti propositum consequamur. Ita igitur dicitur *Currere certamen*, sicut *certare certamen* vt. 1. Tim. 6. *Certa bonum certamen fidei* &. 2. Tim. 4. *Bonum certamen certaui.* Sed cùm dicitur *certare certamen* non intelligitur, quod genus sit certaminis, nisi aliquid addatur, vt in posterioribus verbis: *cursum consummaui.* Cùm autem dicimus *currere certamen*, iam cursus certamẽ intelligitur. Ita Cicer. 3. Off. dixit. Qui stadium, inquit, currit, eniti, & cõtendere debet, quàm maxime possit, vt vincat. Et pro lege Agraria: Cur non eosdem cursus hoc tempore, quos L. Cotta L. Torquatus consules cucurrerunt & cæt. Et Virgilius:

Tuque ades, inceptumque vnà decurre laborem,

Ita habent multi codices manu scripti, quamuis Syria- 5
cus vertit לְאַגּוֹנָא id est, *ad certamẽ.* Quodsi forte interpres vertit: *Ad propositum nobis certamen*, nunquã id faceret, nisi ita in Græco legisset, cuius rei etiam Syriacum testem habemus. Et erit sensus: Ne refugiamus timore certamen, sed potius ad illud properemus intrepide. Sed quod prius dixi, magis placet.

Aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum.] Si labor cursus nos deterret, conuertamus oculos in Iesum qui nobis dux, & autor est fidei, idemque consummator. Fides dicitur & res ipsa quæ creditur, & actus ipse credendi, vt apud Ouidium.

Crede quod est, & vis, ac desine tuta vereri,
Deque fide certa, sit tibi certa fides.

De rebus dictum est: *Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit.* De actu: *Est autem fides sperandarum substantia rerum.* Vtroq; modo Christus & autor & consummator fidei est. Autor, quia docuit nobis credẽda, & donat nobis vt credam⁹. Cõsummator, quia ea, quę credenda docuit, postea videnda præbet, & actũ fidei mutat in visionẽ. Vocabula Græca elegãtia sũt, autor enim dicit ἀρχηγὸς, ꝙ ab incipiẽdo deducitur, quasi dicas *inceptor*

Consum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consummator dicitur τελειωτὴς, quod à fine nomen habet, ac si dicas finitor.

6 Cur autem nos Christum aspicere iubeat, Chrysostomus ita explicat: *Aspicientes* vt discamus currere. Sicut enim filij parentes, & discipuli in certaminibus, magistros attẽdũt, informãtes mẽtes ex parte doctorũ, per vsũ regulas quasdam sumẽtes: sic etiã hîc, si volumus currere, & discere, vt bene curramus, ad Christũ attendamus &c. Sed cùm eũ vocat *Consummatorem fidei*, haud obscure monet, vt æternã mercedẽ respiciant, per Christũ sibi præstãdã. Deniq; cur Christũ aspicere iubeat, docet cùm ait:

Qui propositio sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta.] In Græcis codicib⁹ legitur: Pro proposito sibi gaudio Ita legunt omnes Græci, nec dubium est, ita legi debere, sed moris est festinantium librariorum, vt literã, aut syllabã demant, cùm sequens dictio ab eadem incipit, in qua præcedens finierat, vt nõnullis exẽplis ostendimus supra in hanc eãdẽ Epistolã. c. 5. n. 18. & c. 3. Habacuc. n. 62. Ita cum scribendum esset, *Propropositio sibi gaudio*, scripserunt, *Propositio sibi gaudio*. Quare vt occasio tollatur erroris, rectè alij vertunt: *Pro gaudio sibi proposito*.

7 Verùm sciendũ est præpositionem ἀντὶ propriè apud Græcos, poni cùm vnum tollitur, & alterum eius loco substituitur, quod Latine vertitur, Pro vt Psal. 44. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij*. Matt. 2. *Audiens quod Archelaus filius eius regnaret pro Herode patre suo*. Iac. 4. *Pro eo, vt dicatis, si Dominus voluerit* &c. Hoc est, ita dicitis, pro eo, quod dicere debebatis &c. Atque ita sensus est: loco gaudij sibi propositi, elegit crucem. Hoc est, cùm posset non mori, & incolumitate, atque immortalitate corporis gaudere, voluit tamen mori. Chrysost. Hoc est, licebat illi nihil pati si voluisset. Non enim peccatum fecit, neq; dolus inuentus est in ore suo, sicut & ipse dixit in Euangelio *Venit princeps huius mundi, & in me non habet quidquam*. Eodem modo interpretantur Theod. Theophy. Oecumen.

Pro.

Atq; hic germanus huiꝰ loci sensus est: quẽ etiã reddũt verba nostræ translationis, etiam si nõ addatur, Pro: in hũc modũ. Proposito sibi gaudio, id est, cũ sibi gaudiũ propositum

situm esset, effugiendi videlicet dolores mortis, & communicandi continuò suo corpori immortalitatem, & gloriam, noluit gaudium, sed crucem.

Sed quoniam eadem præpositio interdum etiam valet 8
apud Græcos idem, quod *propter*, vt in nostris literis videmus, Mar. 10. *Et dare animam suam redemptionem pro multis* & in hoc ipso capite, quod nunc interpretamur. *Qui pro propter vnam escam vendidit primitiua sua*: rectè verba Græca ita exponi possunt, Qui propter grudium sibi propositum sustinuit crucẽ. Ita etiam Theodoretus interpretatus est: Seruatoris, inquit, gaudium est salus hominum. Pro ea passionem subijt &cæt. Dicemus ergo propositum Christo fuisse gaudium salutis omnium hominum, & gloriæ Dei per totum orbem terræ, exaltandæ: tum etiam gloriæ corporis sui, & tot hominum, à quibus adorandus, & colendus erat, tot templorum sibi erigendorum, tot sacerdotum à quibus coleretur, tot præconum, quorum vocibus prædicaretur, & propter hoc gaudium sustinuisse, atque elegisse confusionem crucis. Arbitrorque Apostolum ad illud respicere, quod Lucas scripsit cap. 22. *Apparuit autem illi Angelus de cœlo confortans eum*.

At quo modo hoc fieri potuit, cùm doceat S. Thomas 9
3. par. quæst. 46. ar. 6. Christum reliquisse in passione potentias suas, vt agerent, & paterentur secundum propriã naturam, ita vt ex ratione nihil in sensum redundaret cõsolationis, aut gaudij: quemadmodum redundabat in martyribus. Quod etiam docuit Euthymius in illud Matt. 26. *Pater mi si possibile est*. &cæt. Et Damascenus lib. 3. de fide capitul. 18. &. 19. Quo modo enim confusionem, & crucem, quam metuebat, contempsit, propter gaudium sibi propositum, si non gaudiũ venit ad partem illam animæ, quæ metuebat, id est, adsensum.

Respondeo veram esse Damasceni, & Euthymij, & Thomæ doctrinam, Atque ideo (vt rectè exposuit Caietanus in. 3. part. quæst. 12. art. 4.) oportuit, vt Angelus parti inferiori plenæ dolore, & à superiori destitutæ, conuenientia oblectamenta proponeret, vt erigeretur, & spe tot bonorum, quæ ex passione futura erant, crucem libẽter, ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter ac generose sustineret. Non quod Angelus Christum instruxerit, vt bene docet S. Thomas loco citato. q. 12. ex Beda in eadem verba Luc. 22. (Christo enim notæ erant illæ rationes) sed ita eas intelligentia cernebat, vt nihil in inferiorem partem permanare sineret. Quare vt humanæ naturæ proprietas, & vis passionis planè appareret, voluit rationes illas per Angelum sensui proponi. Itaque sicut tentatus fuit à diabolo (inquit Caietanus) exterius proponente obiecta inuitantia ad malum: ita confortatus est ab Angelo exterius proponente obiecta cõsolatoria. Hoc ipsum confirmat idem Caietanus in cap. 22. Lucæ.

Sed cur hæ rationes non veniunt ab intellectu in sensum proponente Angelo? Quia superuacaneus tunc esset aduentus Angeli, plures enim rationes erant in intellectu Christi, quàm ab Angelo proponerentur: & non Angelus Christum confortasset, sed ipse se, & non esset tanta passionis acerbitas, & miraculum illud dissolueretur. Si enim consolatio ab intellectu transiret ad sensum, quoniam rationes erant multæ, & validæ, plurimum consolationis acciperet. At quando exterius consolatio proponitur, nihil iuuante intellectu, parua est consolatio, & continuo fluctibus præsentium malorum obruitur, sicut contigit Christo, de quo continuò legimus: *Et factus in agonia prolixius orabat*, &cæt. Apparuit autem Angelus visibili specie, vt illa sensus Christi recrearetur, & proposuit extrinsecus obiecta oblectantia, quibus imaginatio moueretur, & pars inferior oblectaretur.

Atque in dextera sedis Dei sedet.] Illa patientia, & humilitate tantum honorem consecutus est, vt in dextera Dei sedeat. Quare vos aspicite eius passionem, & gloriam pro passione datam considerate, vt nihil persecutiones vestrorum timeatis. Legendum est autem *sedit*, vt est in Græco & in Syriaca translatione.

Recogitate enim eum, qui talem] &cæt. Chrysostomus: Si enim proximorum passiones erigunt nos, quantam alacritatem nobis effecerint Domini passiones? &cæt. Quid autem Apostolus *contradictionem* vocet, ita explicat idem Chrysostomus. Plagas, quas accipiebat in capite, irrisiones, in

nes iniurias, improperia, illusiones, omnia hæc nomine cõtradictionis intimauit, & non illa tantum, sed & alia, quæ circa omnem docentis Christi vitam contigerunt & cæt. Theop. plena significatiæ est dictio *talem*, hoc est, ad mortem vsque perducentẽ, cui latrones simul adiudicati erãt, idq; à peccatoribus, ethnicis videlicet, ipsisq; Iudæis &c. Pro *recogitate* est ἀναλογίσεσθε hoc est reputate, expendite, serio cogitate. Et pro *enim* est in quibusdam γαρ in alijs οὖν hoc est, recogitate itaque Quare recogitate, aut; recogitate ergo. 10

Vt ne fatigemini animis vestris deficientes] Pro deficientes est ἐκλυόμενοι id est, dissoluti & cũ hoc verbo iungitur, *animis vestris*, ac si dicat Recogitate Christi passionẽ, vt persecutionibus, & afflictionibus nõ defatigemini, & animis vestris dissoluamini deficientes, & laboribus cedẽtes. 15

Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis] Quoniam. c. 10. dixerat. Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio sustinuistis: nunc ait: Multa quidem passi estis, ne in peccatum infidelitatis à contribulibus vestris traheremini; at sanguinem nondum fudistis. In Græco nõ legimus, *enim*, neque in Syriaca trãslatione, sed interpres videtur illud addidisse, vt penitus sensum Apostoli explicaret. Est enim ac si diceret, Recogitate Christi passionem, quia quamuis multa sustinueritis, nondum tamen sanguinem fudistis pro Christo, sicut Christus fudit pro vobis.

Aduersus peccatum repugnantes] Pro Repugnantes est in Græco elegans verbum ἀνταγωνιζόμενοι, quod est eorum qui totis viribus in agone certant, vt vincant aduersariũ Quod rectè interpretatur Theophylactus. Porro cũ dicit Restitistis, ostẽdit peccatũ vehemẽs, quidda spirare, esseq; eis oppositum, ipsos autẽ stantes, & contra nitentes &c. 12

Et obliti estis consolationis] &cæt. locum ad eos magis cõfirmandos profert ex. c. 3. Prouer. quẽ cõsolatione plenũ esse dicit, quia in eo, qui persecutionẽ patiuntur, filij Dei vocantur, & dilecti. Tacite autẽ eos reprehẽdit, quòd in illa afflictione non adcurrant ad scripturam, vnde opem

Universidad de Deusto
Biblioteca

petere possunt aduersus omnes calamitates, sicut ait Ro. 15. *Vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus.*

Fili mi, noli negligere disciplinam Domini.] Verba Salomonis refert, vt sunt in translatione lxx. quæ nihil ab eo discrepant, nisi vbi ait: *Flagellat autem omnem filium, quem recipit*, vt mox dicemus. Quid nunc in *disciplina* intelligat, manifestè ostendit, cùm ait: *Quem enim diligit Dominus, castigat*, flagellat autem omnem filium, quem recipit. 13
Pro disciplina aũt in Hebræo est מוּסָר & in Græco παιδεία quæ sine dubio eruditionem significant, non flagellationem, vt passim videmus in prouerbijs, vt cap. 1. *Ad sciendam sapientiam, & disciplinam.* Et postea: *Audi fili mi disciplinam patris tui* & cæter. Vnde igitur pro castigatione, & flagellatione nunc accipitur? Ex fine, inde enim actus liber habere nomen debent, vnde habent speciem, hoc est, à fine. Cum autem Deus flagellat, non flagellare cupit, aut punire, aut dolore nos afficere, sed erudire nos, vt recta via incedamus, & sæcularia contemnentes, cœlestia quæramus. 2. Machab. 6. *Sed reputent ea, quæ acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionẽ esse generis nostri. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium.* Et Deu. 8. cum meminisset Moyses afflictionum populi ait: *Vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus eruditte, vt custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in vijs eius & timeas eũ.* Prou. 13. *Qui parcit virgæ, odit filium suum, qui autem diligit illum, instanter erudit.*

Vt igitur *erudire* dicit scriptura pro *castigare & flagellare*: ita disciplinã sæpe vocat *flagellationẽ & castigationẽ* vt Leu. 26. *Immittãque in vos bestias agri, quæ cõsumẽt vos, & pecora vestra*, &c. *Quod si nec sic volueritis recipere disciplinam, sed & ambulaueritis ex aduerso mihi* & cæter. Prouerb. 22. *stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.* Et. c. 14
23. *Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur.* Et vt sciamus nihil nobis nocere posse inimicos nostros, nisi Deo volente, aut permittente, persecutiones eorum, Dominus disciplinam suam vocat

Nec di

Nec dixit: Noli odisse disciplinam Domini, aut, Noli contristari disciplina Domini, sed noli negligere μὴ ὀλιγώρει, ne parui facias, quasi dicat, donum Dei magnũ est, quod te affligi sinat, & te erudiat, & vt diximus ex. 2. Mach. 6 *Magni beneficij est indicium*, agnosce illud, & magni facito, scito vti tanta misericordia, neque tibi eam elabi sinas.

Neque fatigeris, dum ab eo argueris.] Pro, *Neque fatigeris*, est in nostra translatione, *Neque deficias*, quo modo paulo ante vertit idem verbum, Animis vestris deficientes. In Græco est vt superius adnotaui, *Ne dissoluaris animo, ne despondeas animum*, quasi Deus te oderit & tibi iam benefacere nolit. Quid sit autem, *Dum ab eo argueris*, intelligimus ex verbo, quo vtitur in prouerbijs nostra Trãslatio: *Dum ab eo corriperis*, id est, dum ab eo reprehẽderis & affligeris. Arguimus aũt & verbis, & factis: verbis vt. 1. Tim. 5. *Peccantem coram omnibus argue.* 2. Tim. 4. *Argue, obsecra, increpa.* Factis, vt Psal. 6. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* 2. Reg. 7. *Qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum.* Vtroque modo hoc in loco, quem nunc interpretamur, accipitur, quemadmodũ & Apoc. 3. vbi Dominus ad eadem Salomonis verba alluſit. *Ego quos amo, arguo, & castigo.* *Arguo.* 15

Quem enim diligit Dominus, castigat.] Chrysostomus: Nõ potes dicere quia est iustus aliquis, qui expers tribulationis existat & si sic nobis videatur, sed nos ignoramus alienas tribulationes. Proinde necesse est omnem iustum per pressuras, tribulationesque transire & cæt.

Flagellat autem omnem filium, quem recipit.] Cum enim filius omnis, & si bonus sit, quædam habeat corrigenda, veri patris est corrigere, & vt illa deleãtur, & vt rebus huiusmodi non assuescat. Neque bonus pater esset, qui filiũ suũ non erudiret. Illud autem, Quem recipit, ita interpretatur Theophyl. Quem approbat, quem præ cæteris assumit, & familiarem amicum sibi conciliat. Chryſ. Non dixit, omnis qui flagellatur filius est, sed, omnis filius flagellatur. Sunt quidem plurimi, qui flagellantur, maligni, sicut homicidæ, latrones, sepulcrorũ deprædatores: sed illi pro sua iniquitate supplicia patiuntur, & non sicut filij

Universidad de Deusto
Biblioteca

flagellantur, sed sicut pessimi puniuntur, nos autem sicut filij, & cæt. Pro eo quod Paulus, & lxx. vertunt.

16 *Flagellat autem omnem filium, quem recipit*, in Hebræo, & in nostra translatione est: *Et quasi pater in filio complacet sibi* causa varietatis translationum, & sensuum est in Hebræo. Si enim legamus, vt nunc legitur וּכְאָב significat, *Et sicut pater*, quo modo legit Hieronymus, & ita optime redditur sensus nostræ translationis si autem, quæ prima littera est, minus protendatur & fiat ו iod, significat, flagellabit, siue flagellat, quoniam verbum Hebræũ significat dolere & in Hiphil, facere dolere vulnerare flagellare. Atq; ita duplex sensus verborum Salomonis duplici translatione nobis redditus est.

Sed quoniam obijci potest, Salomonem non vtroque modo scripsisse, sed altero tantum, atque ita primam literam vel vau fuisse, vel iod, quo modo vterque sensus reddi non potest: dicamus eum scripsisse litera vau, quæ addita verbo illi præteritum vertit in futurum, vt significet, *flagellabit*, nam multa sunt verba apud Hebræos, quæ in Cal habent significationem verborum Hiphil.

17 Sed dices, Tunc legetur וּכְאָב: si autẽ significare debet *sicut pater*, legendum est וּכְאָב & Salomon, quamuis sine punctis scripserit, alterum tamen horum sonum in mente habebat, cùm scribebat, & alterum, ac non vtrumq; scribere voluit. At hoc nihil est, quod nos moretur: nã בְּ & בַּ scribunt passim Hebræi, vt significent, *sicut*.

Possumus etiam ita interpretari Hebraica, vt Vatablus *Et quasi pater filium*, subaudi corripit, *in quo sibi complacet*, id est, quem valde amat. Ita etiam vertit Rodolphus Bainus in eundem locum: *Quem enim diliget Dominus castigabit & vt pater filium castigat, cui bene volet* vel quem vnice diliget. Nec multum dissimile est quod transtulit Chaldæus *Quoniam, quem diligit Deus, corripit, & sicut pater, qui corripit filium suum.* Ad eundem sensum possunt etiam exponi verba nostræ translationis: *Et quasi pater in filio complacet sibi*, sicut pater facit in filio, in quo sibi bene complacet, id est, quem valde amat.

In dis

In disciplina perseverate.] Chrysostomus: Non in supplicijs, neque in tormentis. Vide quid ait Paulus, vnde putabãt se derelictos esse, ex hoc dicit eos magis credere debere, quoniã non sunt derelicti. Veluti si diceret: Quia tãta passi estis, putatis quod vos odio habeat, vel dereliquerit Deus? Si enim hæc non pateremini, tunc magis hoc vos cõijcere competebat. Si enim flagellat omnem filiũ, quẽ recipit; qui non flagellatur, sine dubio non est in numero filiorũ &c. Pro *In disciplina perseverate*, in Græcis codicibus est, si disciplinã sustinetis, & statim sequitur: *Tanquã filijs* 18
vobis offert se Deus. Ita legunt Theod. & Theophyl. & Oecumen. vt ex eorum interpretatione intelligitur, sed Chry. sine dubio legit, vt nos habemus, vt indicat eius interpres vertens: *Non in supplicijs, neque in tormentis.* Ita etiam Syrus, qui vertit: *Sustinete igitur correptionem.*

Error ex eo ortus est, quod si sit sensus: si disciplinam sustinetis, scribitur, εἰ παιδείαν ὑπομένετε, Si autem *In disciplina perseverate*, priori dictioni additur sigma. Atque ita legisse Chrysostomum constat, quoniã & si verba Apostoli sine sigma in vltima dictione scribãtur errore describentium, sine dubio sigma addẽdum est, quoniam statim ait Chrysostomus non in punitionem, neque in vltionem neque in malè pati. Quod recte non diceretur, nisi ita, vt diximus, legisset. Cùm ergo Græca vna addita litera, aut detracta vitietur, & latina multo difficilibus vitiari possint, non est dubitãdum, quin error in Græcis sit, nõ in Latinis. Et sensus est: Permanete, siue perseuerate in disciplinam, perseuerate in disciplina, ita enim sæpe Apostoli loquuntur. Ita etiã interpretari licet, Tolerate, vt eruditamini à Deo, perseuerate ferendo, vt Deus perficiat quod vult.

Tanquam filijs vobis offert se Deus.] Agnoscite vestram 19
felicitatem, non vos abijcit Deus, sed ad vos venit, vt ad veros filios pater.

Quod si extra disciplinã estis χωρὶς παιδείας, Extra disciplinã aut sine disciplina, cuius omnes, qui filij sũt participes sũt.

Ergo adulteri, & nõ filij estis.] Sine dubio legẽdũ est, *Adul* 18
terini, Scilicet, filij, & non filij simpliciter, vt qui legitime

Universidad de Deusto
Biblioteca

precreati sunt. In Græco est νόθοι, id est, filij adulterini, aut spurij.

Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus.] Patres carnis vocat, quia carnem nostram genuerunt, animam nobis non dederunt. *Eruditores* autem vertit, quod est in Græco, παιδευτάς, id est, *castigatores*, aut (si ita dici posset) *disciplinatores*, id est, illi, qui carnem nostram genuerunt, flagellabant nos, & eis obediebamus. Syriacus: *Quod si patres nostri, qui erant secundum carnem, castiganerunt nos.* Theophylactus: *Si enim cùm carnales patres nos castigabant*, &cæt.

20 *Non multo magis obtemperabimus patri spirituum, & vivemus.*] In quibusdam codicibus corruptè legitur: *Num multò magis*, & cæter. cum ex Græco, & ex consequentia sermonis constet legendum esse, *Non multo magis*, &cæter. A minori ad maius argumentatur: Quantò magis obediendum est Deo, qui animas nobis dedit, & corpora; præsertim cum hæc obedientia vitam nobis pariat sempiternam? Theophylactus: Non dixit, Quantò magis sufferemus, sed obtemperabimus, ὑπήκοοι, quod sit cõtranitentis, & aduersantis Deo, non sustinere afflictionẽ.

Et illi quidem in tempore paucorum dierum] &cæte. Græca sunt apertiora, ex quibus melius locus intelligetur. Cæpit argumentari à minori ad maius, à patribus corporum ad patrem spirituum, & nunc idem facit. Patres, inquit, corporum erudiebant, siue castigabant nos in tempore paucorum dierum, id est, In tempus paucorum dierum: Græcè ad paucos dies castigabant nos, vt rectè nos gerere sciremus in rebus, ad hanc vitam paucorum dierũ pertinentibus. Atque id quidem non semper ad ea, quæ verè vtilia nobis essent, castigabant nos, sed secundum voluntatem suam. In Græco est iuxta quod ipsis videbatur. Hoc est, castigabãt nos, vt ea disceremus, quæ sibi vtilia videbãtur, cũ sæpe fiat, vt illa vtilia nobis nõ sint. *Hic aũt*, id est, pater spirituũ, castigat nos vt ea discamus, atq; faciamus quæ vere nobis vtilia sunt, nec fallitur vnquã, vt illi, Et vt magis explicet quod dixit, *Ad id quod vtile est* addit *In recipiendo sãctificationẽ eius*, id est, ad recipiẽdũ sanctificationẽ ipsius.

sius. In Græco est ad hoc, vt participes simus sanctitatis eius: quo adeò vtile est, vt vitã æternã, & bona æterna nobis cõciliet.

Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur] &cæt. Omnis castigatio, cum venit, dolorem affert, nec videtur gaudium aliquando esse allatura, afferet autem maximũ. Itaque cũ dicit, *videtur*, propterea ita loquitur, quia, si recte inspiciatur, fructũ, & gaudiũ allatura intelligi poterit, sed primo aspectu id non apparet. Nec de gaudio præsenti loquitur, sed de futuro: Adeò tristis est, vt nullã vnquã voluptatem allatura videatur. Theop. Pulchrè autem *videtur* ait, non enim verè est mœroris. Quo modo enim fuerit mœroris, cùm sit lætitiæ mater? sed nostri respectu, qui ægrè ferimus disciplinam, & castigationem, *videtur* dictum est.

Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ] Gaudium, quod nunc allatura non videtur, postea afferet & fructum iustitiæ ijs, qui in ea exerciti fuerint. Pro Exercitatis est verbum elegans γεγυμνασμένοις, quod de ijs dicitur, qui nudi exercebantur ad palæstram, vnde & gymnasia dicta sunt loca, in quibus athletæ exercebantur. 1. Mach. 1. *Et ædificauerunt gymnasium in Ierosolymis secundum leges nationum.* Theophylactus: obserua autẽ quod *exercitationem* vocet, disciplinam, quippe quæ confortet fideles, ac velut quosdam athletas, & robustiores faciat. Quid igitur eam auersamini, quæ animas vestras confirmat? Chrysostomus: Benedixit: *Qui per eam exercitãtur* hoc est, qui tolerant plurimo tempore patienter. Gymnasiũ. 22

Fructum autem *iustitiæ* vocat sanctitatem eximiam, quã huiusmodi exercitatio in anima efficit, & beatitudinem quæ fructus est, ex iustitia debitus ijs, qui legitimè pugnauerint. Vbi nos habemus pacatissimum est εἰρηνικὸν, id est, *pacificum*, quod Theophylactus interpretatur, turbatione vacantem. Intelligit autem fructum quo summa cum pace & trãquillitate animi perfruemur, cuiusmodi fructus exercitationes athletarũ, aut huius sæculi honores, aut voluptates ferre nõ possunt solet aũt Interpres positiua nomina, in superlatiua vertere. cũ videt sensũ scriptoris magnũ quippiã significare, vt. 2. Tim. 1. *Timotheo carissimo filio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite.] Theophylactus: veluti ad pugiles quosdam, & certatores dixerit, &c cat. Alludit autem (quoniam scientibus legem, & prophetas loquebatur) ad verba Isaiæ ca. 35. ad eos exhortandos, quæ ita habent in nostra translatione: *Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.* Manus remissæ, sunt quasi dejectæ, & nihil ferè facere valentes. Ideo iubet Apostolus, vt manus remissas erigamus: & propheta monet, vt confortentur. In genu robur cruris est ad incessum, atque ad cursum, & genuum solutio, imbecillitatis 23
indicium est, & ægre se se mouentis, vt latius ostendimus in cap. 2. Nahum. n. 65. in illud: *Et dissolutio geniculorum.* Monet igitur, vt fortes sint ad currendam viam mandatorum Christi, & ad studium bonorum operum; ne persecutionibus dejiciantur.

Et gressus rectos facite pedibus vestris.] Quid sit gressus rectos facere, ex eius contrario intelligitur, *Vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur.* Defectio virium, & solutio genuum, aut denique cruris ægritudo efficit, vt gressus rectos non faciamus, sed claudicemus. Claudicare, dicitur, qui nunc in hanc, nunc in illam partem inclinat, neque vnquam rectè incedit. 3. Reg. 18. *Vsque quo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal sequimini illum.* Monet igitur, vt Christum omnino sequatur, non partim Christum, partim Iudaismum, ita Christum tenentes, vt necessarias etiam, legis cerimonias putent: timebat enim Paulus ne si à Christo omnino non dimouerentur persuasione Iudæorum, saltem ab eis obtineretur, vt legem coniungerent cum Euangelio, quasi à Deo datam, & necessariã. Ita Iudæi sentiebant, vt videmus Actorum. 15. *Et quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres: Quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari.* Hæc verba (vt etiam Theodoretus adnotauit) 24
desumpta sunt ex ca. 4. Prouerb. vbi nos habemus: *Dirige semitas pedibus tuis*, & apud. lxx. sunt eadem verba, quæ apud Paulum legimus. Videbiturque fortasse interpres in hoc loco Pauli, aberrasse à sensu Salomonis. Salomon enim de semitis loquitur, per quas ambulamus. Interpres autem

autem deambulatione ipsa interpretatur: *Gressus rectos facite pedibus vestris.* Accedit, quod Theophylactus, quem & Erasmus sequitur, docet τροχιάν, significare vestigium rotæ currus, vel locum subiectũ currentium pedibus, quod & vocabulum Hebræum quo Salomon vsus est, indicat, quod semitam significat, vt hic vertit Hieronymus, & Prou. 2. *Et omnem semitam bonam.*

At verò interpres eleganter vertit, nec reprehendi potest: quoniã, nisi ita vertisset, ipse potius aberrasset à sensu Pauli, qui planè de ambulatione, siue de gressib⁹ loquitur, vt indicãt verba sequẽtia: vt nõ claudicãs quis erret, magis aũt sanetur. Nã quod Erasmus interpretatur. Ne claudicatio abducat à via, præsertim cùm sit angusta, nihil ad rẽ, quia claudicatio nihil ad rectam viam facit, nec satis apte diceretur: Parate viam rectam, vt nemo claudicet. At si dicas: gressus rectos facite vt nemo claudicet, rectè dicas, 25
quia claudicatio cum recta via non pugnat, sed cum gressibus rectis. Dicendum ergo est vocem illam Græcam nõ tantum vestigium rotæ currus significare, sed etiam cursum, atque etiam gressus, siue ambulationẽ, vt Hesichius Suidasque interpretantur. Idem de Hebræo vocabulo dicendum est, quod & semitam significat, & gressus qui per semitam mouentur. Ita in hoc ipso loco accipiendum est, sicut etiam Baynus in commentarijs eiusdem loci testatur. Affirmat enim pro *Dirige semitam pedibus tuis*, in Hebræo esse: libra gressus pedum tuorum, id est, vide quomodo ambules, rectè incede. Atque ita omnino accepit Apostolus.

Vt non claudicãs quis erret.] In Græco est *ne quod claudũ est aberret*, cuius sensus est. Ne claudicatio abducat à via, vt dixit Erasmus, ne, si non rectè incedatis, si gressus rectos non facitis pedibus vestris, pes claudus exeat è via recta. Ne id patiamini, sed potius illud curate, vt gressus rectos faciat. Pedes affectus animi sunt, quibus accedit ad Deum, aut ab eo recedit. Monet ergo, vt rectam voluntatem, rectos affectus habeant, recte Christum sequantur, neque ad Iudaismum redire velint, sed si quem huius rei senserint affectum, aut alterius

quæ cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ cum Christi Euangelio, & voluntate non satis congruat, sinant illum. Syrus: Ne membrum claudum aberret, sed sanitati restituatur?

26 *Pacem sequimini cum omnibus.*]Hoc dicit ne forte odio aliquo prosequerentur eos, à quibus vexabantur, nec satis putauit dicere: *Pacem sequimini*, nisi adderet *cum omnibus*, cum illis etiam, qui vos persequuntur. Quod magis exposuit idem Apostolus Rom. 12. *Si fieri potest, quod in vobis est, cũ omnib⁹ hominibus pacẽ habẽtes.* Vsus aũt est elegãti verbo διωκετε, qd quidã vertũt, *persequimini*, Theophylact⁹: rẽ puta etiã, qđ dixit, *persequimini*, hoc est, pacẽ etiã remotã, ac quę, pcul est, studete cõprehẽdere, advos ipsos attrahẽtes, &c. Ita nũc interpres vsus est hoc verbo *sequor*, vt cũ fugiẽtia sequimur, quę capere, maximè cupim⁹, & idẽ significat apud Græcos verbũ illud Græcum, sicut cũ ait Virgilius:

Ecloga. 2. *Torna Iœna lupum sequitur, lupus ipse capellam,*
Florentem cytisum sequitur lasciua capella,
Te Corydon o Alexi, trahit sua quemq; voluptas.

Ita enim, Virgilius dixit, *Sequitur*, vbi Theocritus dixerat διώκει, Alludit Apostol⁹ ad illud Ps. 34. *Inquire pacẽ, & persequere eam* vbi pro *Persequere* est idem verbum in Græco.

27 *Et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.*) Sanctimoniam Græcè ἁγιασμοῦ, ideſt, sanctificationẽ, quam Chrysostomus, & Theophylactus, & in hæc verba, & in illa Matth. 5. *Beati mundo corde*, de castitate interpretantur, ita etiã Theodoretus, & Oecumenius. Et rectè ita exponitur Solet enim Paulus interdum hoc modo vti hoc vocabulo, vt. 1. Thess. 4. *Hæc enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrũ, vas suũ possidere in sanctificatione, & honore, nõ in passione desiderij, sicut & gẽtes, quæ ignorãt Deũ.* Et Rom. 6. *Sicut enim exhibuistis mẽbra vestra seruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ: ita nũc exhibete mẽbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ:* vbi *iniquitatẽ* appellasse videtur adulteriũ, *immũditiã* verò alias libidines, quæ sine proximi iniuria fiũt. Et. 1. Tim. 2. *Saluabitur aũt per filiorũ generationẽ, si permãserint in fide, & dilectione, & sanctificatione cũ sobrietate.* Hoc aũt dixit, quoniã Hebræi fugati à suis, inter gẽtiles versabãtur, qui carnis peccata pro

Sanctificatio, Sanctimonia.

ta pro nihilo habebãt. ¶ Sed siquis sanctimoniã, aut sanctificationẽ nũc interpretetur puritatẽ animi, rectè etiã interpretabitur; & vtiliter, atq; opportune eos monebit, vt puritatẽ animi seruẽt, ne fortè putẽt satis sibi esse fortiter pro fide certare, & persecutiones pati, atq; ita minora peccata contemnere incipiant, quibus anima polluitur, & in peiora paulatim delabitur, ac si dicat: Nolite puritatem animæ contemnere, non poteritis sine illa Deum videre,

Contemplantes, nequis desit gratiæ Dei.) Hæc aũt ita accipi possunt, vt quisq; curet ne ipse desit gratiæ Dei: aut ne alij desint gratię Dei. Et hoc posteriori modo intellexit Chrysostomus, qui ait: sic cũ eis loquitur, quasi numeroso comitatu viatorũ, lõga itinera per mearẽt, veluti si diceret: Attendite vobis nequis vestrũ remaneat. Non hoc tantũ requiro, vt vos soli perueniatis, sed etiã vt inspiciatis & cęteros. Ita etiã Theodoretus, & Theophylactus & Oecumenius. Et merito ita exponũt, quoniã vbi nos habemus, contẽplantes, est ἐπισκοποῦντες, ideſt, *Superintẽdẽtes, & aliorũ curã habentes*, vnde nomẽ *Episcopi* deductũ est. Deesse aũt gratiæ Dei ille dici solet, qui Dei vocationi, & inspirationibus minimè respondet. At nunc paulò aliter accipitur: ita enim vertere possumus verbũ verbo, *Nequis deseratur à gratia Dei, vel ne quis priuetur gratia Dei*, quod est, nequis in peccatũ incidat, per quod Dei gratia priuetur. Nã ὑστερεῖν, quod habemus pro *desi*, est deesse aliquid alicui, vt Matt. 19. *Oĩa hæc custodiui à iuuẽtute mea, quid adhuc mihi deest?* Luc. 22. Nũquid aliquid defuit vobis? Et. c. 4. huius epistolæ: *Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeũdi in requiem eius, existimetur aliquis ex vobis deesse.* Quod Theophylact⁹ (vt suo loco diximus) exponit: Ne quomodo deficiat, aut frustretur ingressu in requiẽ hãc pmissã. Chrysostomus: Quid dicit gratiã Dei? Bona futura, euangelicã fidẽ, optimã conuersationẽ, omnia quippe hæc, Dei sunt gratiæ.

Nequa radix amaritudinis sursum germinans impediat.) Posset hoc ita exponi. Contemplamini, ne quod germen amarum in animo exortum impediat profectum vestrum. Chrysostomus: Etenim amarum dixit esse peccatum. Enimuerò peccato nihil amarius. Et hoc norunt, qui post admissum peccatũ, conscientiæ mœrore macerantur, & dira

29

Universidad de Deusto
Biblioteca

& dira satis amaritudine consumuntur &c. Theodoretus Radicem amaritudinis, & mala dogmata, vitamque corruptam, & deprauatam vocauit, & cæt. Itaque monet, vt diligenter interse considerent, ne vel dogmata à veritate aliena exoriantur, vel peccata alia, per quæ multi inquinentur, id est, non solum qui ea faciunt, sed alij etiam eorum exemplo. Hoc autem dicit, quoniam nisi puritati vitæ studeant, sed vitia exoriri sinant, paulatim persecutionibus vincentur, & ad Iudaismum redibunt.

Chrysostomus, & Theophylactus, & Theodoretus dicunt hoc esse, quod alijs verbis idem Apostolus scripsit Galat. 5 *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Idem, præter Theodoretum admonent, hæc verba desumpta esse ex Deut. 29. vbi legimus: *Ne forte sit inter vos vir, aut mulier, familia, aut tribus, cuius cor auersum est hodie à Domino Deo nostro, vt vadat, & seruiat dijs illarum gentium, & sit inter vos radix germinans fel, & amaritudinē* Apud lxx. sunt eadem ferè verba, quæ nunc legimus in Paulo.

Ex his duo intelliguntur. Primum est, melius hæc verba exponi, si radicem amaritudinis intelligamus hominem peccatorem, qui exemplo suo noceat alijs, quoniam ita videtur intellexisse Moses, & Chaldæus vertit: *Ne forte sit in vobis vir cogitans peccata, aut superbiam.* Ita etiā Theophylactus. Ne quis prauus ad plorum perniciem relinquatur & cæt. Et conuenit cum sequentibus: *Ne quis fornicator aut profanus* & cæt. Alterum est, fieri potuisse vt in textu Græco pro ἐνχολῇ, id est, *infelle* errore typographi positū fuerit ἐνοχλῇ id est, *impediat* siue *obturbet*, quoniam apud lxx. planè legimus, *Nequa radix sit in vobis sursum germinās in fel, & amaritudine.* Sed quoniā & noster interpres, & Græci patres, & translatio Syriaca legerunt in Paulo ἐνοχλῇ, hoc est impediat, id magis probemus, magis enim conuenit cum sensu Apostoli, & plenior oratio est.

Ne quis fornicator, aut profanus, vt Hesau.] Explicat per partes, quod vniuersè dixerat: *Ne qua radix amaritudinis* & cæt. Ac si diceret: Radicem amaritudinis intelligo, fornicatores, profanos, & similes. *Profanos*, hoc est, βεβήλους, interpretatur Chrysostomus gulosos, & intemperantes & spiritualia repellentes. Theophylactus: Non hoc dicit, quod fornicator Hesau fuerit, sed eo vsq; siste: *Nequis fornicator in vobis sit.* Deinde ab alio principio dic: *Neque profanus vt Hesau*, hoc est, gastrimargus, helluo, vorax, mundanus, spiritualia profanās, & conculcans: datum enim à Deo honorem primogenitorum vendidit, idque pro vna esca. Hæc verò est profanatio, contemptus nimirum diuinarum rerum, & c.

Vt hoc melius intelligatur, meminerimus eius, quod c. 7. nō semel dictum est, traditionem Hebræorū esse, quam refert Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Gen. Et in Ep. 126. ad Euagrium, ante legem primogenitos fuisse sacerdotes, atq; illud Gen. 27. *Et vestibus Hesau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eū.* Hebræos eodē Hieronymo referēte, de vestibus sacerdotalibus interpretari; quas Hesau, vt primogenitus, habebat. Idem docet Clemens lib. 8. Constitu. Apost. cap. 3. Et S. Thomas. 2. 2. q. 100. a. 4 & in hunc locum Pauli. Itaque quoniam primogenituræ adnexum erat sacerdotium, rectè Hesau profanus dicitur, qui rem sacram cōtempsit, & violauit. Historia est in cap. 25. Geneseos, vbi magis etiam intelligitur, cur profanus dictus sit. *Iuranit* (inquit) *ei Hesau, & vendidit primogenita. Et sic accepto pane & lentis edulio, comedit, & bibit, & abijt parui pendens, quod primogenita vendidisset.* Non solū vendidit, sed parui pendit, quòd vendidisset. Hoc autem dicit nunc Paulus, ne Hebræi ius filiorum Dei, & æternæ beatitudinis, quod habebant, contemnerent, vt bona sua recuperarent, aut vt persecutionem suorum vitarent.

Scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem.] &c. In Græco est ἴστε, quod significat *scitis*, & *scitote*. Vtrumque satis rectè, nam vt scientibus legem, dicere potuit: *scitis*, & *scitote*, acsi dicat, Mementote eius, quod scitis. Hoc melius intelligitur ex capit. 27. Geneseos, vbi res gesta narratur. Cupiuit postea hæreditare benedictionem illam primogeniti, sed reprobatus, & reiectus est à patre dicēte: *Benedixique ei, & erit benedictus.* Et postea:

Dominum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugari, frumento & vino stabilini eum & tibi post hæc fili mi, vltra quid faciam.

Non enim inuenit pœnitentiæ locum] Fleuit apud patrem, & irrugijt clamore magno, & benedictionem alteram minorem accepit, sed benedictionem, quæ propria erat primogeniti, nõ accepit. Etquia quamuis illum pœnituit quod primogenita sua vendidisset, non tamen data est illi spes recuperandi, dicit non inuenisse eum locum pœnitentiæ. Quare cum ait: *Quamquam cum lacrymis inquisisset eam, Eam*, non *pœnitentiam* intelligit sed *benedictionem*, vt recte adnotat Theophylactus. Non ergo tollitur veræ pœnitentiæ vis ad remittenda peccata, quæ verè illi condonarentur, si vere eum peccasse pœniteret, sed ius primogenituræ amissum non recuperauit.

33 *Inuenire, aut dare locũ pœnitentiæ.*

Sed quærimus quid sit inuenire locum pœnitentiæ. Dare alicui locum pœnitentiæ est, tempus illi concedere ad agendam fructuosam pœnitentiam, qua recuperet quod amiserat Iob. 24. *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam* Sap. 12. *Non quia impotens eras in bello subijcere impios iustis, sed partibus, iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est natio eorum.* Et posteà *Et bonæ spes fecisti filios tuos quoniam iudicans das locum in peccatis, pœnitentiæ.* Quod quid sit paulòpost exponit. *Dans, tempus & locum, per quæ possent mutari à malitia.* Quare ille non inuenit locum pœnitentiæ, cui spes adimitur recuperandi, quod per peccatum amiserat, etiam si doleat, & lugeat: quod Hesau contigisse videmus Gen. 27. vt verba patris indicant, quæ modo retulimus.

Si quæras cur Hesau, qui profanus erat, & abierat parui pendens, quod primogenita vendidisset, tantum postea plorauerit? respondebimus non illum doluisse de iniuria rei sacræ, id est, sacerdotio, illata, profanus enim erat, sed de honore sibi prærepto doluit, & de possessionum, atque patrimonij iactura. Nam primogenitis multo maior bonorũ paternorũ pars dabatur, quàm reliquis Gene. 49.

34 *Ruben primogenitus meus* &c. *Prior in donis, maior in imperio.* Et Deut. 21. *Dabitque ei de ijs, quæ habuerit, cuncta duplicia. Iste*

Iste enim est principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. Ex his proditur inscitia Lutheri, qui in prologis putauit his verbis pœnitentiam tolli, ideoque epistolam canonicam esse negabat.

Non enim accessistis ad tractabilem montem, &cæt. Cœperat eos exhortari. *Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite*, & cæt. nunc autem ostendit, cur id facere debeant, cùm ait: *Non enim accessistis*, &c. Ac si dicat: si enim non sustinueritis omnia pro Christo, & viriliter pugnaueritis, multò minus excusabiles eritis illis, qui in veteri testamento fuerunt. Vos enim maiora illis accepistis, & eius modi, vt multò magis vos mouere debeant. Hoc autem per partes ostendit. Illi legem accepturi, accesserunt ad montem Sinai tractabilem, & corporeum, sed vos ad montem multo præstantiorem, vt posteà ostendet, singulis enim singula opponet. In Græco est ψηλαφωμένῳ ὄρει quod Erasmus non rectè vertit, *Ad contactum montem*, sed, *Ad montem, qui contingitur*, siue *tractatur*, hoc est, qui cõtingi, & tractari potest, qui corporeus, & terrenus est. Quod intelligens interpres, eleganter vertit, *Ad tractabilem montem*. Hoc autem dicit, quoniam, vt lex daretur, populus stetit ad radices montis vt legimus Exodi. 19.

Et accessibilem ignem.) In Græco est καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ vt si diceremus: Non appropinquastis tractabili monti, & 33
accenso igni. Quod ad mõtem referri potest, vt sit sensus: Non accessistis ad tractabilem montẽ, & incensum igni, totus enim mons Sinai fumabat, cùm dãda erat lex. Exod. 19. *Totus autem mons Sinai fumabat, eo quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace, eratque omnis mons terribilis*, Potest etiam legi per se, vt legit Interpres in hunc modum: Non accessistis ad tractabilem montem, & ad accensum ignem, id est, ad ignem illum, qui in monte Sinai videbatur. Ex quo omnino constat non esse legendum, *Accessibilem* vt plerique codices habent, sed *Accensibilem*, vt habent emendatiores, nihil enim est in Græco, quod valere possit *Accessibilem*, sed *Accensum* ponitur pro *Accensibilem* more Hebræorum, qui participijs vtuntur passiuis pro nominibus verbalibus

in bilis,

in bilis, vt latius explicauimus, & probauimus in capit. 2. Sophonię num. 2. in illud, *Gens non amabilis*, pro quo in Hebræo est, *Gens non amata*, & nostram translationem defendimus in illis verbis Gal. 2. *In faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat*. Et quãuis vertere poterat Interpres: *Et accensum ignem*, maluit, *Et accensibilem ignem*, quoniam melius id cum præcedentibus congruebat, *Ad tractabilem montem. Ignemque accensibilem* vocat ignem corporeum, qui incendi, & extingui potest, qualis erat ignis, qui erat in monte Sinai.

36 *Et turbinem, & caliginem, & procellam.*] Hæc, & quæ sequũtur in Versic. 19. *Et tubæ sonum, & vocem verborum*, &c. intelliguntur ex verbis cap. 19. Exod. *Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclarnerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem clangorque buccinæ vehementius perstrepebat*. & cæt. Quæ omnia fiebant vt populus præsentiam Dei cognosceret, & timeret, legemque illam quasi à Deo datam, religiosius custodiret.

Quã qui audierunt excusauerunt se, &c. Hoc legimus Exod. 20. *Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem, & perterriti, ac pauore concussi steterunt procul dicentes Moysi: loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur*. Hoc nunc dicit Apostolus: Non accessistis ad vocem illam, quã qui audierunt, audire recusarũt timore perterriti, quod postea magis explicabitur. Pro excusauerũt se est παρητήσαντο, id est, *recusauerunt*: sed quoniam non simpliciter repulerunt, aut recusarũt, sed cum quadam excusatione timoris mortis, sicut ipsi indicant dicẽtes: *Ne forte moriamur*, Interpres
37 vertere voluit: *Excusauerunt se*. Neque enim ignorat interpres verbum illud Græcum significare *Recusare* aut, *denitare*, cum ipse ita vertere soleat, vt 1. Tim. 4. *Ineptas autem, & aniles fabulas denita*. Et capit. 5. *Adolescentiores autem viduas denita*. Tit. 3. *hæreticum hominem post vnã, & secundam correptionẽ denita*. Et in hoc ipso capite paulò post vertit: *videte ne recusetis loquentem: si enim illi non effugerunt recusantes eum*, & cæt. Sed vbi causas affert, qui recusat, tunc solet

solet vertere. *Excusare*, vt in hoc loco. Et Luc. 14: *Tunc cœperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei: villam emi, & necesse habeo exire*. & cæt.

Non enim portabant quod dicebatur.] & cæt. Chrysostomus, & Theophylactus, & Oecumenius breuiter, & simpliciter hæc omnia interpretãtur in hunc modum, Non poterant auribus suis ferre, quod à Deo dicebatur; adeò terribile, & horrendum erat; & tam terrifica erant omniã, vt neque iumentum ad montem accedere permitteretur. Sed quoniam ita potius dictum videtur, vt significet Apostolus eos non intellexisse verbum illud: *Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur*; multi ad mysticos sensus confugiunt, & bestiam dici putant homines more belluarum viuentes, sed nunc non erat his locus: nam Exod. 19; non bestia tantum à montis contactu arcetur, sed etiam homo. Quod si bestia est homo more beluæ viuens, homo erit sine dubio, qui secundum rationem, & spiritum viuit. Verba Exodi hæc sunt: *Cauete ne ascendatis in mon-* 38
tem, nec tangatis fines illius: Omnis qui tetigerit montem, morte morietur: Manus non tanget eum, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis: siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet.

In expositione Græcorum illud videtur duriusculum, quod verba illa: *Et si bestia tetigerit*. & cæt. per se accipiunt nec superioribus adiungũt, cùm planè adiungẽda videantur. Hoc etiam fuit & illis, & alijs explicandum, cur Apostolus bestiæ meminerit tantum, cum lex & de bestia, & de homine loquatur. Sensus ergo horum verborum est, Excusauerunt se, ac petierunt, vt non Deus sibi loqueretur, sed Moses, quoniam vehementer perterriti erant. Non enim poterant sustinere tantum timorem, quantum verba illa incutiebant: *Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur*. In quibus: *Et si*, significat *etiamsi* κἂν Idest, nonsolum homo, qui montem tetigerit, lapidabitur, sed etiam iumentum. Sed Apostolus non meminit hominis, sed eius, quod maiorem terrorem incusserat Hebręis. Nam hominem, qui contra Dei præceptum, montem tangere auderet, non erat mirum

39 vltimo supplicio affici, & pœnas dare suæ temeritatis. Ac lapidari iumentum, quod Dei præceptum non sentiebat, & pabuli causa, ad montem accedebat, plenum erat terroris, & minarum. Ita leges ciuiles in grauissimis criminibus, non solum homines occidi volunt, sed etiam iumenta, vt omnes magis timeant, & vehementius illa crimina detestentur. Ita etiam illius supplicij meminit, quod grauius, & dirius videbatur, idest, lapidationis. Grauius enim & diuturnius, & ignominiosius supplicium est, lapidibus opprimi, quàm etiam iaculis confodi, & magis terret. Itaque tantum ex verbis Exodi desumpsit, quantum instituto suo satis putauit. Quamuis in non nullis codicibus Græcis additur, *aut iaculo configetur*. Et ita vertit Erasmus. Verum id non legunt Chrysostomus, neque Theophylactus, neque Oecumenius, neque Theodoretus, neque translatio Syriaca, neque probati codices.

Et ita terribile erat quod videbatur. Moyses dixit.] & cæt. Multi hæc connectunt, & ita interpretantur. Ita terribile
27 erat, quod in monte videbatur, vt non tantum populus perterritus fuerit, sed ipse etiam Moses tantus vir, dixerit *Exterritus sum & tremebundus*. Ita Chrysostomus, & Oecumenius, & Theodoretus. Verum Theophylactus separare hæc videtur. Quod ego paulò aptius iudico; vt sit sensus: Atque ita terribile erat quod videbatur, hac comminatione: *Bestia quæ tetigerit montem lapidabitur*. Valde terribile reddebatur, quod in monte videbatur. Etenim sicut nos dicimus, cum comparatione: Et ita terribile erat, vt nemo ferre illud posset: Et sine comparatione, quasi aliquid ex dictis colligentes. Atque ita terribile erat omnino quod dicebatur: ita Græci dicunt vtroque modo καὶ οὕτω, quod quia valde vsitatũ est, probatione non indiget.

Pro quod videbatur, in Græco τὸ φανταζόμενον, quod ita Theodoretus interpretatur, id est, quod visione apprehendebatur, quoniam non videbant ipsum vniuersorum Deum, sed diuinæ gratiæ visionem considerabant. Erasmus vertit: *Et adeò terribile erat visum, quod apparebat.*

Non

Non itaque dicitur, *Quod videbatur*, ac si diceret, quod erat quod re vera cernebatur, sed, quod ipsis apparebat.

Moyses dixit, exterritus sum, & tremebundus.] Tantus fuit 40
terror, vt Moyses diceret: *exterritus sum*, & cæt. Hæc verba in Exodo non legimus in eo, de quo nunc agitur, idest, in latione legis: imo contrarium ex verbis eius intelligi videtur. Exod. 20. *Et ait Moyses ad populum: Nolite timere, vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Stetitq; populus de longe, Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus.* Propterea nonnulli, vt Sanctus Thomas, Lyranus, Caietanus, non ad tempus, quo data est lex, hoc referunt, sed ad visionem rubi ardentis Exod. 3. tunc enim timuit Moses, sicut legimus: *Abscondit Moyses faciem suam, non enim audebat aspicere contra Deum.*

At minimè conuenit sensui Pauli, in visione rubi hæc dixisse Moysem: loquitur enim Apostolus de terrore legis cùm lata est, & de omnibus, quæ tunc acciderunt Quare nihil ad eius institutum pertinebat loqui de timore alterius temporis. Et si negant hæc dixisse Mosem, cùm lex ferebatur, quia scriptum non est: nec tunc cùm ipsi volunt, dictum est, quia nec in illo loco scriptum est. Sed, vt in visione rubi, primùm Moses timuit, cùm rem magnam, & insolitam vidit: deinde timore depositò cum Deo loquebatur: ita cùm ferebatur lex, primum timuit Dei maiestatem, & prodigia magna intuens, & dixit: *Exterritus sum, & tremebundus*: postea à Deo confirmatus, timorem abiecit, & populum bono animo esse iussit.

Quare iure Chrysostomus, & reliqui Græci patres 41
timorem Mosis, non ad visiouem rubi, sed ad tempus, quo lex ferebatur, retulerunt. Nec mirum videri debet hæc scripta non fuisse in Exodo, cùm multa legamus in scriptura prætermissa eo in loco, quo facta sunt, vt illud. 2. Timot. 3. *Quemadmodum autem Iohannes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati.* Alia etiam affert Innocentius. III. in capitul. cum Marthæ de celebratione missarum, vbi ait: Sanè multa, tam de

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbis, quam de factis dominicis inuenimus ab Euangelistis omissa, quæ Apostoli, vel suppleuisse verbo, vel, facto expressisse leguntur. Paulus enim in actibus Apostolum sic ait: *Meminisse nos oportet verbi Domini Iesu, qui dixit: Beatius est dare, quam accepire.* Hæc nullus quatuor Euangelistarum descripsit. Nullus etiam horum expressit, quod Paulus de Christo ad Corinthios scribens ait: *Visus est plusquam quingentis fratribus simul, deinde visus est Iacobo, nouissimè autem, tanquam abortiuo, visus est & mihi.*

Sed accessistis ad Sion montem.] Singulis quæ dixit, nunc singula opponit, vt doceat eos multò maiora beneficia à Deo accepisse, quàm patres veteris testamenti; inexcusabiles esse, si Christi verbis, & promissis non
42 crediderint, vt nullis terroribus ab Euangelio dimoueantur. Quoniam ergo dixerat: *Non enim accessistis ad tractabilem montem*, opponit illi monti Sinai, montem Sion, *Sed accessistis ad montem Sion*, Obscurum est autem, quid intelligat *in monte Sion*, & cur dicat, *accessistis*, & veteres accessisse ad montem tractabilem.

Theophylactus, & Oecumenius cœlum intelligunt *in monte Sion*. Mihi potius Ecclesia intelligenda videtur, iuxta illud Psalm. 2. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.* De quo etiam monte dictum est Isa. 2. *Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.*

Sensus autem omnium verborum est. Hebræi olim, cùm legem erant accepturi; vt Deum timerent, & verbis eius crederent, atque obedirent, iussi sunt, venire in montem Sinai, &c. vos autem vt Deum ametis, eius verbis, promissisq; credatis, & ab eo nunquam recedatis, adducti estis non in montem illum corporeum, & nihil præterea habentem, sed in Ecclesiam Christi omnibus spiritualibus bonis refertam?

Et ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cœlestem.) Adducti
43 estis non vt terrenis bonis fruamini, vt illi, qui legem seruabant

seruabant in monte terreno datam: sed vt fruamini admirabili illa felicitate, quæ in cœlesti ciuitate Ierusalem seruatur, legitimè, pro Dei verbo, certantibus. *Ierusalem cœlestem* vocat illam eãdem ciuitatem, quam eleganter describit Iohannes Apocalyp. 21. *Et ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem, descendentem de cœlo à Deo, habentem claritatem Dei.* & cæt. Quam ciuitatem, *Dei viuentis* appellat, vt perpetuam futuram doceat, eam enim constituit Deus, qui nunquam mori potest, cuius visione ciues eius beantur.

Et multorum millium Angelorum frequentiam.] Adducti estis, non vt terroribus fulgurum, & tempestatum, & tubarum terreamini, sed vt æternùm viuatis cum cœtu, & congregatione innumerabilium Angelorum. Vbi Interpres vertit *frequentiam*, est πανηγύρει, qua voce propriè Græci significant publicum conuentum, publicæ alicuius celebritatis causa factum: cùm scilicet die festo, ludis solemnibus, aut celebri mercatu, tota aliqua gens in vnum locum conuenit, vt in Græcia fiebat ludis Olympicis. Inde frequens est apud Græcos hoc nomen coniungere cum festis, theatris, aut spectaculis, & publicis gaudijs. Quare congregationem Angelorum, qui conuenerunt, vt Deo fruerentur, & semper dies festos, ac lętos agerent, eleganter πανήγυριν, appellauit. Theophylactus: vbi enim panegyris, hoc est, solemnis totius populi conuentus est, ibi, est lætitia.

Et Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis.] Ac 44
cessistis non solum ad Angelorum festam frequentiam, sed etiam ad congregationem sanctorum noui testamenti, qui iam conscripti sunt in cœlis id est, vt hæredes cœlestis felicitatis recepti. Quasi dicat: videte Apostolos, & martyres, qui hic pro Christi gloria, & Euangelio fortiter dimicarunt, & nunc cum Christo regnant in cœlo: vos vocati estis, vt illorum felicitatis, & regni consortes sitis. Hoc autem, quia recens exemplum erat, & multos illorum viderant, atque amauerant, multum Hebræos excitabat ad permanendum in Euangelio; & cum illis viuere in beatitudine iucundissi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum putabant. Primos igitur sanctos qui iam obierant, appellat primitiuos, ideſt, primogenitos Græcè. πρωτοτόκος.

Et iudicem omnium Deum.] Acceſsiſtis ad Chriſtum, qui iudex omnium conſtitutus eſt, atque ita & vobis dignam veſtris laboribus, & patientia mercedem reddet, & eos, à quibus nunc vexamini, ſupplicijs debitis afficiet.

Et ſpiritus iuſtorum perfectorum.) Acceſsiſtis ad animas veterum patrũ iam perfectas, ſiue conſummatas, ideſt, beata Dei viſione fruentes, vt ſupra expoſuimus, cap. 11. n. 115. Itaq; cùm dixit. *Et Eccleſiam primitiuorum*, de ſanctis noui teſtamenti loquitur, nunc autem de ſanctis legis naturæ, & veteris teſtamenti, vt rectè exponit Theophilactus. Quorum ſpiritus perfectos dicit, ac ſi diceret: Acceſsiſtis ad eorum ſpiritus, quorum fidem vobis imitandam propoſui, qui & ſi diu viſione Dei caruerint, quia pretium re-
45 demptionis humanæ ſolutum non erat, iam tamen Deum vident, & vos ad eamdem beatitudinem vocant, ſi modò eorum fidei imitatores fueritis.

Et teſtamenti noui mediatorem Ieſum.) Mediator noui teſtamenti dicitur Ieſus, quia effecit, vt nos remiſsionem peccatorum, & vitam æternam conſequamur, quæ in teſtamento promittebatur, ſicut dixit. cap. 9. *Et ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem eorum prævaricationum, quæ erãt ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.*

Sed quorſum hoc dicit? Poterant illi dicere, Quomodo nos poteri mus peruenire ad beatitudinem iſtam primitiuorum, & ſpirituum perfectorum? *Quis aſcendet in*
Pſal. 25. *montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius?* Ne, inquit, timeatis, relicto enim Moſe, acceſsiſtis ad eum ipſum, per quem æterna hæreditas, & peccatorum remiſsio obtinetur. Ipſe vobis vires, & animos ſuppeditabit, vt hæc bona conſequamini. Ac ſi diceret: Non acceſsiſtis ad Moſem, qui dedit ille quidem teſtamẽtum, ſed mediator eſſe ad hæreditatis conſecutionem non potuit vt Chriſtus.

Et ſanguinis

Et ſanguinis aſperſionem.] &c æt. Magis explicat, 46
quod obſcurius erat dictum, ac ſi dicat: ſi vos conſcientia peccatorum deterret, ac timetis, ne per eam, cœlum ingredi prohibeamini, ne timeatis: acceſsiſtis enim ad aſperſionem ſanguinis Chriſti, id eſt, veniſtis ad Eccleſiam, in qua per ſanguinem Chriſti à peccatis emundamini. Alludit autem ad veterem legem, in qua ſanguine aſperſo mundabantur, de quo dixit cap. 9. *Et omnia pœnè in ſanguine, ſecundum legem, mundantur, & ſine ſanguinis effuſione, non fit remiſsio.* Vbi nos habemus ſanguinis aſperſionem, in Græco eſt, αἵματι ῥαντισμοῦ, id eſt, *Ad ſanguinem aſperſionis.* Ita legunt Theophylactus, & Oecumenius, ſed Chryſoſtomus legit vt nos, ſi eius interpreti credimus, qui vertit: *Et ad ſanguinis aſperſionem*, hoc eſt, emundationem, certe Græcus codex, quem Syriacus ſecutus eſt, ita habuit, ipſe enim vertit: Et ad ſanguinis eius aſperſionẽ. Ad ſenſum nihil refert, ſi enim dicamus, *Ad ſãguinẽ aſperſionis*, intelligim⁹, ad ſãguinẽ, qui ſuper homines aſpergitur vt eos ſanctificet. Si dicamus, *Ad aſperſionem ſanguinis*, intelligimus, ad ſanctificationẽ, & emundationem, quæ fit per ſanguinem Chriſti, quod idem eſt. 47

Melius loquentem quam Habel.] Non eſt intelligendum, *Melius loquentem*, quàm ſanguis Habelis loquitur, vt plerique expoſuerunt, quoniam in Græco eſt, παρὰ τὸν Ἄβελ id eſt, quàm ipſe Habel, non enim poteſt cùm dicitur, τὸν maſculini generis ſubaudiri, αἷμα, quod neutrius generis eſt. Præterea Apoſtolus reſpicit ad id, quod capitulo. 11. ſcripſerat: *Et per illam defunctus adhuc loquitur*, quo in loco nõ ſanguinem Habelis loqui dixit, ſed ipſum Habelem loqui per fidem. Quod, cùm ita ſit, videtur cõmunis omniũ ferè patrũ, & Doctorũ expoſitio non ſatis germana, ſanguinem Chriſti melius loqui, quàm ſanguinem Habelis, quoniam ſanguis Chriſti miſericordiam, & remiſsionem peccatorum petit, ſanguis verò Habelis vindictam. Vera huius loci intelligentia ex verborum illorum cap. 11. expoſitione deſumẽda eſt, quæ ſuo loco, nu. 9. & 10. ita expoſuimus. Per fidem defunctus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Habel loquitur, id est, interemptus est, sed non etiam eius gloria, & memoria. Ita etiã defunctus loquitur, quia Deus post eius mortem, curam illius habuit, & sanguinem eius ad se clamare testatus est, quasi vindictam petentem. Ita nunc, sanguis Christi melius loquitur, quàm Habel, quia multo melius manet in memoria Dei, vt per eum peccata remittat, & in maiori gloria est apud Deum, pluris ab illo
48 fit, quàm Habel. Præterea loquitur melius, quàm Habel, quia Habel per sanguinem suum loquens, petit vindictam; Christ autem sanguis veniam, & remissionem petit.

Atque ita sensus communis patrum germanus est, cum præsertim fieri potuerit vt non fuerit Scriptum παρὰ τὸν Ἄβελ, sed παρὰ τὸ Ἄβελ, vt subaudiatur αἷμα, id est, sanguinem, ita vt alludat Apostolus ad illud Gen. 4: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Hoc ex Chrysostomo intelligi videtur, qui ait: Num Habel sanguis locutus est. Ita est, inquit, nam & supra dixit: Et per eam hoc est per fidem, adhuc vsque mortuus loquitur: Et iterum dixit Deus: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Et Theodoretus hęc verba exponens, reddit rationem: sanguis enim Habel canitur, hic autem etiam hominum salutem operatur & cæt. sanguinem igitur cum sanguine confert. Ita etiam Oecumenius, & Theophylactus, qui etiam hæc addidit: Diuus autem Cyrillus sic intellexit, quòd sanguis Habelis clamauerit aduersus occisorem, Christi autem sanguis pro nobis loquitur ad patrem. Hæc Theophilactus.

videte ne recusetis loquentem.] Putare quispiam posset nunc dicere Apostolum, Ne recusetis asperionem sanguinis loquentem, id est, ne abijciatis sanguinem Christi, remissionem peccatorum petentem: ne ad Iudaismum redeuntes, æternæ vitæ possessione priuemini: vel iuxta Græcorum lectionem: videte, ne recusetis sanguinem asperionis loquentem.

At hoc posterius conuenire non potest (quamuis non nulli ita intellexerint) quoniam *loquentem* masculini generis est: sanguis autem neutrum nomen est apud Græcos

Græcos vt diximus, Lectioni nostræ Translationis conuenire poterat, quoniam ῥαντισμὸς, id est, *asperio* masculinum est.

Sed verba sequentia ostendunt, non ad sanguinem, aut ad asperionem sanguinis, sed ad ipsum Christum hæc esse referenda: *Multo magis nos, qui de cælis loquentem nobis, auertimus: cuius vox mouit terram tunc* & cæt. Respicere videtur Apostolus ad id, quod supra dixerat. *Et vocem verborum, quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbũ* id est, territi, reiecerunt vocem Dei, & Deum sibi loqui noluerunt, sed Mosem, ac si dicat: videte itaque vos ne recusetis, id est, ne reijciatis Christum vobis loquentem vt illi: videte ne Mosem vobis magis loqui velitis, quàm Deum, id est, ne relicto Christo ad legem Mosis redeatis, vt etiam Theodoretus interpretatus est. Sed hęc melius in verbis sequentibus explicabimus.

Si enim illi non effugerunt recusantes eum, qui super terram loquebatur] Si illi non effugerunt supplicium, qui Deum, sibi in monte loquentem, audire recusarunt. Chrysostomus, & Theophylactus, & Oecumenius Mosem dici putant eum, qui super terram loquebatur: At filij Israel nõ reiecerunt Mosem sed Deum dicentes Mosi: *Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur*. Exo. 20. Quare nullo modo ita hæc intelligi possunt, nisi dicamus Pauli sensum esse: Ne contemnatis Christum. Si enim illi, qui legem Mosis transgressi sunt non effugerunt supplicium, quantò minus vos effugietis, si legem Christi transgrediamini. 50

At nihil de transgressione mandatorum legis locutus fuerat, neque hoc ad id, quod agebat Apostolus, quidquã pertinet, qui totus erat in commemoratione eorum, quæ facta sunt, cùm lex vetus ferebatur. Sed & prior illa interpretatio, difficultate magna non caret; quoniam illi, qui Deum loquentem recusarunt, neque vllo supplicio affecti sunt, neque digni videntur, qui afficerentur, quando quidem non præ Dei contemptu, aut odio, id dixerunt, sed, vt ipsa scriptura testatur, timore perterriti: Nec obedire Deo detrectabant, dixerunt enim: *Loquere*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu nobis, & audiemus. Illud etiã difficile, quod Christus etiã super terram locutus est, in terra enim erat, cùm legem suam tulit: Paulus autem dicit non esse recusandum eum qui de cœlis loquitur.

Mihi multum de hac re cogitanti videtur Paulus minimé respicere ad illam recusationem, cùm Deum sibi loqui nolebant Hebræi; sed Mosem; quoniam, vt probatũ est, Deo illi quidem obedire volebant, sed timebant ne morerentur, si Dominum diutius audissent loquentem,
51 Quod manifestius fit ex Deuter. 5. vbi iterum Moses refert verba, quæ tunc sibi locuti sunt filij Israel, & addit: *Quod cùm audisset Dominus ait ad me: Audiui vocem verborum populi huius, quæ locuti sunt tibi: bene omnia sunt locuti. Quis det talem eos habere mentem, vt timeant me, & custodiãt vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit eis, & filijs eorum in sempiternum.* Quare non dixit Apostolus supra, eos recusasse loquentem, sed excusasse se ne sibi verbum fieret. Respicit ergo ad id, quod non multò post contigit cùm recusarunt, & reiecerunt eum ipsum Mosem, quem sibi prius loqui maluerant. Historia est in. 32. cap. Exodi, cuius verba retulit Stephanus Act. 7. in hunc modum, *Hic est qui fuit in Ecclesia in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Syna, & cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ dare nobis. Cui noluerunt obedire patres nostri, sed repulerunt, & auersi sunt cordibus suis in Ægyptum, dicentes ad Aaron:* Fac nobis Deos, qui præcedant nos, Moyses enim hic, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid factũ sit ei.

Hoc ergo ait: *Videte, ne recusetis, & reijciatis loquentem* τὸν λαλοῦντα, eum, qui vobis nunc loquitur, id est, Christum: videte, vt ei obediatis, nec, vt illi corde reuersi sunt in Ægyptum, vnde à Deo per Mosem educti erãt ita vos reuertamini ad Iudaismum, à quo per Christum educti estis. Nam si illi, qui Mosem in terra sibi loquen-
52 tem audire noluerunt, sed repulerunt, non effugerũt supplicia diuina, sicut capitul. 2. dictum est: *Si enim, qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem &c.*

Multo

Multo minus nos effugiemus si Christo non obtemperamus. Ideo in eodem loco addidit: *Quo modo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem.* Vt enim cap. 2. ab Angelis ad Christum argumentatur, ita nunc à Mose ad eumdem Christum. Nec recte exponeretur, si diceremus: Eum qui super terram loquebatur esse Deum siue Angelum, qui loquebatur in terra, cum Exod. 20. legamus. *Hæc dices filijs Israel: vos vidistis, quod de cœlo locutus sim vobis*

Mosem ergo intelligamus, cum Chrysostomo, & Theophylacto, & multis. Christus vero est, de quo ait: *Qui de cœlis loquentem nobis auertimus,* non quod ille super terram locutus hominibus non fuerit: sed quod post ea per Spiritum sanctum à se missum locutus est de cælo, vt multi exponunt. Vel etiam, quod eo tempore, quo Paulus hæc scribebat, loquebatur de cælo exhortans Hebræos per Paulum, & per alios Apostolos, qui ad eos scripserũt id est, per Petrum, & Iacobum, nec non per internas inspirationes, vt in fide susceptа permanerent, & persecutiones contemnerent.

Atq; hoc mihi videtur germanius: nõ enim dicit: Qui de cælo locutum nobis auertimus: sed de cœlo loquentẽ. 53
Rectè etiam dicere possumus Christum, etiam cùm in terris docebat, de cœlo locutum nobis fuisse, quoniam etsi in terra loquebatur, de cœlo venerat & in cœlo erat, sicut ipse ait Iohan. 3. *Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.* Sed quod ante hoc dixi, magis placet.

Atque hæc iuxta verba nostræ Translationis dicta sint, nam Græca multo sunt apertiora, quæ ita habent: *Multò magis nos eum, qui de cœlo, auertentes,* id est, repellentes eum, qui de cœlo venit vt doceret nos. Ita legisse videtur Theodoretus. At alios codices habuisse, vt nunc legitur in terpres, Trãslatio Syriaca declarat, in qua legimus *Quanto magis nos, si auersemur eum, qui nos alloquitur de cœlis?* Et Chrysostomus, & Theophylactus omnino eodẽ modo legisse videntur, si eorum interpretationem attendamus aut certe si non legerunt, *loquentem,* subaudiendum esse putauerunt, quoniã ita prorsus exponunt vt est in nostra

translatio

translatione. Oecumenius quidem ita, vt illi, interpretatus, docuit subaudiendum esse *loquentem* vt est in Græco eius codice.

54 Illudque obseruandum ad eam interpretationem, quã reliquis antepositimus, hos tres patres non subaudire, aut interpretari *locutum*, sed *loquentem*. Hoc enim notandum vbi nos habemus: *Eum, qui super terram loquebatur*, pro eo esse in Græco *oracula reddentem*, quod rectè Mosi conuenit, qui ea, quæ à Deo audiebat, loquebatur. Et vbi ait: *Qui de cœlis loquentem nobis auertimus* pro *Auertimus* Erasmus vertit *Auersamur*. Sed & noster interpres eodem verbo vsus est Tit. 1. vbi ait: *Non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se à veritate* quod Erasmus vertit *Auersantium veritatem*, sed idem est sensus interpretis *Auersantium se à veritate*. Et nunc *Qui de cœlis loquentem nobis auertimur*, qui recedimus à loquente, qui repellimus loquentem, qui audire nolumus,

Cuius vox mouit terrã tunc, nũc aũt &c.] Relictis itaque illis, quæ cùm lex dabatur, gesta sunt, ad coniunctam tempore historiam transiuit Apostolus, quam ad illorum instructionem aptissimam iudicauit. Docet quis sit, qui de cœlis nobis loquitur, idem videlicet, qui tunc legem dedit & terram mouit, & nunc promittit non solùm terrã se moturum esse, sed etiam cœlum, id est, qui adeò potens est, vt, licet tunc mirabilia fecerit, multò nunc sit mirabiliora facturus.

55 Profert autem his verbis testimonium Haggæi, capit. 2. quod huiusmodi est, *Quia hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam.* Quæ verba satis, vt arbitror, exposuimus in commentarijs eiusdem Prophetæ cap. 2. à numero. 20. vsque ad. 29. & Paulum cum Propheta cõciliauimus. Inde nunc breuiter mutuabimur, quæ adhuius loci explanationem pertinent, cætera fusius suo loco legentur. Moueri, siue *commoueri* dicuntur ea, in quibus res nouæ, & admirabiles fiunt, siue lætæ sint, siue tristes, quarum admiratione moueri, & quasi pulsari videmur vt Psalm. 67. *Deus cùm egredereris in conspectu populi tui, cùm pertransires in deser-*

in deserto, terra mota est. Non dicit terræmotum vllum cõtigisse, vt multi existimant, nusquã enim id legimus, sed vehementer admirata est, res miras, & prodigiosas vidit vnde sequitur: *Etenim cœli distillauerũt à facie Dei Sinai* &c. Psalm. 113. *Montes exultastis sicut arietes, & colles, sicut agni ouium. A facie Domini mota est terra.* Ps. 95. *Lætentur cœli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius*, scilicet, gaudio. Vt enim admiratione, ita etiam lætitia, & tristitia, & alijs affectibus homines commouentur, & ad eorum similitudinem commoueri dicuntur inanimata. Atq; ita sequitur: *Gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt.*

Hoc ergo nunc ait Paulus: Vox Christi manentis qui 56
dem in cælo, sed per Angelum in monte Sinai loquentis cùm lex illa ferebatur, mouit terrã partim terrore prodigiorum, quæ visa, & audita sunt, partim lætitia, quòd legẽ à Deo acciperet. Sed postea per Haggæum prophetam promittit ad aduentũ suum, qui nouã vniuerso orbi legẽ erat laturus, se nõ solũ terrã moturum sed etiam cœlum; vt intelligatur eum, qui venit, nõ esse de terra terrenum, sed de cœlo cælestẽ, ac multò maiorẽ esse Mose, per quem lex vetus lata est. Quo modo motum est cœlum? In Angelis filio Dei in mundum veniente, mira fuit exultatio, & admiratio, & in terras descenderunt, & cecinerunt *Gloria in altissimis Deo.* Sed & in ipsis cœlis tunc stella apparuit, & circa illa tempora, noua, & insolita signa visa sunt. De terra Dauid vaticinatus est Psal. 95. *Commoueatur à facie eius vniuersa terra, dicite in gentibus, Quia Dominus regnauit.* Atque vbi Paulus ait: *Adhuc semel*, apud Haggæum in nostra translatione est: *Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cœlum* & cæter. hoc est, Post modicum tempus commouebo sicut Ioha. 14. *Adhuc modicum & mundus me* 57
iam non videt. Pro quo. lxx. quos huius Epistolæ Græcus interpres imitatus est, verterũt, adhuc semel, quõniã חפעם vtrũq; significat, *vnũ & semel*, & vtrũq; pphera significauit.

Sensum autem Prophetę, qui in trãslatione. lxx. latebat Paulus subtiliter, & elegãter eruit in hũc modũ. Ego terrã iã aliquãdo cõmoui, cùm legẽ per Mosem dedi, sed adhuc semel commoturus sum terram, & cœlum, cùm legẽ per

me ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

me ipsum dabo meliorem. Et dicit: *Adhuc semel*, quasi dicat. Non iterum posteà faciam, non iterum commouebo cœlum, & terram, vt legem aliam feram, hæc enim perpetua, & immobilis futura est. Quod magis explicat versiculo sequenti.

Quod autem adhuc semel dicit, declarat mobilium translationem] &cæt. Hoc est, cum dicit per Prophetam, *Adhuc semel*, declarat legem illam, quam per Mosem tulerat, fuisse transferendam, id est, abrogandam, atque mutandam vt altera succedat, quæ immobilis sit, & transferri non possit. Hanc legis abrogationem vocat, *mobilium translationem*, quoniam lex illa ceremonias mobiles habebat. Institutæ enim erãt tantum vsque ad aduentum, & passionem Christi, sicut ait idem Apostolus Gal. 3. *Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per Angelos in manu mediatoris.* Præ
58 terea ceremoniæ legis significabant Christum venturum atque moriturum, atque ideo mobiles erant, quoniam post Christi aduentum, atque passionem falsa erat earum significatio, nec retineri poterant, quia quod illæ faciendum significabant, iam factum erat. Et hoc est quod dicit, *Declarat mobilium trãslationem, tamquam factorum.* In quo *tamquam* non similitudinem indicat, sed veritatem, ac si dicat, sicut rerum, quæ verè factæ, & impletæ sunt. Translatis autem mobilibus, manebunt immobilia, id est, noua lex, cui altera non est successura, nec mobilis est, vt prior. Et *Translationem* dixit, vt cap. 7. *Translato enim sacerdotio necesse est, vt & legis translatio fiat.* Hoc dixit Apostolus, vt sciant quanti facere debeant legem Euangelicam & vt nullo modo ab ea, quæ immobilis est, dimoueãtur.

Itaque regnum immobile suscipientes] &cæt. *Regnum immobile* est lex Euangelica, per quam regnat Christus in nobis, non Moses, qui regnabat in veteri lege & cui omnes obediebant. Per eam etiam à seruitute diaboli liberamur, & in veram libertatem filiorum Dei restituimur. De quo dictum est Luc. 1. *Vt sine timore de manu inimicorũ nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate, & iustitia, coram ipso, omnibus diebus nostris.* Et Matt. 12. *Igitur peruenit in vos regnum*

regnum Dei. Et Luc. 17. *Regnum Dei intra vos est*, id est, vos expectatis regnum Dei, quo ab omnibus inimicis liberemini, iam illud inter vos habetis: iam, credentes in me, & mihi adhærentes, liberantur à seruitute Diaboli. Hinc etiam reges efficimur, quia veram libertatem consequimur, & regnũ Dei, quia ita Deus regnat in nobis Apo. 1. *Et fecit nos regnum, & sacerdotes Deo, & patri suo.* Et cap. 5. *Et fecisti nos Deo nostro reges* (ita enim legendum est) *& sacerdotes, & regnabimus super terram.* Hoc ergo ait: quando quidem regnum Christi suscipimus, & legẽ eius immo- 59
bilem, demus operam, vt gratiam acceptam in nobis cõseruemus, & illi seruiamus cum metu, & reuerentia, ita vt omnino illi placeamus. Quasi dicat; Abijciamus vetera, quæ iam transierunt vt mobilia, & id, quod immobile est, & per quod Christus in nobis regnat, teneamus, & nihil aliud nobis curæ sit, quàm, vt illi omni ratione placeamus.

Quare vbi habent nonnulli codices, *Habemus gratiam* legendum est, vt est in Græco, Habeamus. Et vbi rectè legitur apud nos: *Per quam seruiamus*, in quibusdam codicibus Græcis est λατρεύομεν, seruimus, cum legendũ sit λατρεύωμεν, quod est *seruiamus*. Vtrumque ostendit translatio Syriaca, quæ habet, *Proinde ergo cùm accipiamus regnum immobile, amplectamur gratiam, per quam seruiamus ac placeamus Deo cum reuerentia, & timore.* Chrysostomus, & Theophylactus, & Oecumenius sine dubio legunt, *Gratiam habeamus*, & interpretantur gratias agamus, sed vtrum *seruiamus* legerint, an *seruimus*, non æquè constat. Vtrumque conuenire potest eorum interpretationi. In Latinis codicibus legitur seruiamus; quæ mihi probabilior lectio videtur. Nam si hortatur illos, vt gratiam conseruẽt, rectè ostendet quorsum eam conseruari velit; Vt per eam Deo placentes, seruiamus. Quamuis & altera lectio probabilem etiam sensum habeat. Erasmus vertit: *Habemus gratiam, per quam ita colamus Deum, vt illi placeamus.* 60
Græci codices variant culpa librariorum, quibus facile fuit, ω, vertere in, ο, & è contrario. Vbi autem habemus

Per quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per quã seruiamus placentes Deo, in Græco est *Perquam seruiamus Deo bene placenter*, id est, ita vt ei valde placeamus.

Cum metu, & reuerentia.] Pro metu est αἰδῶς, quod vocabulum proprie *pudorem* significat, quod Theophylactus ita interpretatur. Hoc est, nihil impudens loquamur, nihil inuerecundum, quin etiam exterior facies verecundiam habeat erga homines. Ita etiam fere Oecumenius: Pudorem, inquit, habeamus erga omnes. Interpres *verecundiam* vertit. 1. Tim. 2. *Cum verecundiae & sobrietate ornantes se.* Pro reuerẽtia est εὐλαβείας, quod proprie *timorem* significat, & reuerentiam. Vt cap. 5. huius Epistolæ: Exauditus est pro sua reuerentia. Et εὐλαβὴς, vertere solet *timoratus*, vt Act. 8. *Curauerunt autem Stephanum viri timorati.* Et Luc. 2. *Et homo iste iustus, & timoratus.* Itaque Chrysostomus, & Theophylactus, & Oecumenius *metum*, siue *pudorem*, erga homines esse volunt, *reuerentiam* erga Deũ.

Mallem vtrumque ad Deum referri, vt scilicet ita Deo seruiamus, vt semper coram illo pudorem habeamus, quòd ita ignauè, & tepidè eum colamus. Cum reuerentia vero, id est, cum timore filiorum, vt nihil nobis grauius, aut molestius sit, quàm illum offendere, vt semper illum magni faciamus, & diligentissimè vitemus, quid quid ei ingratum esse senserimus. Quod autem Interpres non vertit *cum pudore*, sed *cum metu*, non est alienum à no
61 minis ipsius significatione, ita enim de verecundia scribit Aristoteles lib. 4. Ethicorum ad Nicomachum cap. 9. Itaque diffinitur timore, timorque dicitur dedecoris quidam, & fit perinde, atque circares formidolosas timor fieri solet & cæt. Et Damascenus lib. 2. de fide cap. 15. ait: Verecundia (αἰδὼς,) timor est ex expectatione conuicij, & hic affectus optimus est & cæt. Quare cùm ait, *cum metu*, non quemuis metum intelligimus, sed metum dedecoris, quo timemus, ne à Christo in iudicio extrema ignominia notemur.

Etenim Deus noster ignis consumens est. Ex cap. 4. Deuteronomij hæc desumpsit, in quo ita legimus: *Caue nequando obliuiscaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum, & facias tibi sculptam similitudinem eorum, quæ fieri Dominus prohibuit, quia Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus æmulator.* Quæ tacite mihi videtur vsurpasse, ne legem simul & Euangelium custodire vellent & Mosem cum Christo coniungerent: ac si diceret: Deus non patiebatur se coli cũ idolis, nec nũc patietur, ita Euangelium custodiri, vt simul legem necessariã esse existimetis: Deus æmulator est, non solum affligere potest inimicos suos, sed etiam penitus consumere, vt ignis.

Alludere etiam mihi videtur ad id, quod cap. 10. dixe 62
rat: *Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios.* Sed quorsum hæc nunc? Ne forte putarent transijsse cum veteri testamẽto terrores, & supplicia Dei, sed recordarentur etiam ad tempora noui testamenti pertinere verba Mosis, *Deus tuus ignis consumens est.* Atq; ideo non dixit *Dominus Deus tuus*, vt est in Hebræo, & apud lxx. quos semper sequi solet: sed, *Deus noster*, ac si dicat: Nõ solũ Deus hoc faciebat, cum erat Deus illorũ, sed nũc etiã, cùm Deus est eorum, qui in Euangelica lege viuimus. At quid præcesserit, cuius nunc rationem reddat dicens *Etenim Deus noster ignis consumens est?* Interpres Theophilacti, vbi nos habemus, *Cum reuerẽtia*, vertit, *Cum religione*, iuxta quã interpretationẽ ait Theophylactus. Deus noster ignis est, ac oportet religiosos esse nos, ne consumamur, perinde ac cõteptores &c. sensus ergo est: seruiamus Deo cũ metu, & reuerẽtia: nã Deus noster ignis cõsumẽs est, & metu ac reuerentia carentes consumpturus est.

CAP. XIII.

CHARITAS *fraternitatis maneat in vobis*] Prosequitur quod cæperat de moribus, ad 1
ea maxime eos adhortans, in quibus, aut labi cæperant, aut periculum erat, ne laberentur. Et quoniam odio tentari poterant eorum, à quibus persecutiones patiebantur, aut ipsi, interse

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuisi, & fugati, remittere aliquid poterant de caritate mutua, *Caritas*, inquit *fraternitatis maneat in vobis.* Nec dixit *Caritas fraternitatis sit in vobis*, sed (vt adnotarunt Chrysostomus, & Theophylactus) *maneat in vobis*, id est, manete in ea caritate, qua iam diu floretis. *Caritas fraternitatis* dixit interpres pro *caritas fratrum* siue *amor erga fratres* φιλαδελφία, Theodoretus: Compositio autem nominis intensam caritatem significat: Ex φίλος, enim, & ἀδελφός, id est, ex amico, & fratre nomen composuit &c. Ita vertit Rom. 12. *Caritate fraternitatis inuicem diligentes*, id est, mutuo vos amantes caritate fraterna: vbi male quidam legunt *Caritatem fraternitatis inuicem diligentes*, & ipsam caritatem diligendam esse interpretantur, cum dicens *Inuicem*, aut apertius Græcè εἰς ἀλλήλους manifeste doceat Apostolus, non de amore caritatis ipsius, sed de amo
2 re fratrum se verba facere. Et. 1. Thess. 4. *De caritate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis: ipsi enim vos à Deo didicistis, vt diligatis inuicem.* Et. 1. Pet. 1. *In caritatis amore, simplici ex corde diligite attentius*, id est, attendite, vt vos mutuo, simplici corde diligatis.

Cæterũ vbi ait, *maneat in vobis*, in quibusdã Græcis codicibus deest *in vobis* & tantum legitur: *Caritas fraternitatis maneat.* Ita legerunt Chry. Theo. Oecum. Sed habuisse alios codices *In vobis*, argumento est Syriaca Translatio quæ habet: *Caritas fraterna maneat in vobis*, præsertim cum constet subaudiendum esse, si non legatur.

Et hospitalitatis nolite obliuisci.] Non dixit *Hospitales estote*, sed, *hospitalitatis nolite obliuisci*, qua scilicet iam diu in fratres vti soletis. Hoc autem dicit, quoniã spoliati bonis suis, & in paupertatem redacti, tardiores ad sumptus hospitalitatis effici potuerunt, vt adnotat Chrys. & Theop.

3 *Per hanc enim placuerunt quidam Angelis hospitio receptis.*] Locus celebris est, in quo extra cõtrouersiã est apud eos, qui Græcè sciunt, Interpretem vertisse *latuerunt*, quod manifeste significat verbũ ἔλαθον & errore librariorum positum fuisse *placuerunt*, cui verbo nihil est, quod respondere possit in Græco: quamuis in plurimis codicibus Latinis legatur

legatur *Placuerunt*, & multos ex Latinis expositoribus ita legisse constet. Græca ita se habent ad verbũ *Per hanc enim latuerunt quidam hospitio excipientes Angelos*, aut potius, cũ Angelos hospitio recepissent, ideo enim interpres vertit: *Angelis hospitio receptis.* Quæ Eras. & reliqui, quos dixi ita interpretantur. Per hanc enim quidã insciẽtes, Angelos hospitio exceperũt. Ita interpretati sunt Græci patres, ac si dicat: Tãta est hospitalitatis dignitas, vt per eã q dã Angelos hospitio exceperint, cũ Angelos esse ignorarẽt, Chrys. Attendis quantus honor, quantũ lucrum? Quid est *Latuerunt*? Hoc est, Nescientes, in hospitio receperũt, pro
4 terea multa merces est, quia nescies eos Angelos esse, in hospitio recepit; nam si cognouissent, nihil magni fuisset. Hoc magis explicat in secũda cõcione de Lazaro his verbis: Pro foribus sedẽs (Abrahã) introducebat prætereũtes omnes: Et quẽadmodũ piscator iacto in mare reti piscẽq dẽ attrahit: attrahit aũt frequẽter & aurum, & margaritas: itidem & hic reti captans homines, piscatus est tandẽ & Angelos, quodq; mireris, etiã insciens. Id quod & Paulus in huius laudibus dixit: *Sectare hospitalitatem, per hãc enim quidam inscientes, hospitio exceperunt Angelos.* Ac recte dixit, *Inscientes*: nam si sciens illos excepisset tãta cũ humanitate, nihil magni, mirique fecisset: sed hæc tota laus, q̃ odigno rans, qui nã essent, qui præteribant, neq; aliud esse credẽs, quã homines viatores, cũ alacritate vocauit intro &c. Eo dẽmodo interpretatus est ho. 41. in Gen. Eadẽ est sentẽtia Theoph. Oecum. Theod. Et de Abrahã, & Lot hoc dictũ putãt, ad quos Angeli diuerterũt, vt legimus Gen. 18. & 19.

Huic celeberrimæ expositioni primum obijcere possumus Abraham non insciẽtẽ excepisse Angelos, ita enim scriptum est Gen. 18. *Apparuit autem ei Dominus in conualle Mambre* &c. *Cumque eleuasset oculos suos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum, Quos cũ vidisset, cucurrit in occursum eorum, de ostio tabernaculi, & adorauit in terrã.* Quorsum interrã adoraret, si homines viatores credidisset? aut quid illi 5
magni præse ferebant, vt à tanto viro adorarentur, si homines crediti fuissent? Auget quod sequitur: *Et dixit, Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quo in loco glossa Angelos ab eo cognitos fuisse docet, & Ecclesia canit: *Tres vidit & vnum adoravit.* Augustinus sermone.68.de tempore, Tribus occurrit,& vnũ adorat. Trina vnitas, & vna Trinitas. Idẽ ait sermone.70. & latius hoc ipsum docet lib.2.de Trin.cap.11.& 12.Hilarius li.4. de Trin.in medio: Abraham conspectis Tribus,vnũ adorat, & Dominum confitetur. Scriptura astitisse tres viros edidit, sed Patriarcha non ignorat,qui & adorãdus sit,& confitendus. Indiscreta assistẽtium species est,sed ille Dominum suum fidei oculis, & visu mentis agnouit. Augustinus.q.33.in Gen. An intelligebat vnum ex eis Dominum, & alios Angelos? An potius in Angelis Dominum sentiens, Domino potius, quàm Angelis loqui elegit? Quod autem confirmare poterat, Abraham eos homines existimasse, quia cibum illis obtulit, & pedes eorum lauare volebat, facile dissoluit Glossa dicens:sed hospitalitatis officia etiam Angelis exhiberi possunt, cum ex elementis corpoream formã assumunt. Quod Abraham intelligens,deitatem in vnitate adorabat, & dispensationi Angelicæ in forma visibili ministrabat &cæt.

6 Præterea, vnde probari potest Abraham præstitisse virtute hospitalitatis, cũ nihil hac de re legam⁹ in scriptura? Tertio. Quorsum dicit Apostolus eos insciẽtes excepisse Angelos hospitio,nihil enim ad rem pertinere videtur *Insciẽtes?* maior esset hospitalitatis prædicatio,si tanti eam à Deo fieri diceret, vt Angeli propter illam venissent ad Abraham, & quidẽ tales, vt ab eo cognosci possent. Plures enim eos facimus,quos nos ipsos minime celamus. Eadẽ de Lot obijcere licet,eodẽ enim modo de illo atq; de Abrahã locuta est scriptura,& eodẽ modo sãcti loquuntur.

Hæc quidam vt effugerent, alium sensum excogitauerunt. Ad Lot hoc referunt,& singularem pro plurali positum dicunt. Latuit autem Lot, cùm Sodomitis vim illi inferre parantibus, ab Angelis,quos hospitio exceperat,in domum introductus est,& clausis foribus, Sodomitæ percussi sunt cæcitate,vt legim⁹ Gen.19. Ita interpretati sũt Iacobus Faber Stapulẽsis,& Catharinus. Quam interpretationem Erasmus, & quidam alij reijciunt, quasi phrasi

phrasi Græcæ minime conuenientem.

Sed vt locus rectè intelligatur, sciamus hanc locutionem quæ est apud Paulum concisam esse, ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους, Nam cùm ita loquuntur Græci,persona quam res latet, subauditur, eaque duplex,id est,aut alij, aut ipsi qui latent, vt in hoc loco potest esse sensus:Recipientes Angelos latuerunt alios ,id est,ab aliis non sunt, cùm hospitio Angelos excipiebant:aut etiam recipientes Angelos latuerunt se ipsos, id est, receperunt nescientes,quòd ea reciperent:hac ratione scriptura, quã Græci autores interdũ integrè loquũtur,& personã exprimũt, interdũ concisè personam,quam res latet, non exprimũtes. Integrè loquitur scriptura, vt Act.26. *Latere enim eũ nihil horum arbitror.* Et.2.Pet.3. *latet enim eos hoc volentes, quod cœli erant prius* &c. Concisè, vt Mar.7. *Neminem voluit scire, & non potuit latere.* Luc.8, *videns aũt mulier, quia non latuit, tremens venit.* Cõcisè etiã loquitur in hoc loco.

Sed in sermone conciso duas illas personas subaudiri posse ostendamus. Prima persona, quæ verbi *lateo* supposita est, vt, apud Plutarchum in libello de defectu oraculorum μὴ λάθωμεν ἀτόπους ὑποθέσεις καὶ μεγάλας τῷ λόγῳ διδόντες, id est, ne lateamus, inepta, & magna principia disputationi dantes, id est, ne inscij dederimus. Aristophanes in Vespis similiter loquitur, seruiens latuisti, id est, ignoras te seruire. Integrè dicitur, vt apud Plutarchum in eodẽ libello. Nec nos ipsos latemus in sermonibus absurdis versati. Eodem modo loquuntur Græci, si alios ipsi latent, vt apud Aristophanem latebimus fuccis gentes vestes, id est, non sentient nos vestes succinxisse. Confirmat hoc Græcum prouerbium λάθε βιώσας, id est, late viuens, aut potius, Late cùm vixeris, quod est: Ita viue, vt nemo te vixisse sentiat, de quo opusculum scripsit Plutarchus, cui titulus est: Num rectè dictum sit λάθε βιώσας, id est, sic viue, vt nemo te sentiat, vixisse.

7

8

Ex his facilè locus exponi potest, videndumq; quod Faber & Catharinus volebant, phrasin Græcorũ non ferre, quoniam verbum λανθάνω, cum simili participio nũquam ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

accipitur, vt ipsi volunt, sed ita vt actio; quæ participio illo significatur, lateat, vel ipsos qui faciunt, vel alios. Non, est itaque sensus, ipsos, qui exceperunt Angelos, latuisse, id est, non fuisse visos à suis persecutoribus, sed ipsam exceptionem Angelorum non fuisse cognitam. Quare interpretatio Chrysostomi & Græcorum optime congruit cũ Græca locutione, significat enim exceptionem Angelorum latuisse ipsos, qui excipiebant. Ita etiam intellexit Augustinus quæst. 41. in Genesim, & citat: *Per hanc enim*
9 *quidam nescientes, hospitio receperunt Angelos.* Similiter refert hæc verba lib. 16. de Ciuit. cap. 29. cuius lectionis meminit Glossa, Petrus Lombardus, S. Thomas, & alij non nulli. Similiter est in translatione Syriaca: *Per hanc enim digni fuerunt quidam, quamuis non sentientes, qui exciperent Angelos.*

Ad id autem quod obijciebatur, Abraham cognouisse Angelos, quia tres vidit, & vnum adorauit, Augustinus cùm de ea re dubitasset, minime respondit lib. 2. de Trin. cap. 2. Cùm enim dixisset fortasse Lot Angelos, eos putauisse: sed rursũ, inquit, mouet, quia nisi Angeli Dei cognoscerentur, non adoraret Lot in faciem super terram. Cur ergo tamquam tali humanitate indigentibus, & hospitium præbetur, & victus? Sed quodlibet hic lateat, illud nunc quod suscepimus exequamur &cæt. At in reliquis locis indicatis, plane fatetur Abraham, & Lot ignorasse eos fuisse Angelos, & homines credidisse. Idem, Chrysostomus sensit in tribus locis citatis.

10 Quo modo ergo Abraham in eis mysterium Trinitatis agnouit, si Angelos esse non credidit? Ad hoc facile Respondetur; Etiam si Angelos esse sciret, non videbat in eis diuinas personas: sed diuinitus illustratus in illis trib⁹ Angelis tres personas repræsentari sibi, intelligebat. Quod ergo in tribus Angelis repræsentari intelligere potuit, cur in tribus hominibus non intelligeret? Augustinus. 16. de Ciuit. ca. 29. Multò (inquit) est credibilius, quod & Abraham in tribus, & Lot in duobus viris, Dominum agnoscebant, cui per singularem numerum loquebantur, etiam cùm eos homines esse arbitrarentur &cæt.

At quo

At quomodo tantus vir tres homines, pronus in terram, 7
adorauit? Quid in eis vidit, quod adoratione dignum iudicauit? Adhoc ita respondet Chrysostomus homil. 41. in Gen. Adorabat super terram, quasi supplicans, & efficacem exhortationem afferens, vt ne putetur perfunctoriè adhortari. Et idcirco diuina scriptura monstrans nobis iusti virtutem, inquit: Adorabat super terram, & gestibus, & verbis magnum feruorem, egregiam animi humilitatem, summam hospitalitatem declarabat &c. Augus. verò. 16. de Ciuit. c. 29. ita: Sed erat profectò aliquid, quo ita excellebant, (licet tamquam homines) vt in eis esse Dñm; sicut esse assolet in Prophetis, ij qui hospitalitatẽ illis exhibebãr, dubitare nõ possent: atque ideo, & ipsos aliquãdo pluraliter, vt dominos, aliquando singulariter, vt in eis Dominũ, appellabant &c. Et q. 41. in Gen. ait, Ergo 11
quæstio similiter soluitur, vt soluta est de tribus, qui venerunt ad Abraham, vt aliquibus signis appareret eos diuinitus missos, qui tamen homines crederentur. Et quæs. 37. Sed fortasis in aliquibus Deum loqui intellexit, quibusdam diuinæ maiestatis existentibus, & apparentibus signis, sicut in hominibus Deum sæpè apparuisse scriptura testatur.

Mihi facile solui videtur hæc quæstio ex dictis: si enim diuina illustratione cognouit Abraham in illis sanctam Trinitatem, cur non adoraret eos pronus in terram, adorans videlicet Deum, quem in illis quodam modo videbat, & colebat? Idem de Lot dicemus.

Illud est difficilius, si ignorauerunt eos esse Angelos, cùm hospitio exceperunt, quando postea cognouerint? S. Thomas negat Abraham cognouisse eos esse Angelos quando eos adorauit? Sed postmodum, inquit, intellexit eos Angelos, in quibus Deus loquebatur & locutus est eis sicut Deo, dicens: Non est hoc tuũ, qui iudicas omnẽ terram: Et similiter Lot. &c. Augustinus autem. q. 37. in 12
Gen. ait: sed rursus quæritur, si ita est, vnde Angelos fuisse postea cognouerunt, nisi fortè, cùm eis videntibus, in cœlum issent &cæt.

Ego plusquam probabile existimo neq; Abraham, neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lot eos Angelos esse cognouisse, cùm exceperunt; nam id scriptura non obscure indicat, si legatur attentius. Et enim & si officia humanitatis Angelis ob assumpta corpora præstari potuerint, vt ait Glossa: tamen in assumpta corpora non conuenit, quod ait Abraham: *Ponamque buccellam panis, & confortetur cor vestrum.* Hoc nisi homini, dici non potest. Et Lot nunquam liberandis hospitibus à turpitudine Sodomitarũ laboraret, aut filias suas eorum libidini prostitueret, si eos Angelos crederet. Quo modo ergo postea angelos esse cognouerunt? Cùm viderent eos maiora, quam pro hominum conditione loqui, atque ita agere, ac si Deus essent, recordati sunt Deum apparere solere per angelos assumentes corpora; eosque vt Dei nũtios, verbis Dei vti; quod sæpe iam Abraham fuerat expertus, & ab eo Lot didicisse potuit, aut ipse etiam fortasse id viderat & cognouerunt Angelos esse, qui loquebãtur.

13 Huiusmodi sunt quæ dicta sunt Abrahæ, *Reuertens veniam ad te tempore isto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua.* Et postea: *descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam.* Lot quoque id intelligere potuit, cùm vidisset Sodomitas percussos esse cæcitate, & cum Angeli dicerent: *Delebimus enim locum istum, eo quod increuerit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, vt perdamus illos.* His accedit, quod dixit Augustinus; vidisse eos in cœlum ire, cum recederent.

Quod autẽ obiectione quærebatur, vnde probari posset Abrahãm præstitisse virtute hospitalitatis. Respondeo ex eodem loco Geneseos colligi à patribus, ideo enim eum sedisse aiunt ad ostium tabernaculi, in ipso feruore diei, vt transeuntes hospites, ad se vocaret, eo tempore, quo maxime laborare poterant æstu, & siti, & fame. Et homo senex non festinauit, sed cucurrit, ne transirent. De qua re eleganter loquuntur, & eius hospitalitatem miris laudibus prædicant Chrysostomus hîc, & homil. 41. in Genes. & concione secunda de Lazaro. Et Ambrosius lib. 2. officiorum, ca. 21. Et lib. 1. de Abraham Patriarcha. c. 5. & Augustinus Serm. 70. de tempore.

Verùm

Verum illis etiam tacentibus abundè ex his verbis Pauli colligitur, quæ, neminem signare possumus, de quo intelligantur, nisi Abraham, & Lot, de quibus omnes interpretantur; & tamen dicit eos per hospitalitatem angelos etiã excipere meruisse. Antè ergo erant hospitales, quàm angelos exciperent, ab vno enim exceptione hospitum, hospitalis nemo dici solet; antè hospitalitatem exercuerant, quàm per eam Angelos hospitio excipere mererentur. 14

Postrema obiectio nonnihil negotij facessit, cur Apostolus dicat eos inscientes excepisse Angelos, cùm hoc hospitalitatis laudes nõ augeat, sed potius minuere videatur? Chrysostomus hîc, & in secunda concione de Lazaro, affirmat hoc in laudem Abrahæ dictum, qui nihil magnum fecisset, si quos angelos esse sciebat, admitteret. Fateor equidem hanc esse laudem Abrahæ, quod etiam si Angelos esse nesciebat, recepisset: at nunc non de laudibus Abrahæ agitur, sed de laudibus hospitalitatis, quæ magis laudaretur, si se statim angeli proderent.

Opinor ita dictum esse ac si diceret: Tanta virtus est hospitalitas, & tam grata Deo, vt multa homini, ac mirabilia bona afferat, neque opinanti, maioraque quàm optare, aut etiam sperare posset, Sicut Abraham, & Lot homines se excipere existimabant, & hospitalitas tamen effecit, vt angelos exciperent.

Quod si iterum obijcias, Maior esset laus hospitalitatis, si angelos cognouissent: neque hæc illi laus defuit paulo enim post cognouerunt: sed oportuit vt primo non cognoscerentur angeli, vt norint omnes magna sibi bona afferre hospitalitatem, etiam si tunc minùs sentiant; & quoniam, si Angelos esse crederent, præ reuerentia, aut præ timòre non auderent eos admittere. 15

Hæc ego, vt sanctorum patrum expositionem tuerer, attuli: habebã enim aliam, qua hæc incommoda vitantur, & quæ satis germana videtur. Verba Apostoli rectè hunc sensum ferunt. Per hanc quidam latuerunt alios, Angelis hospitio receptis, ita enim etiam Græci loquũtur vt ostendi. n. 8. ac si diceret: Tantum bonum est hospitali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas, vt propter eam quidam Angelos receperint, cùm alij homines ab eis recipi existimarent. Maiorum bonorum causa est, quàm homines credant: alij putabant Abraham & Lot homines ad se ducere, cùm ducerent Angelos. Addenda est ergo alteri hæc interpretatio, quæ & valde apta est, & cum illa priori minime pugnat.

16 Nostrum autem interpretem non vertisse *Placuerunt*, vt nunc habent plerique codices, sed *latuerunt*, vel ex eo satis intelligitur, quod quoties hoc verbum λανθάνω, occurrit, semper vertit *lateo*, vt in quatuor testimonijs, quæ n. 7. citauimus, videre licet, Et præterea. 2. Pet. 3. *Vnum verò hoc non lateat vos carissimi* &c. Et Sap. 1. *Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere.* Qui locutus etiam confirmat posteriorem nostram expositionem, ità enim habet ad verbum *Propter hoc loquens iniqua, nullus latebit*, neque intelligitur, non latebit se ipsum, aut ignorabit se loqui iniqua, sed, Non latebit alios, quamuis celare homines velit, erit qui audiat, & sentiat, Propterea ait: *In cogitationibus enim impij interrogatio erit: sermonum aũt illius auditio ad Deũ veniet* &c. & c. 10. *sed & insipientiæ suæ reliquerũt hominibus memoriam, vt in ijs, quæ peccauerũt, neclatere potuissẽt.* Et c. 17. *Et dũ putãt se latere in obscuris peccatis* &c. Omitto

17 alios scripturæ libros, ex quibus idem probari potest. Ex libro sapientiæ testimonia protuli, quoniã hic liber ex Græco versus est à veteri interprete, à quo etiã versũ est nouũ testamentum, quod ab Hieronymo postea emẽdatũ est.

Si igitur quoties occurrit verbum illud semper vertit *lateo*, cui dubium esse potest, quin idem in hoc loco fecerit, cùm, etiam si errare vellet, nulla occasio esset errandi. Accedit, quod non desunt codices, & typis excusi, & manu scripti, qui habeant *latuerunt*. Addam & hoc, in concordantijs sacræ scripturæ, quæ vetustiorem, & communiorem lectionem sequi solent, hæc verba Pauli nequaquam poni in verbo *Placeo*, sed in *lateo*. Vertit autem noster interpres prudentissime, vt solet, & melius, quàm qui verterant: *Per hanc enim quidam inscientes Angelos hospitio receperunt*; quoniam hac translatione alter tantum sensus verborum Pauli redditur, translatio autem

tem nostri interpretis reddit vtrumque: recte enim exponi potest *latuerunt* se ipsos, & *latuerunt* alios.

Mementote vinctorum, tamquam simul vincti &c. Facilis, & apertus sensus est, quem verba ipsa offerunt: Ita vin 18
ctorum miseremini, & eis benefacite, ac si vos ipsi vincti essetis, quo modo omnes interpretantur. Rectè illi quidem. Sed quoniam statim ait: *Et laborantium tamquam & ipsi in corpore morantes*, in quo scilicet similiter potestis laborare: videtur alium quempiam sensum subindicare *Mementote vinctorum*, Benefacite vinctis, & pro illorum solutione, & subuentione laborate: Et vt hoc faciatis mementote vos vinctos esse in hoc exilio, & spiritum in corpore, quasi in carcere teneri, sicut vincti vincti condolent. Benefacite illis, vt Deus vobis vinctis benefaciat, & è carcere vos aliquãdo in plenã libertatẽ educat. Tũc rectè sequitur: *Et laborantium, tamquam, & ipsi in corpore morantes.* Quod ità interpretatur Theop. Mementote afflictorũ vel carcere, vel fame, vel alia quapiã calamitate. Quienim secum reputat, se vestitum esse corpore, ijsdem afflictionibus obnoxio, illos defendet, tum quod condoleſcat, tum quod metuat ne & ipse in similia mala incidere permittatur propter inhumanitatem suam &c.

Pro *laborantiũ* est in Græco ad verbum *Eorum qui afflig-* 19
untur & male tractantur. Cap. 11. vertit *Afflicti, egentes, angustiati.* Sed quosnam vinctos intelligit, & afflictos? Fortasse quidam ex illis, qui fugere non potuerant, vincti à Iudæis tenebantur, alijque alijs modis affligebantur. Probabile etiam est de multis è Gentilitate conuersis hæc dici, qui vinciebantur, & affligebantur & à suis Gentilibus, & à Iudæis. Itaque de vtrisque rectè intelligetur. De ijsdẽ scriptum videtur supra cap. 10. *Rememoramini autem pristinos dies in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum: Et in altero quidem opprobrijs, & tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socij taliter conuersantiũ effecti. Nã & vinctis compassi estis* &c. Non ergo tantum vult, vt venientes hospites excipiant, sed etiam, vt quærant ipsi quibus benefaciant, & eos adeant, atque ideò rectè post hospitalitatem, meminit vinctorum, & afflictorum.

Honora-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Honorabile connubium in omnibus: & torus immaculatus.] Quoniam Apostolus verbum nullum posuit, dupliciter intelligi hæc possunt, vt aut præceptum sit, ac si dicat: sit honorabile coniugium in omnibus, & sit torus immaculatus: aut vt dignitatem matrimonij prædicent in hunc sensum: Honorabile est coniugium in omnibus, & torus immaculatus. Ita intellexit Syriacus interpres, qui vertit *Honorabile est coniugium in omnibus & torus eorum purus est.* Et Erasmus transtulit: *Honorabile est inter omnes coniugium & cubile impollutum.* Sed præstat vt subaudiatur, *sit*, Honorabile sit cõnubium in omnibus, omnes cõnubium vereãtur, & nihil contra eius fidem, & leges faciant, quod indicant verba sequẽtia *Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus*, id est, puniet. Rationem enim reddit, cur honorari matrimonium iusserit.

Ita intellexerunt Chrysostomus, & Theophylactus, si attente legantur. Theophylactus: Non in solis prouectioris ætatis hominibus, in iuuenibus autem non item, verum *in omnibus* Vel *in omnibus* modis, ac temporibus, non afflictione quidem, in relaxatione autem non item: non in hac quidem parte pretiosum, & honoratum, in illa verò secus, sed totum per omnia pretiosum sit & cæt. Cumque addit: *Et torus immaculatus*, hoc dicit: In omnibus magnus honos habeatur matrimonio, sed in hoc præcipuè, vt torus coniugalis sit impollutus, ac nullo adulterio fœdetur. Nam, *Et*, accipi interdum pro *præsertim*, ostendimus in cap. 1. Apocal. n. 66. sed ita fortasse melius. Honorate connubium *in omnibus*, id est, nulla in re illud violantes, sed coniux coniugi omnia præstet, quæ matrimonij fides, & societas exigunt. Et torus coniugalis sit impollutus; solet enim pollui etiam inter coniuges multis libidinum modis, abhorrentibus à naturali eius vsu. Hoc fortasse additũ est, ne vxores dimitterent, vt in lege fiebat, per libellum repudij, quod adulterij causa erat. Hinc (vt adnotãt Chrysostomus, & Theophylact.) conuincuntur hæretici damnantes matrimonium: bonum enim est quandoquidem illud honorari iubet Apostolus.

Et.

Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus] *Iudicabit* more

more scripturæ dixit pro *damnabit, & puniet*, vt 1. Cor. 11. *Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit* Ioa. 3. *Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur, qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei.* Et cap. 16. *De iudicio quidem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* *Iudicare pro damnare.*

Sed quæritur cur de matrimonio, loquens subijciat: *Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus*, qui enim matrimonij fidem violant, aut violantium socij sunt, etiã si sint soluti, nõ fornicatores, sed adulteri sunt? Quoniam cùm iubet honorari coniugiũ, sanctum illud esse sentit, vt iam diximus, & à quouis, qui liber sit, & fornicationẽ timeat suscipi posse. Quare inexcusabiles erũt fornicatores, quia cùm remedium haberent concupiscẽtiæ matrimonium, fornicari maluerũt, quàm legitimo coniugio vti. Theop. Iudicabit enim Deus, hoc est, condemnabit. Nec immeritò, si enim matrimonium est permissum, iure fornicator & mœchus puniuntur & cæt. Iure autem de fornicatoribus loquitur, quoniam viuebant inter gentes, apud quas fornicatio non illicita putabatur. 22

Sint mores sine auaritia] Iudæi cupidi semper fuerunt, & proni ad auaritiam, quare iure hos admonet, ne vitio suę gentis laborent. Cũq; Erasmus verterit: *Sint mores alieni ab auaritia*, & Græci ita intelligãt, nescio quid in mẽtẽ venerit Thomæ Caiet. vt verti velit: *Sit modus sine auaritia*, atq; ita exponat: Turpe est, quod auaritia imponat modum. Nam & τρόπος, quod est in hoc loco, certum est apud Græcos significare *morem*, & quamuis *modum* etiã significet, nõ tñ eũ, qui rei imponitur, ne immoderata sit, sed modum, siue rationem rei faciendæ, vt cùm dicimus: multis modis hoc fit, aut vno modo aut nullo modo faciam. 23

Contenti præsentibus] Sensus esse videtur: contenti estote præsentibus bonis. Nolite cogitare in crastinũ, vt timini præsentibus, cras vobis dabit Deus, quæ opus vobis erũt. Cui recte cõuenire videtur, quod sequitur. Ipse enim dixit: *Nõ te deseram* &c. At nõ est is sensus, sed hic, Cõtẽti estote ijs, quæ habetis, ne studeatis fieri ditiores. Hi autẽ duo

sensus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensus diuersi sunt, & si idem esse videantur. Nam agricola, verbi gratia, non vetatur serere, & metere, & de crastino victu, atque vestitu cogitare: sed hoc ei dicitur, vt sua sorte cõtentus, ne laboret fieri ditior. Theophylactus ita intellexit, qui ait: Qui enim plura, quàm habet, quærit, planum est, eum auaritiæ affectu laborare &c.

24 Nec vetamur quærere, quæ ad mediocrem victum sufficiant, sed vt, cùm ea habuerimus, plura non quæramus. Itaque nihil hoc aliud est, quàm, quod scripsit. 1. Tim. 6. *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus: nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum Diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum.* Translatio Syriaca: Non diligat pecuniam mens vestra, sed sufficiat vobis id quod habetis. Ita etiam in Græco: ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν, ac si diceret, sufficere vobis putate, quæ habetis. Πάροντα, autem vocantur, bona, quæ nunc possidentur, quæ adsunt, quæ interpres rectè vocauit *præsentia*.

Ipse enim dixit: Non te deseram, neque derelinquam.] Quoniam timere poterant futuram indigentiam, si contenti essent præsentibus, docet nihil eis defuturum, si in Deo fiduciam suam collocent, idque ipsius Dei verbis confirmat desumptis ex cap. 1. Iosue: Non te deseram &c. In eo ita legimus: *Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum, non dimittã,*
25 *nec derelinquam te*: apud lxx. Et non derelinquam te, neq; despiciam te. Apostolus igitur, vt sæpe ab alijs Apostolis fit, non est admodum solicitus de verbis, sensum tamen seruant, nam verba non sunt omnino eadem apud Iosue, ad quem omnes ea referunt, neque apud Isaiam capitul. 41. ad quem refert Theophylactus, sed sensus est idem. Quod autem Erasmus, & Caietanus, & quidam alij vertendum putant, *Non te desero, neque derelinquo* & præsentis temporis esse volunt ἀνῶ & ἐγκαταλίπω, longe fallũtur, ἀνῶ enim est à verbo ἀνίημι, & Aoristus secundus est vimque habet futuri. ἐγκαταλίπω, autem non est præsentis; scribendum enim erat cum diphthongo, si præsens esset, non cum ι, vt vbique scribitur. Quare secundus Aoristus est, aut

est, aut fortasse secundum futurum, scribendumq; cum accentu circumflexo in vltima, significatque hoc verbũ deserero, aut derelinquere aliquem in discrimine. Propterea Oecumen. interpretatus est, *Non te deseram*. Interpres Syriacus eodem modo vertit: Non te deseram, neq; remittam erga te manus, id est, non ero segnis in ope ti 26
bi ferenda, nam verbum ἀνῶ, etiam verti potest, *Remittam*. Hoc etiam notandum, hæc duo verba in Græco cum multis negationibus poni, quæ apud Græcos magis negant, vt si nos diceremus: *Non non te deseram, non non te derelinquam*, vt magis confidamus non defuturum nobis diuinum auxilium. Quod autem ait: *Ipse enim dixit*, nec ostẽdit quis sit, subauditur *Deus*, ex eo quod proximè præcessit: Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.

POST suorũ laborũ in Scripturam oblatas primi- 27
tias, Commẽtarios videlicet in duodecim Prophetas minores, in peroratione, sic inter alia Deũ alloquẽs scripsit bonus pater Franciscus Ribera. *A te principium, tibi desinet, &c. Exitus id probasse videtur. Nam ecce tibi*, Deus *extremũ verbum fuit, quod in suis, in sacras literas, Commentarijs scriptũ reliquit, fœliciſsimo quidem omine; vt cui Deus finis vltimus fuerat, in cuius gloriam, se suâque omnia ac suos, præcipuè in Scripturam labores consecrauerat, is vel in scriptis ipsis fuisset finis omnium suorum Commentariorũ. Nam mox, vt hæc scripsit, ab hinc videlicet sex annis, in morbum incidit, cuius vi extremũ obijt diem, vndecimum scilicet Decembris Sancto Damaso dicatum, cui debemus Vulgatam Hieronymi versionem,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionem, cuius ipse Ribera fuit & studiosissimus & acerrimus propugnator. Nos, ne ij in Epistolam ad Hebræos commentarij manerent imperfecti (quibus perficiendis tam pauca deerant) ea suppleuimus, & quantum potuimus simillima, ac sæpe ipsissima authoris, ex eius in alios scripturæ libros lucubrationibus.

28 *Ita vt confidenter dicamus*] &c. Pro *confidenter* Græce habetur θαῤῥοῦντας, id est, fidentes, securi & bono ac confirmato animo atq; spe pleni. Sed hoc testimoniū quod desumptum est ex psal. 55. & 117. videtur esse abs re, de quo D. Paulus agit. Superius enim dixerat, *Estote cõtenti præsentibus*, quasi diceret, non soliciti in crastinum, & dicentes, quid manducabimus, quid bibemus? &cę. Agebat ergo Paul. de fiducia, qua superetur metus egestatis, non metus hominis inimici, de quo tamen loquuntur testimonia illa, quæ hoc loco citat Paulus. Respõdeo Paulum victorum etiam meminisse, difficilior autem, atque laudabilior est spes euadendi ex vinculis persecutorum ecclesiæ, quàm spes obtinendi à Deo, quæ ad corporis sustentationem necessaria sunt. Illa ergo prior, seu excellentior spes, seu confidentia debuit potissimum roborari testimonio aliquo scripturę. Adde non esse abs re si transeatur ab specie ad genus, vel alteram speciem, quin vero est id in scriptura vsitatissimum argumento desumpto à simili, vel à minori. Ex eo igitur, quod in illis psal. dicitur, adiutore Domino nihil esse timendum ab homine (quo nihil maius dici potuit, nam homo homini lupus) recte Paulus argumentatur, minus esse timendum ab egestate bonorum temporalium.

29 *Mementote præpositorum vestrorum*] &cæt. id est, Apostolorum, & discipulorum Domini; sic enim consueuit cõpellare Paulus ministros noui testamenti, vt in hoc eodẽ capite versu. 17. & 24. Quem ad modum ergo capite. 11. priscorum Patrũ exẽplis, ita nunc efficacioribus sanctorũ & martyrum ecclesiæ nostræ primitiuæ, incendit ad fidem retinendam, quantumuis concussam varijs persecutionum tormentis. Firmissimum autem sumit argumentum ab exitu, sineque huius vitæ, quem firmiter crédimus in viris sanctis æternæ vitæ principium esse. De qua re sic se, atque eleganter loquitur Salomon sapientiæ. 3. *Iustorum* inquit *animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus illorum & cæt. illi autem sunt in pace & cæt.*

Theophylactus: Quem admodum (inquit) discipuli picturas ad primum exemplar conferunt, sic & vos nunquam non defigentes oculos ad *exitum*, hoc est, ad finem ipsorum *conuersationis*, id est, morum, & vitæ; quàm bonum finem nacta sit vita, imitamini fidem ipsorum, quam fidem si non futuris adhiberent, non suscepissent immaculatam viuendi rationem. Sic ille. Et illud Verbum, *Intuentes*, explicat hoc est, exactius considerantes. Et Chrysostomus pro *intuentes* legit *contemplantes*. Et quid (inquit) est contemplantes? Sæpius animo versantes, & apud vosmet ipsos examinantes, considerantes, subtiliter discutientes exitum conuersationis, hoc est perseuerantiam vsque in finem, quoniam finem bonum habuit eorum conuersatio, sic Chrysostomus. Consonat Syriaca translatio, quæ habet. *Exquirite exitum conuersationis ipsorum.* 30

Alteram addit Theophylactus horum verborum interpretationem his verbis; Latenter illo verbo, *mementote*, indicat Paul. vt quemadmodum præpositi verbum ipsis impertiunt, sic illi contrà, succurrant eis in externis corporis necessitatibus. Sic Theophylactus. Quæ tamen expositio nullatenus probari potest. Nam quo modo succurrent in externis corporis necessitatibus præpositis, quos iam obijsse affirmat illis verbis, *Quorum intuentes exitum conuersationis.*

Quod ait *imitamini fidem*, Theophylactus, vt dixi, eam fidem intelligit, qua captiuatur intellectus in obsequium primæ veritatis reuelantis. Quæ expositio est etiam reliquorum Patrum, mihique videtur verissima. 31

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cur autem speciatim fidem, non charitatem cum hæc maior omnium virtutum sit, aut in genere omnem virtutem & sanctitatem præpositorum præcipiat Paulus imitari? eadem ratio est, quæ capite. 11. reddita fuit, cur Paulus eo capite egregia Sanctorum veterum gesta, fidei, non charitati, aut virtuti in genere tribuerit. Alij hoc loco *fidem* intelligunt non Theologicā virtutē, sed eā, quæ in promissorum constantia posita est, quæ fidelitas appellari solet; quam professi sumus in baptismo nullis nos tormentis violaturos.

Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula.] possent Hebræi obijcere Paulo: Si Apostoli, cæterique Christi discipuli æquo animo tolerarunt probra, tormenta, ipsamque mortem, quid mirum? ducem enim habebant leonem de tribu Iuda, duce verò leone, vel timidi cerui, audaces sunt. Ad hanc ergo tacitam obiectionem respondet Paulus: *Iesus Christus heri & hodie*, id est, vt heri ita & hodie, quasi dicat, vt dudum aderat adiutor Apostolis, & discipulis, quibuscum versabatur, ita etiam & nunc adest vobis: *& ipse* idem *in sæcula*, ideſt, semper ade
32 rit omnibus volentibus fidem priorum imitari, ipse namque pollicitus est: *Ecce ego vobiscū sum vsque ad cōsummationem sæculi.* Matthęi. 18. Dictiones autem illas *heri & hodie* idem Hebręorum more valere, quod *paulo ante & nunc*, quemadmodum, *hodie, & cras* significant *nunc & paulo post*, constat ex vsu frequentissimo scripturæ, vt Ecclesiastici. 38. memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie. Et capite. 10. rex hodie est, & cras non erit. Coniunctio autem illa, Et hoc loco significat idem quod *tam*, seu *etiam* aut *sic* phrasi vsitatissima scripturæ: quod] multis eius testimonijs confirmat Martinez, libr. 8. hypotyposeon. capitul. 8. Illud sit satis ex Iohannis. 3. sicut misit hodie me pater, & ego mitto vos, id est, sic ego mitto vos.

33 Non dissonat communis expositio, quæ *heri* accipit pro, *tempore præterito*, *hodie* autem pro *præsenti*, vt accepit Cyrillus Alexandrinus libro de recta fide ad Theodosium

dosium & Chrysostomus, Theophilatus, Anselmus, & sanctus Thomas. Qui duo posteriores eodem sensu, quo nos hæc verba connectunt cum præcedentibus, *heri* (inquit Anselmus) fuit Christus cum patribus *hodie* est vobiscum, & erit cum posteris vestris, & eis, qui futuri sunt vsque ad consummationem seculi. Heri enim omne præteritum tempus, & omne spatium æternitatis, quod ante mundi originem fuit, significat: *Hodie* omne præsens tempus, illud autem *ipse & in secula*, omne spatium temporis, & infinitatis, quod futurum est. Itaque Iesus Christus fuit *heri*, quia in principio erat verbum, & ab æterno vsque ad nostra tempora, ipse est *hodie* quoque, id est, in nostro tempore: erit *& in secula*, quia æternaliter manebit. Vnde & Apocalypsis primo, de eo dicitur *qui erat, & qui est, & qui venturus est*, id est, qui futurus est per omnia secula, sic Anselmus.

Mihi vero non probatur hæc interpretatio, quate- 34
nus, *heri* refert ad æternitatem quasi præcedentem seu anteriorem, tum quia Paulus loquitur de Christo Deo simul & homine, qui in hac vtraque natura non fuit æternus, tum potissimum, quia *heri* neque apud ethnicos scriptores, neque in sacris literis durationem procedentem ab æterno significat, sed potius eam, quæ paulo ante cępit.

Est tamen nostra expositio prorsus Diui Thom. Cuius verba sunt: Dixerat Paulus, quod deberent imitari Apostolos. Poterant dicere, quòd non est simile, quia illi immediate instructi fuerunt à Christo, nos autem non sic, ideo dicit *Iesus Christus heri*, id est, in tempore primitiuorum Apostolorum, *& hodie*, scilicet, in tempore isto, sic Diuus Thomas: Quamuis extremis verbis eius commentarij videatur amplecti expositionem Anselmi, ait enim, in hoc ergo ostendit Apostolus æternitatem Christi. Diuersa omnino est expositio Chrysostomi, & Theophylacti, quod attinet ad connexionem horum verborum cum præcedentibus, quamuis, quod attinet ad singula verba explicent eo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem modo, quo post illos explicuit Anselmus. Verba Chrysostomi sunt. Heri hoc loco omne præteritum significat tempus, *hodie* præsens, *seculum* verò, futurum sine termino; tanquam si diceret Paulus, audistis Pontificem, sed non Pontificem, qui desinat esse. Semper idem est, veluti si essent quidam, qui dicerent: quoniam non est, sed alter venturus est. Ad hoc respondet Paulus: quoniam qui fuit *heri*, *ipse etiam hodie, & in secula*. Nam & hodie Iudæi docent alium esse venturum, experteſque semetipsos à Deo reddentes, qui verus est Pontifex, incidunt in Antichristum. Idem sentit Theophylactus, & insinuat Cyrillus infra citandus.

Hic ergo varijs in locis, sed præcipuè in Apologetico
35 illud *Heri & hodie* refert ad humanam Christi naturã. Sic enim ait. Si *Heri & hodie* quomodo per ipsum omnia; si autem per ipsum omnia quomodo *Heri & hodie*? Et respondet; hæc verba, quæ contraria videntur significare, esse intelligenda secundum naturarum Christi differentiam, *Heri, & hodie* secundum visibilem: secundum intelligibilem deitatem *In secula*. Sic ferè Cyrillus. Et libro de recta fide, primum illud *Heri* videtur ad æternitatem diuinæ naturæ referre, *Hodie* ad nouitatem incarnationis: Sic enim ait: Porrò quod dicit Paulus, *Heri & hodie*, nobis præsens & præteritũ significat, quomodo igitur idẽ erat præterito tẽpore, quamnis secundum carnem nondum natus fuit? & paulo post, opinabor (inquit) secundum vnionem cum sua carne tanquam *Heri* existentem & præexistentem significasse ipsum. Iterum idem repetit libro de recta fide ad reginas.

Nihilominus si attentè legatur Cyrillus, eam tandem
36 expositionẽ eligit, vt *Heri & hodie* referatur ad incarnationem factam in tempore sitque hebraismus similis hispanismo, quo dicere solemus, *De ayer aca*, id est non ab hinc multo tempore. Similiter videtur ea verba intellexisse Gregorius Nazianzenus oratione 38, vt eo loco micetas explicat. Corporaliter (inquit micetas) tibi intelligendũ est *Heri & hodie*: quod autẽ sequitur *Idẽ & in secula*, spiritaliter: & quidem per *heri* præteritum tempus significatur, per *secula* autem æternitatem, & immortalitatem. Quoniam autem nonnulli, veluti Iudæi non Christum, qui salutis nostræ causa, in crucem sublatus est, sed alium quemdam venturum rursus expectant; idcirco Diuinus Apostolus, ad fidei rectæque doctrinæ confirmationem fore ait vtidem hic Christus ad iustam sententiam de orbe ferendam, rursus veniat. Ijs porro verbis ostenditur Christum secundum Diuinitatem tripartitum tempus habere, neque alium vt quidam opinantur, venturum, sed eum, qui venit, hunc ipsum esse, qui *heri & hodie*, secundum tempus præsens est, & iuxta futurum tempus *erit in secula*. Et Theodoretus secutus Gregorium Nazianzenum, *heri* inquit, *& hodie* humanam naturam appellauit Paulus, æternam autem vocauit diuinitatem: Eundem autem dixit & hoc esse & illud, quoniam vnus filius vnigenitus, idem & primogenitus. Sic Theodoretus.

Caietanus hæc verba cum præcedentibus ita connectit, & verba ipsa sic explicat. Hæc est (inquit) fides, quam
37 ejus imitatur, vt videlicet credatis Christum æternum esse, atque adeò Deum; quia vniuersa fides hinc pendet. Quid enim factum non credemus ab eo, quem credimus Deum esse, apud quem nullum verbum impossibile est. Hęc Caietanus.

Atq; adeo ex his verbis quidam probãt Christi diuinitatem, è quorum numero est noster Robertus Bellarminius suarum controuersiarum tomo. 1. libro. 1. de Christo, capitul. 8.

Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci.] Terminatus suam epistolam Paulus; quoniam erat longinscola; habebatque præterea multa quæ scriberet Hebræis: ea breui concisaque oratione complectitur. Vnde frustra laborant, qui nituntur hoc loco præcedentia cum sequentibus connectere iam ergo vt sensus horum verborum intelligatur, aduertendum est occasionem Paulo hæc scribendi fuisse, quod tunc temporis Hebræorum quidam sectabantur hæresim Ebionæorum, alij Nazarenorum, inter se valde dissidentium, (vt refert Theo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

doretus Lirinensis Episcopus lib. 2. fabularum hæreticarum. c. de Ebione, & Nazarenis. Quoniam Euangelica doctrina, quam Apostolus prædicabat, verissima erat: veritas autē veritati nō contradicit, propterea vna etiam erat. Vnde ad Ephesios. 4. dicit vna fides. Quæ autē ab illa fide discrepabant, cū essent doctrinę falsæ, nō poterant nō & ipsæ inter se discrepare; tā enim accidit falsitatē falsitati, quā veritati contrariam esse. S. Thomas hoc loco: cum veritas (inquit) consistat in medio, cuius est vnitas, ideo vni vero multa falsa opponi possunt, sicut vni medio multa extrema. Doctrina fidei vna est, quia à puncto in punctum non conuenit ducere nisi vnam lineam rectam. Omnes aliæ doctrinæ multæ sunt, quia à recto multis modis contingit deuiare, & ideo dicit, *Doctrinis varijs*, id est, diuisis, Hæc Sanct. Thomas.

39 *Peregrinas* autem has doctrinas vocat Paulus, hoc est, nusquam consistentes, sed oberrantes, vt oberrant peregrini; & etiam, vt ait Theophi. aberrantes ab schola, & quasi domicilio veritatis, vel appellat quoque *peregrinas*, quòd essent doctrinæ hominum, qui primùm fuerant catholici, & enutriti in Ecclesia, ab eaque exierant, & discesserant, &, quod ad doctrinam attinet, vagabantur tanquam peregrini mente ac sensu.

Chrysostomus *doctrinas varias* exponit, hoc est, multiformes, & multimodas, & subiūgit: Nihil enim firmū possident, sed sunt differentiarū varietate multiplices. Et paulo post. Contraria est, inquit, fides cogitationibus vaganti bus. Pro *peregrinis* autem legit *nouis*, & exponit id est, præter eas quas audistis à nobis.

40 Pro *nolite abduci*, est, μὴ περιφέρεσθε, hoc est, *ne circumferamini*, vt vertit Chrysost. & Syriaca translatio, & Theophy. qui subiungit: Ceu de quibusdam leuibus, qui facile huc, & illuc circūferūtur, loquitur Paulus. Sic Theophylact. Eodem verbo Paulus vsus ad Eph. 4. rem magis expressit; & metaphoram, qua vtebatur, explicuit his verbis, *iam non simus fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ*. Latinus interpres apte eo loco vertit *circumferamur*, ob assumptam metaphoram ventorum, nauim, huc illucque circum agentiū, ni clauo frenetur & anchora: hoc autem loco non minus aptè vsus est verbo, *abduci*, quoniam doctrinas falsas *peregrinas* appellauit, quòd ab Ecclesia, quæ veritatis firmæ & stabilis schola est, sectatores suos reddant peregrinos tanquam à fidei domicilio, in quo veritatis lacte nutriti fuerant.

Optimum est enim. Græce, bonum est, id est, melius est, 41
positiuo accepto pro comparatiuo Hebræorum more.

Gratia stabiliri cor, &c. Locus est difficilis. Hæc autem mihi videtur germana, veraque interpretatio. Dixerat Paul. non decere viros graues omni vento doctrinæ circumferri, seu doctrinis varijs, & peregrinis errones ab duci ab Ecclesia; nunc subiungit, oportere potius firmos stare, stabilitumque cor habere, id est, animum, *gratia*, id est, sanctitate, loquitur enim meo iudicio de gratia gratū faciente, videturque docere hoc loco, quod sæpe alias & ipse, & vniuersa scriptura docet, sanctitate fidem esse conseruandam, periculumque imminere, à fide recedendi, si sanctitate careamus. Vnde primæ ad Timot. 1. *Bonam* (inquit) *conscientiam repellentes, circa fidem naufragauerunt*, & secundæ Timot. 3. *homines corrupti mente reprobi circa fidem*, & latius ad Roman. 1. *reuelatur ira Dei super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem in iniustitia detinent*, & cæt. *quia, cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, &*, id est, ideò, *obscuratum est insipiens cor eorum*, & cæt. *& sicut non probauerunt Deū habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum*, & cæt.

Anselm. *gratiam* hīc accipit prout opponitur legi Mosaicæ, ita vt significet legem gratiæ, vt Iohannes. 1. *Lex per Moysem data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est*. Anselmi verba sunt: Debetis confirmare cor gratia, quæ soluendo à lege, libertatem tribuit.

Sed quæ nā escarū cū gratia oppositio, vt dicat. Pau. *Bonum est gratia stabiliri cor, non escis?* Est quidē, ea quę per accō 42

Universidad de Deusto
Biblioteca

modi. Cibus enim, siue esca quid aliud est quàm alimentum vitæ corporeæ. Significat ergo Paul. quemadmodũ vita corporea cibis stabilitur, & sustentatur, & ita perseuerant opera vitæ; sic vitam spiritualẽ sanctitate quasi sustentari, & conseruari, & ipsam etiam fidem (quamuis informis manere possit sine vita gratiæ) tamẽ absque ea nõ esse firmam, & stabilem, sed fluctuare, ac facilè circumferri huc illucque, atque adeo periclitari. In eo vero, quod subdit Paulus *quæ non profuerunt ambulantibus in eis*, significat quantumuis vitæ corporeæ amatores, eam cibis studeant stabilire, ac firmare, (id enim significant illa verba *ambulãtibus in eis* phrasi Hebræa, cui respõdet Hispanè *A los que andan metidos en comer y beber*) vt intellexit & explicauit Ansel. his verbis; Non dico sẽ sustentantibus ex eis, sed *ambulantibus in eis*, id est, qui vitam suam ducunt in conuiuijs, & epulationibus & cætera. Id tamen, inquam, nihil illis profuisse, quominus corpoream vitam tandem amiserint. Et simul insinuat Paulus, contrà his accidisse, qui vita spirituali gratiæ se stabiliuerunt; ea enim inuitis nõbis auferri nequit. Post diem autem extremum neque ea, nec tandem, post diem iudicij, vitâ ipsa corporis gloriosa, vlla ratione amitti poterit.

43 Chrys. Theoph. Theodo. & Anselm. has escas interpretantur legales obseruationes, eas speciatim, quæ ad ciborum delectum pertinebant. S. Thom. & priorẽ nostram, & hanc etiam expositionem amplectitur, quam priori præfert. Sciendum (inquit) est, quod in primitiua Ecclesia fuit vnus error, quòd ad salutem necessaria erat obseruantia legalium, quæ præcipue consistebat in quibusdam cibis sumendis, puta agni paschalis, & in abstinendo ab alijs cibis. Alius error fuit, quòd passim licebat vti delectationibus corporalibus: & iste fuit error Nicolaitarum, & de vtroque possunt hæc verba intelligi, sed magis de primo, hæc Sanctus Thomas.

44 Mihi tamen videtur hæc interpretatio minus esse ad rẽ de qua nũc agit Paul. Neque est vllũ verbũ, ex quo possimus col-

mus colligere sermonem fieri de ciborum delectu, neque si de ea re ageret, dicendum fuisset, *bonum est gratia stabiliri cor, non escis*, Sed potius dicendum fuisset *abstinentia ab escis*. Nec Paulus vnquam loquens de ciborum delectu, vti tur hac phrasi *ambulare in escis*. Adde deinceps Paulũ actũrum esse de lege Mosaica, ac eius cæremonijs, quas docebit fuisse iam tunc mortiferas, atque adeò rem aliam omnino diuersam his verbis statuit D. Paul.

Habemus altare, de quo, edere non habẽt potestatem, qui tabernaculo deseruiunt.] Quoniam inciderat sermo de escis, siue 45
cibis, quibus nutritur & alitur vita corporea, cui spiritalem dixit præferendam esse, statim lectores desiderarent cibos spiritales, quibus alitur vita illa gratiæ, vt habet suos vita corporea, quibus sustentatur. Spiritales igitur cibos nunc apponit D. Paul. *Habemus* inquit *altare*, hoc est mensam corporis & sanguinis Christi, quæ sunt panis, id est, cibus & potus, quibus qui dignè vtitur, non morietur in æternum.

Affirmat autem Paul. non habere *potestatem*, id est, *facultatem ἐξουσίαν*, quod Eras. vertit *fas illis nõ est*. Et Syriaca translatio *non licet*. Affirmat inquam non habere potestatẽ edere de hoc altari, qui tabernaculo deseruiũt, hoc est, qui Christũ nõ recipiũt, vt pote qui seruiãt adhuc legi veteri, eiusq; cæremonijs. Vna enim explicata cæremonia, parte sũpta pro toto, cæteras omnes cõprehẽdit Paul.

Quorum enim &c.] Locus est difficilis, quod attinet ad 46
cõnexionem horum verborum cum præcedentibus, & ad causam, & rationẽ, quã eorũ, quæ dixit, reddit Paul. his verbis. Ego hunc verũ & germanũ sensum existimo esse. Vultis videre, illis, qui adhuc legẽ veterẽ retinẽt, nõ licere corporis & sanguinis Christi participes fieri? mementote verborũ Leviticj: *Hostia, quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculũ Testimonij ad expiandũ in sanctuario, nõ comedetur, sed cõburetur igne, & corpus crematur extra castra*. Cũ igitur Chr̃s fuerit hostia prõ peccato totius populi, nõ comedẽd⁹, sed igne cõburẽd⁹, & ei⁹ corp⁹ extra castra exterminãdũ cõsebitur ab his, qui dignũ Christũ putarũt, q̃ cæderet, atq; propterea illo nõ suscepto p Messia, retinẽt.

adhuc ritus legis veteris, quibus significabatur vētur⁹. Verba ipsa Leuitici explicat Ribera li. 4. de sacrificijs. c. 6. n. 12.

47 Hanc autem nostram explicationem aperte sensit Anselmus his fere verbis. Legis præceptum fuit, vt ex carnibus, illis vituli, & hirci (quos Paul. intelligit nomine *animaliū* immolatorum *pro peccato* vniuersę plebis) quæ extra castra cremabantur, nemini, qui deseruiret tabernaculo, esset licitum comedere; sed ille vitulus, & hircus significant Christum, quem sacerdotes Iudæorum, ne tota gens periret, iudicarunt immolari debere; immolauerunt autem eum in castris, id est, occiderunt vocibus suis dicentes, *reus est mortis, crucifige eum.* Et post extra castra sunt carnes crematæ, id est, extra Ierusalem, igne passionis consumptæ, igitur non habent *potestatem* edere, id est, non habent licentiam accipiendi corpus Domini, *qui deseruiūt tabernaculo*, hoc est, vmbræ veritatis. Vel *tabernaculo*, id est, corpori, eius scilicet voluptatibus. Nam sicut ille vitulus, & hircus extra castra comburebatur, neque ab aliquo eorum qui tabernaculo seruiebant, edebatur: sic memoria passionis Christi apud eos celebratur, atque corpus eius sumitur, qui extra voluptates corporis exierunt, nec potest ab illis accipi, qui in carnis voluptatibus morantur, & tabernaculo corporis seruiunt. Hæc ferè Anselmus. Quæ posterior eius interpretatio mihi videtur etiam historica, & valde consona his, quæ Paul. dixerat versu. 10.

48 Anselmum omnino sequitur D. Thom. sed quia locus iste Pauli difficilis est, vt dixi, superfluum non erit eius etiam verba transcribere. Ea sunt. Assignat Paulus rationem, & est valde subtilis. Per sanguinem enim illum vituli & hirci, quem summus sacerdos inferebat intra sancta, figurabatur sanguis Christi, vt dictum est cap. 9. qui sanguis Christi, & illatus est intra sancta (quia in ciuitate immolatus est linguis Iudæorum, & quia intra cælestia sancta introductus est & introducit nos) & caro cremata est extra castra, quia extra portam passus est. Et id quantum ad nos, qui sumus eius membra, significat, quod pro illis, qui sunt extra castra legalium vel exteriorum

riorum sensuum immolatus est Christus. Qui enim erant in castris, de carnibus illis non comedebant. Et hos intelligit in illis verbis *qui deseruiunt tabernaculo*, subaudi legalium, vel *tabernaculo corporis*, id est, qui carnales delectationes sequuntur. Corpus autem dicitur *tabernaculum*, quia in ipso tanquam in bello habitamus contra hostes, & quia modicum manet. 2. Petri. 1. *Velox est depositio tabernaculi mei*; & ideo non est ei deseruiendum.

Hunc locum, vt refert noster Bellarminius tom. 1. li. 3. de cultu Sanctorum. ca. 4. intelligunt hæretici de altari crucis: quasi dicat Apostolus: habemus Christi passionē, qua frui non possunt, qui adhuc in eius figura celebranda occupantur: figuram autem passionis Christi appellant hæretici altare, quod nos erigimus ad sacrificium incruentum celebrandum. At aperte D. Paul. loquitur de tabernaculo veteris legis, deque eius cæremonis sterilibus & infœcundis; nostrum autem sacrificium incruentum, neque est cæremonia veteris legis, & quatenus est figura cruēti, effectrix est gratiæ, nec solum est figura, si quidem continet rē ipsam, videlicet corpus & sanguinē Christi. 49

Affirmat deinde Bellarminius hæc verba à Paulo intellecta fuisse de sacrificio Eucharistiæ, ita Chrys. Theophy. Sedulius, Theod. Oecumenius in hunc locū. Sed aptius, vt dixi, explicari videntur de Eucharistia, quatenus sacramentum est conuiuij cuiusdam spiritalis. Nam sacrificiū propriè non dicitur edi sed offerri, panis autem diuinus sacramenti corporis Christi proprijssime dicitur edi, & potus eius sanguinis bibi.

Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portā-
tes.] &c. Occasionem nactus Paulus ex eo, quod proximè dixerat, *Extra portam passus est*, sermonem, vt solet, conuertit ad mores, & monet, vt Christum imitantes, vitam agamus tāquā peregrini, & hospites super terrā, id que est exire extra castra. Nec modo, vt peregrini, sed & quod maius est, improperiū, id est crucē Christi portātes, hoc est, nullas in ea peregrinatione delicias quærentes, sed patiētes cōtumelias, & aduersa quæuis ea; enim omnia nomine improperij, seu crucis Christi Domini, scriptura comprehendit. 50

Theophy-

Theophilactus *extra castra* exponit, id est, extra mundum eiusque splendida, & præclara, *improperium* autem *eius portantes* explicat, id est, eadem cum ipso patientes.

Sanctus Tho. *extra castra*, id est, communem societatem carnalium, vel extra obseruationes legalium, vel extra sensus corporis, *improperium eius portantes*, id est, renunciantes legalibus adueniente veritate, propter quod fumus Iudæis improperium. Sicut enim accusatus est Christus, quod subuerterit legem (*hunc inuenimus subuertentem gentem nostram*) ita Apostolo improperabatur, quod prædicaret non deberi seruari legalia. Gal. 5. *Si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior.* Vel *improperium*, id est, signa pœnitentiæ, quæ á carnalibus improperantur, supra. c. 11. *Maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi*, & Sap. 5. *Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij.*

Luc. 23.

Theodoretus sic interpretatur, hoc est, recedamus ab institutis legalibus, ferētes probra pro eo, qui seruauit. Sic Theod. & intelligit, *pro eo*, id est, propter Christum, qui ea instituta legalia pro nobis seruauit, quum tamen seruare non teneretur. Hæ omnes expositiones mihi plane probantur.

51 *Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.*] Vide Riberam Sophoniæ 2. n. 16. & 17. vbi hūc locum late tractat. Vide eundem supra cap. 11. à n. 28. per plures numeros.

Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis] &c. Hortatus fuerat Paul. vt portaremus improperium Christi, nunc ex eo, quod proxime præcesserat *Non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirere* hortatur, vt in tribulatione, & peregrinatione illa, non modo patientes simus, sed & gaudentes, & gloriantes, ac gratias agentes Deo, quoniam digni habiti fumus pro nomine Iesu contumeliam pati.

Illud, *per ipsum*, Theodoretus interpretatur, id est, per eius fidem, sine qua impossibile est placere Deo. Sed aptius ad rem de qua nunc sermo est, & conformius phrasi, qua frequenter vtitur Paul. exponemus, *Per ipsum* tanquā per mediatorem etiam in offerendo, ipse enim accedit per semetipsum ad Deum, vt prædixit c. 7. nos autem *Per ipsum habemus accessum ad Deum*, vt expresserat ad Rom. 5. Quam interpretationem vno verbo Theophy. perstrinxit: *Per ipsum*, inquit, ceu per pontificem.

[Illis aūt verbis, *Id est fructū labiorū cōfitentiū nomini eius*, Vi detur alludere ad verba Hose. 14. iuxta trāslationē. 70. interpretū, qui pro *Reddemus vitulos labiorū nostrorū*, verterūt, *Reddemus fructū labiorū nostrorū* id est, gratiarū actiones, & confessionē, seu sacrificiū Laudis, quod tunc maximè gratū est Deo, quādo tempore tribulationis, de quo agit Paul. offertur. Vide Riberam in ea verba Hose. nu. 3.

Confiteri autem nihil est aliud Hebræa phrasi, quàm quòd latine dicimus canere ac celebrare.

Quod vero ait *Nomini eius* omnes diuinas perfectiones complectitur. Vt enim Scriptura ex multis Dei nominibus eo vti solet, quod est ad rem, de qua agit, si de vna forte aut altera speciatim agat, maximè accommodatum, vt docuit noster Ribera Hose. 1. n. 10. ita cū nō de vna certa re agit, in qua vnum aut alterum Dei attributum resplendeat, sed vniuerse de re seu rebus, in quibus omnes, aut plures relucent perfectiones diuinæ; certum vnum nomen hoc, aut illud non vsurpat, sed in actu signato (vt ita loquar) *Nomen Dei*; vt ps. 8. *Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum*, id est, quàm admirabilis esse apparet sapientia tua, bonitas, potentia, cæteraque tua diuina attributa & Lucæ. 1. inquit Virgo Sanctissima: *Fecit mihi magna qui potens est & sanctum nomen eius*, hoc est, in incarnationis mysterio, & in me operatus est Deus, non potentia solūmodo, sed etiā bonitas, sapientia, misericordia, iustitia, ac omnes eius diuinæ perfectiones resulserunt. *Nomen.* 52

Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuiscei) supple quāuis bonorū vestrorū rapinam sustinueritis. Sic intellexit Theophy. Pauperrimos, inquit, quibus facultates direptæ erant, adhortatur, ne eleemosynæ obliuiscantur, & subiūgit Theophylactus: vbi sunt qui prætexētes egestatē, ei⁹ nomine nihil impertiri volūt. Hæc Theophy. Alij verò aliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

raliter hæc verba cum præcedentibus connectunt in hũc modum: Sacrificium laudis, & confessionis, ac gratiarum actionis erga Deum, adeò solent hominem contemplationi deditum absorbere, vt penitus ex eius animo efluere contingat externarum actionum actiuæ vitæ memoriam, vt Magdalenæ accidit Luc. 10. propterea, quum dixisset *offeramus hostiam laudis semper Deo*, ne, maxime particula illa, *semper*, putarent se præcipere, vt prorsus contemplationi vacarent, præcipuè, cùm ex Euangelio scirent, eam esse optimam partem, subiunxit, ita offeramus hostiam laudis Deo, vt tamen beneficentiæ erga homines non obliuiscamur; mauult enim Deus misericordiã, quàm sacrificiũ Hos. 6. *Beneficentiæ* autem nomine ac *communionis*, idem omnino intelligit, scilicet largitionem & communicationem bonorum externorum. Theophy. pro *communionis* legit *communicationis*: & sic fere exponit: sacrificium beneficẽtiæ merito appellauit communicationem; est enim quædam remuneratio. Hic enim dat pecunias, ille vero reddit benedictionem & eius, qui indiget, sunt ea, quæ sunt potiora. Dixit enim Dominus Luc. 16. facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt quando defeceritis, suscipiant vos in æterna sua tabernacula.

Luc. 10.

Talibus enim hostijs] &cæt. Beneficentiæ scilicet, ac cõ
54 munionis; supplet translatio Syriaca *in pauperes*. Opera misericordiæ, quatenus fiunt ad Deum colendum, eiusque gratiam promerendam, sunt actus imperati à virtute religionis. Et ideo sacrificia, & hostiæ in scriptura vocantur, vt habes in commentarijs nostri Riberæ Hose. 6. num. 27. Vel beneficentiam, & communionem non in significatione propria hostias appellat Paulus, sed ita vt sensus sit, quem admodum hostijs, & sacrificijs placamus Deum, ita etiam, & maximè beneficentia, ac communione.

Promeretur εὐαρεστεῖται, hoc est, *oblectatur*, vt vertunt
55 Chrys. & Theophy. vel *placatur*, *& in eis complacet*, quo vtroque verbo verterunt idem Chrys. & Oecumen. hoc loco, atque Aug. 10. de ciuit. ca. 5. Et Beda in collectaneis in verbo,

in verbo *placeo*. Possumus etiam vertere, *In his hilariter se habet Deus*. Syriaca translatio: *Per has hostias homo gratus est Deo*. Vocẽ Græcã Hispanismo proprijssimo vertemus, *le ganamos la voluntad*, optimè promeremur de Deo, vt nos amet, nobisque benefaciat.

Sed Latinus interpres, vt solet, verbo *promeretur* vsus est tanquam deponenti in voce passiua, quoniam eiusmodi erat verbum Græcum, quod vertebat. Vide supra pag. 111. n. 5. & pag. 192. n. 6.

Ex hoc autem loco Pauli sapienter noster Bellarmi- 56
nius tomo. lib. 5. de iustificatione cap. 2. colligit operatiu storum recte vocari, & esse merita, nam proprijssime dicimus latine vnum apud alterum mereri, & eum sibi obstringere, qui facit aliquid, quod ei placeat, eumque delectet, quem sensum efficit hoc loco verbum Græcum, vt diximus, imo coniunctum cum vocabulo *hostijs*, non solum significat Deum delectari bonis operibus, sed etiã cõciliari & induci adbene faciẽdũ ijs, qui bene operãtur. Hoc aũt est quod dicimus opera bona esse meritoria. Atq; adeo ex his constat inepte Kemnitium, & Caluinum hæreticos, quos refert idem Bellarminius tomo. 5. lib. 2. de verbo Dei cap. 14. affirmasse hunc esse vnum ex locis ab interprete Latino corruptos, quod posuerit nomen meriti, quod in Græco non habetur; nos enim iam ostẽdimus verbo Græco significari re ipsa nomen meriti.

Obedite præpositis vestris] &cæt. Qui victimarum, seu ho 57
stiarum meminerat, quibus oblectatur Deus, non potuit non commeminisse obedientiæ: nam vt habetur. 1. Reg. 15. *Nunquid vult Dominus holocausta, & victimas & non potius, vt obediatur voci Domini? melior est enim obedientia, quã victima, & auscultare* id est, obedire, *magis quam offerre*: Quod ait Paulus *obedite, & subiacete*, obedientiam demissam, ac reuerentem significat, quam præpositis subditi supplices exhibere debent. *Subiacete*. Theoph. Intensam hîc obedientiam, per verbum ὑπείκετε, indicat, vt si operibus etiam eis seruiendum sit, non detrectent, *præpositis*, id est, vestris omnibus prælatis Theophyl. exponit, id est, Episcopis & subiũgit: quid, cuiuis ne, etiam si prauus

&scele

& sceleratus fuerit? quo modo dicis malum? Si citra fidē fuge eum, etiam si Angelus de cœlo fuerit. Si autem in moribus malus sit, & vita peruersus, obtempera ei: omnia quæcumque dixerint vobis, vt faciatis, facite, secundum autem opera eorum nolite facere, Matth. 23. Nam malè agens, haud alijs consulet, vt malè viuant. Nam & ipse talia perpetrans, rubore suffunditur, & pudet eum suorum scelerum; quod vel inde liquet, quia conatur omni ratione occultare, quod perpetrat; qui verò in fide peruersus fuerit, populo etiam suam opinionem & virus promulgare ac denuntiare cupiuerit. Sic Theophyl.

Ipsi enim pernigilant.] id est, peruigilare debent, nam sæpe verba in scriptura non dicunt actum, sed debitum, seu officium, vt habes supra pagin. 414. numer. 21. Et in eo sensu hæc verba intellexerunt Chrys. & S. Tho. super Epistolam. 2. ad Timoth. c. 2. homi. 2. sic ait; Considera quantum periculi sit per singulos subditorum discuti, rationemque pro omnibus reddere. Quantumuis, præposito honoris impendas, quantumlibet obsequij deferas, nihil his periculis referre par poteris. Nam & si animam ponas, ipse hoc pro te iugiter facit. Et, si id minus
58 facit, quod persecutionis non adsit tempus, eam tamen periculo æternæ mortis exponit. Et in hoc loco homil. 34. Quid dicemus inquit infelicibus illis, & miseris, qui se metipsos ad alios regendos præcipitant, & se in tantorum suppliciorum abyssum iactant? Omnium, quos regis, mulierum, puerorum, atque virorum tu rationem redditurus es: tanto igni tuum subijcis caput. Miror si potest saluari aliquis rectorum. Post tantam enim commissionem, quam negligentiæ videmus illatam, video aliquos etiam concurrere, ac præcipitare semetipsos tantæ moli, ac tantæ difficultati regiminis. Si enim, qui necessitate compelluntur, nullum poterunt habere refugium, nec vllam excusationem reperient, quando res male tractauerint, & quando negligenter administrationem gesserint suam (nam & Aaron necessitate compulsus est, & tamen in periculum venit: sed & Moses pericula sæpe sustinuit, qui regimen illud sæpe recusauerat; & Saul post-

quam re-

quam recusauit principatum in pericula incidit) quanto ergo amplius, qui cum studio, & ambitione petūt principatus, & semetipsos præcipitāt, seuerius punientur &c. Hoc, & plura Chrysostomus eo loco. Et Sanctus Thomas: Hoc est, inquit, maximū periculū de factis alterius rationē reddere, qui pro suis non sufficit. 3. Reg. 10. *Custodi virū istū qui, si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius.* Reddent enim prælati, in die iudicij, rationem de sibi commissis, quando fiet eis illa quæstio Ieremiæ. *Vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum.* Hæc S. Thomas.

Potissimā rationē, cur sit præpositis obediēdū prætermi 59
sit, quod ea esset notissima Hebræis, quā tū seruis, vtpote minus sapiētib⁹, ante oculos posuit ad Eph. 6. *Obedite dñis carnalibus &c. sicut Christo, nō ad oculū seruientes, quasi hominibus placentes sed vt serui Christi, faciētes* volūtatē Dei ex animo cū bona *volūtate seruiētes, sicut Dño, & nō hominibus:* At sapiētibus Hebræis & quū agitur de obedientia debita præpositis spiritualibus, necesse nō fuit vulgarē, & notissimā obediēdi rationē scribere, sed nouā. *Ipsi enim,* inquit, *pernigilāt tāquā rationē pro animabus vestris reddituri.* Ex qua fit cōsequēs altera ratio, vt non possint non gemere sub onere tanto, si vos fitis inobedientes, cùm videant se de vestris etiam culpis rationem reddituros.

Vt cum gaudio hoc faciant & non gementes.] Anselmus in eadem verba cum gaudio, & non gementes agricola inquit, tunc cum gaudio laborat, quando attendit arborē, & fructum videt: segetem, & hubertatem. Videt enim quia nō sine causa laborauit. Sic est de spiritualibus agricolis, id est, de præpositis. Hæc Anselm.

Præterea idem S. Tho. in hæc verba sic ait. Bonus prælatus multū gaudet; quādo videt subditos bene operātes; quia tunc labor suus non est inanis. Sic Paul. vbique, quos videbat sanctè ambulare, vocabat. *Gaudium meū, corona mea* Cōtra vero bonus prælatus gemit in rebellione suditorū ad Gal. 4. *Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Christus in vobis.* Ieremi. *plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei.* Sic gemebat Samuel super reprobationem Saulis. 1. Reg. 15. &. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc enim non expedit vobis] Videlicet, vt gementes pernigilent pro animabus vestris. Primum, quoniã hinc sæpe fit, vt (ne vobis inobedientię præbeant occasionẽ, ipsi que vestra gemant inobedientia) non tã pręcipiant, quod vobis vtilius esset, ad Deique gloriã magis cõducés, quã, quod vobis arridere vidẽt. Vnde fit cõsequẽs altera ratio, vt nõ tam vos prępositis vestris obediatis, quã illi obediãt vobis, teste Bern. ser. de tribus ordinibus Eccle. ad patres in capitulo. Hinc deinde cõsequitur, vt ex hac vestra obedientia mercedẽ à Deo, nõ fit, cur speretis, nam in die obedientię vestrę inuenitur voluntas vestra. His ergo de causis *non expedit vobis* nõ hilariter obedire prępositis vestris. Præterea *non expedit* (inquit Chrys. hoc loco) nam quod chorus sine coriphęo, phalanx militum sine duce, nauis sine gubernatore, grex sine pastore, id, docet Paul. nos esse sine prępposito. Sic Chrysostomus.

61 Denique *non expedit*, quoniam etsi prælati (vt notant Chrys. & Theop. in verbum illud *gementes*) inobedientes subditos vlcisci non debeant, vt nec medici ęgrotos, a quibus contemnuntur, sed gemitibus potius & lacrymis eos frenare, vt hoc loco insinuat Paulus: at sępe, quę humana est imbecillitas, & nõnũquã id exigente ratione recta, venient ex lenibus verbis ad aspera verbera, *id autem nõ expedit vobis*, necessitate videlicet, non volũtate subiectos esse. Præterea *non expedit*, quia vt insinuat Chrys. gemit' prælati ob inobedientiam subditi inuocat Dominum, qui seuerius vlciscatur. Papę, quantum periculum. Sic Chrysostomus. Eandem rationem reddit S. Tho. in hęc verba. *Non expedit vobis*, Deus enim vindicabit pro ipsis, Psa. 105 *irritauerunt Moysem in castris, Aaron sanctum Domini: aperta est terra, & deglutiuit Dathan*, &c. Nota autem quod dicit, *non expedit vobis*, & nõ dicit, *non expedit illis*. Gemere enim pro commissis subditorum bene expedit prælatis.

62 Theophylactus, si cesseris, inquit, & morẽ gesseris prępposito tuo, duci tuo; onus, quod excura tui ille gerit, ei leue reddis ac facile, vt qui gaudeat propter obedientiam tuã. Sin impudẽs sis, & inobediẽs, ipse quidẽ etiã sic vigilabit pro anima tua, verũ tamẽ, nisi correxeris inobediẽtiam tuam

tiam tuam, ingemiscet aduersum te ad Deum (neq; enim aliter ei vindictam permittit Paul. quàm per gemitum) quod maiorem pœnæ ac supplicij pyram accendit, acrius vindicem & punitorẽ Deum permouens. Sic Theophylactus. Quod vero præposito, aut episcopo, dicũt ij patres non aliter permitti vindictam, quàm per gemitum, videtur fauere hæreticis asserentibus à prælatis Ecclesiasticis non posse inobedientes subditos etiam hæreticos puniri. At respondemus Paulum agere de vindicta priuata; aut si agit etiam de iustitia vindicatiua, respondemus iudices Ecclesiasticos non punire suos subditos pœna corporea, sed tantùm declarare culpam ea pœna dignam, quam post modum infligunt sæculares iudices.

Orate pro nobis, confidimus enim] &c. Quænam est ista 63
ratio, vt oretur pro ipso, quod bonam habeat conscientiã Quia, vt adnotat Theophy. multi Iudæi erant infensi Paulo, quasi homini hæretico, qui doceret discessionem á lege Act. 21. Atq; adeo videri posset Paul. indignus orationibus fideliũ, saltẽ cõmunibus siue publicis. Modeste igitur id criminis inesse sibi negat. Chryso. Hæc, inquit, purgationis vice dixit Paul. veluti ad eos scribens, qui circa eum, quasi circa prævaricatorem, afficiabantur, non ferentes neque nomen eius audire. Sic Chrys.

Confidimus enim, quia bonam conscientiam habemus] Non 64
dixit se bonam habere conscientiam, nam quamuis nihil sibi conscius esset, sed non statim iustificatus est, Prima ad Corint. 4. sed confidit in diuina benignitate, ac meritis Christi, se bonam habere conscientiam. Chrysos. id est, conscientia nostra in nullo nos accusat, neque nobis aliquid conscij sumus, quod vobis insidias fecerimus. Nihil negotiationis gratia fecimus, nihil cum fictione protulimus: fortasis enim in talibus accusabatur. Sic ille. Dictio *quia* redundat in Latino sermone, vt alias sæpe in scriptura, quæ Græcorũ more vtitur particula ὅτι, quam noster interpres vertit, *quia* in eadem significatione qua Hispani dictione, *que*, ob cuius phrasis ignorationẽ laborant sæpe cõmentatores, quasi redditam causam inuestigantes, vbi nulla redditur. Simili modestia dixit *in omnibus* (idest ex to

Universidad de Deusto
Biblioteca

to & non ex parte vt explicat Anſe.) *bene volentes conuerſare* nec dixit, *in omnibus bene conuerſantes.* Theophyla. Hoc eſt cupientes citra offendiculum vitam ducere, citraque ſcandalum. Idem Theophy. & Chryſ. *illud in omnibus,* iungunt cum verbis præcedentibus in hunc modum: *Confidimus quoniam bonam conſcientiam habemus in omnibus*, id eſt, non in gentibus tantum, ſed etiam in vobis. Sic illi patres.

65 *Amplius aũt deprecor vos hoc facere* &cæt. Sanctus Tho. *amplius*, id eſt, propter aliud. Sed eam ſignificationẽ non permittit vox Græca περισσοτέρως, quæ ſignificat *magis* aut *potius*, vnde Syriaca tranſlatio vertit *vehementer.* Anſelm. Amplius pro veſtra, quàm pro mea ſalute.

Quo celerius reſtituar vobis] Anſelm. ſupplet, e carcere in quo ſum Romæ vinctus. Senſus igitur eſt: Quod petierim vos orare pro nobis; non tam ad vtilitatẽ refero meã quàm ad veſtram. Id autẽ potiſsimùm à Deo petite, vt qui Romæ nunc ſum, redeam ad vos quam citiſsimẽ ad priſtinum officium prædicationis, vt ſubdit Anſelmus. Verbo autem *reſtituar*, ſe debitorem, aut potius ſeruum prædicat Hebræorum, vt pote gentis ſuæ, ſuæque patriæ, cui vt etiam parẽtibus adeo debitores ſumus, vt par pari referre non poſsimus, vt affirmat Philoſophus.

66 Sed contradicere hæc videntur iis, quæ ſcribit ad Gal. 2. *Creditum eſt mihi Euangelium præputij, ſicut Petro circumciſionis, qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes.* Sed nulla eſt cõtradictio imo mira cõcordia. Deus enim Paulũ, vt poté Hebræum, Hebræis, quaſi quod ſuũ ipſorũ erat, arripuiſſe videbatur, vt operaretur inter gẽtes. Hebræis ergo quaſi reſtituebatur Paulus, quũ rediret ad operandũ inter illos. Adde, quã vis fuiſſet potiſsimum miſſus ad gentes (idque ſolum ſignificant illa verba Epiſtolæ ad Galatas) ſed nonita, vt omnino deſereret Iudæos. Vnde Act. 9. Dixit Dñs de Paulo: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus, & filijs Iſrael*, Quod idem inſinuat ipſe ad Rom. 1. *Sapientibus & inſipientibus*, id eſt, Iudæis & gẽtibus *debitor ſum*, &c. 9. *optabam enim ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus*

fratribus meis qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ.

Sanctus Th. rectè hoc loco adnotat Paulum pro omnibus recurrere ad orationem, & inſinuare nobis, quod omnes viæ eius, & facta ordinabantur ab ipſo ſecundum Dei diſpenſationem, iuxta id Iob. 37. *Nubes ſpargunt lumen ſuũ, quæ luſtrant cuncta per circuitum, quocũq; eas voluntas gubernantis duxerit.* Per *Nubes* enim prædicatores, & Apoſtoli intelliguntur Iſa. 60. Qui ſunt ij, qui vt nubes volant &c. Hæc S. Thomas. 67

Deus autem pacis] &c. Diximus quoſdam Hebræos animo fuiſſe inimico erga Paulum, quòd videretur docere diſceſsionem à lege, quapropter neque nomen ſuum poſuit initio Epiſtolæ, ne illo offenſi, ne Epiſtolam quidem legere dignarentur. Quod adnotarunt Theophy. & Oecumenius in verba præcedentia. Propterea, vt ijdem autores inſinuant, volens Paul. Epiſtolam abſoluere: precibus ad Deum fuſis pro Hebræis, vt prior ipſe præſtaret, quod ab illis petebat, (videlicet, vt orarent pro ipſo) nominatuſque Deum initio precum, Deum pacis aptiſsime vocat, vt ſine vlla offenſione ad pacem & mutuã cum ipſo Paulo concordiam ſapienter ac leniter vnoque verbo attraheret. Deus enim pacis, & non diſſenſionis. 1. Corint. 14. cum ijs eſt, qui pacem habent. 2. ad Corin. 13. Ita hæc verba intellexit Theophy. Quaſi dicat Paul. (inquit iſte autor); quãdoquidem Deus pacis eſt, non oportet vos diſſidere à me, idque ex tenui famæ aurula, quòd doceam legem abrogatam eſſe, qui potius doceam completionem, & conſummationem legis.

Sed quonam pacto cum re, de qua nunc agit, cohæret, quod mox ſubiungit, *Qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium?* id eſt, Chriſtũ, vnde in Græco habem⁹, *Illũ paſtorẽ ouium, illum maguũ*, & in Syriaca trãſlatione, *Magnũ illum paſtorem* &c. illũ, qui. 1. Petri. 5. *Princeps paſtorũ* appellatur. 68

Iam ergo cohærentia horum verborum cũ præcedentibus iuxta S. Thomã, hæc eſt: Quoniã p Chriſtũ pax eſt inter Deũ & homines conſtituta, ideo, qui nominauit Deũ pacis, eadem ratione ſubiunxit Chriſtũ autorẽ eius pacis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed ad id vnum insinuandum obsecro, cur tam multa cõ geritPaul.quę minus ad rem pertinere videntur? Imo ma xime pertinent. Nam ex eo quòd Christus sit pastor illo magnus, & princeps pastorum, consequens est omnes oues spirituales pertinere ad vnum ouile, quæ vnio ad pacem commendandam maxime pertinet. Adde omnium ge nus, pacis esse amantissimum, nullumque tam odit diui sionem, vt videmus. *Iohan. 1.*

69 Sed quid ad rem quòd ait Paul. eũ pastorem è mortuis eductum fuisse? Significare voluit adhuc eum pastorem viuere, atque adeo quamuis varios sibi substituerit minores pastores, tamen extare eorum pastorem principem vnum, atque adeo vnum perdurare ouile, quemadmodum perdurat vnus pastor. Quæ sententia explicari, & cõ firmari potest ex illis verbis 1. ad Corint. 1. *Significatum est mihi &c. quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod vnusquisque vestrũm dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Christus? nunquid Paulus crucifixus est pro vobis?* &c. Quæ postrema verba explicant nobis, cur Paulus posuerit hoc loco illud, *In sanguine testamenti æterni*, est enim quasi dicat (vt adnotat Anselmus) nõ modo est pastor doctrina, sed talis, vt pascat nos sanguine suo, idque nõ semel, aut bis, pauciue diebus, sed semper & in æternum. Eius enim sangui nis nos hæredes reliquit æterno testamento, quo hæreditatis æternæ instituti sumus hæredes, ita vt ille sanguis nunquam sit defecturus, interim dum oues non defecerint, quæ illo indigeant. Hoc igitur argumentum insinuatur à Paulo: Qui sumus oues eiusdem pastoris adhuc superstitis, vno nos sanguinis sui potu adaquantis, & pascentis, tamquàm eorumdem bonorum cælestium futuros cum ipso cohæredes, debemus profecto pacis esse multò studiosiores, quàm vlli fratres eiusdẽ parentis filij, & quàm quilibet alij quouis titulo sibi coniunctissimi.

70 Itaque illa verba, *in sanguine testamenti sui*, iungenda non sunt cum verbo illo *eduxit*, sed cum nomine illo, *pastorem magnum*, vt sententia sit, eduxit de mortuis illũ, qui, quam

qui, quàm sit magnus pastor, cernitur *in sanguine testamenti æterni*, id est, effuso, vt pollicitus erat testamento æterno, id est, promissione æterna, tum quia proposuit eam Deus in seipso ab æterno, vt dicitur ad Ephes. 1. tum quia fidelis futura est, atque præstatura in æternum, vt diximus, quod ea promissum nobis est. Quod sic explicat Theophylactus: *Testamenti æterni*, id est, nullis æculis dissoluendi, neque abolendi, vt legale dissolutum est & abolitum. Sic etiam Anselm.

Aptet vos in omni bono &c. Hæ sunt D. Pauli preces ad Deum pro Hebræis, vt ipsos Deus in omne bono aptet, id est, omnibus bonis cumulet, ac perfectos efficiat, nam pro *aptet*, est καταρτίσαι, quod significat *Perficere, absoluere, consummatum reddere, & omnibus numeris, & partibus absolutum*. Significat etiam (quod adhuc magis ad rem spectat) *ad concordiam, atque vnanimitatem reducere perturbatos, & seditionem agitantes*. Et adnotat Budæus metaphorã esse desumptã à luxatis artubus, quum sibi restituuntur. Vnde hoc eodem vtitur verbo Paulus de hac eadem vnanimitate agẽs, (vt iã explicuimus) 1. ad Cor. 1. pro illo verbo, *sitis perfecti*, atque adeo commode subiungit *in eodem sensu*, quod pertinet ad vnanimitatem in idẽ sentiẽdo, quæ totius vnionis & pacis radix est.

Explicat autem Paulus finem & scopum eius perfectio 71
nis & concordiæ his verbis *Vt faciatis* inquit *eius voluntatem*. Quod Christus tam sæpe, tam enixe commendauit, *Qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater & soror, & mater est*. Et: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me*. Vt autem sciamus Deũ esse, qui operatur in nobis velle, ac perficere, subdit: *Faciens in nobis, quod placeat coram se*. In quæ postrema verba sic ait Theophylactus: tunc enim re vera ei placemus, quũ coram Deo, boni apparemus, ac reddimur, nõ quãdo ab hominibus tales iudicamur. Quod ait *per Iesum Christum* Significat ex Christi meritis prouenire, quòd nos vocet Deus, quodq; eius vocationi cooperemur, vt affirmat Trid. sessione. 6. cap. 7. Vnde est vsus ecclesiæ orationes suas illis verbis *Matt. 12.*

terminare, *per Dominum nostrum Iesum Christum.*

Theophy. *Per Iesum Christum*, Hoc est vtitur illo mediatore, efficiente, nos confortante, robur inspirante ad bonorum operum transactiones.

Cui est gloria) &c. Hoc est cui debetur gloria nostrorum bonorum operum.

72 *Rogo autem vos fratres vt sufferatis verbum solatij.*) Syriaca translatio vertit, *Vt longanimes sitis in sermone consolationis*. Sensus vtriusque versionis est: rogo, vt non ægrè feratis, si ego, qui proprius Apostolus vester nō sum, per literas vos monere, & cohortari volui; id enim feci, vt vos consolarer, non vt imperarem, aut quasi præpositus vester docerem vos. Sic exponit noster Bellarm. tomo. 1. lib. 1. de verbo Dei c. 17. Sed verba hæc adhuc melius intelligentur, si meminerimus Hebræos fuisse animo in Paulum minus beneuolo, atque adeò minus apto & habili ad suscipiendam Pauli disciplinam; propterea timens, eis oneri & tædio futuram hanc epistolam, rogat, vt sufferāt *Verbum solatij*. Theophyl. Sic dixit Paulus, quādoquidem ad afflictos, ac tentationibus agitatos ei sermo sit. Cur autem appellarit *Verbum* integram, neque adeò breuem epi-

73 stolam, subiungit dicēs: *Etenim perpaucis scripsi vobis. Per paucis* aut dixit, si conferantur (vt inquiunt Theop. Oecumenius & Primasius) cum his, quæ dicturus fuisset, spectata materia seu argumento huius epistolæ, quæ vt vidimus, de rebus est grauissimis, vel spectato desiderio, quo Paulus flagrabat Hebræos cōuertendi, ac perficiendi in omni opere bono, cum eisque ob id per literas agendi, quando præsens non poterat sermone.

Chrysostomus: Latenter, inquit, his verbis dicit Paulus: Pusillanimes estis, talium enim non est ferre sermonis longitudinem, idem ait Theophy.

Rem diuersam ex his verbis collegit S. Thomas; Sermones, inquit, breues, valde acceptisunt, quia, si sunt boni, inde auidius audiuntur, si vero mali, parum grauant. Ecclesiastes. 5. *Pauci sint sermones tui*. Sic S. Thom. Quod vtinam sibi persuaderent multi nostri sæculi concionatores: audirentur enim à pluribus & fructuosius.

Anselmus, exemplo inquit, suo hic docet nos magister egregius, vt ea, quæ sentimus, & valde humiliter, & sine fastidiosa prolixitate dicamus.

Cognoscite fratrem nostrum Timotheum) &c. Pro *cognoscite*, Græcè γινώσκετε, id est cognoscitis, seu scitis, vt vertit Eras. Vel cognoscite, vt noster interpres: Nam vtrū 74
q; ea vox significat. *Fratrem nostrum Timotheum*) Erga quē, ait Oecumenius, erāt Hebræi amico animo: ideoq; de ipso scribit, fratremque suum appellat, & lętum nuntium, de eo ipsis scribit, & cum eo ad illos dicit se esse profecturum.

Dimissum. Vnde inquit Chrys? Arbitror, quod in custodiam fuerat missus, aut si hoc non est, *dimissum* dicit ab Athenis, nam in actis Apostolorum c. 17. sic habetur. Chrysostomum in vtraque expositione sequuntur Theophyla. Oecumenius, Primasius, Anselmus & S. Thomas. Priorem sensum secuta videtur translatio Syriaca, quæ pro *Dimissum*, habet *Solutum*, quamuis possit etiam hæc versio posteriorem expositionē admittere, vt sensus sit: Coarctatus vinculis, & importunis precibus Timotheus tenebatur ab Athenien. ne discederet ab ipsis, vt de Christo narrat Lucas c. 4. *Detinebant illū* turbæ, *ne discederet ab eis.*

Cum quo si celerius venerit, veniam ad vos.) Insinuat, nisi Timotheus citò veniat, se ad eos sine illo profecturum, qua ratione caritatem suam erga eos commendat, quasi sit tantæ dilationis seu procrastinationis impatiens; vel significat se diuersurum ad loca remotiora ad prædicandum euangelium, nec ei fas esse tam longas moras facere in expectando Timotheo.

Salutate præpositos vestros) Sanctus Tho. id est Apostolos 75
adhuc viuentes: Ego, vt superius dixi, omnes eorum prælatos intelligo. Et forte Apostolos non tam communi alijs prælatis nomine, cōpellat vnquā Paulus. Theophylactus. Magis inquit, conueniebat, vt præpositis scriberet, & per illos, subditos salutaret, ipse vero prudentissime infirmos & imbecilles curat & fouet, tāto eos honore afficiēs, siquidē peripsos, præpositos etiā salutat. Aliter Theo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

doretus: Inruit inquit, eos, qui illis præsunt, eiusmodi nõ egere doctrina. Quam obrem nõ scripsit ad ipsos, sed ad eorum discipulos.

Et omnes sanctos) S. Thomas. Id est, alios discipulos minores Apostolis. Sed meo iudicio *præpositos*, intelligit eorũ prælatos. *Sanctos* autẽ cæteros oẽs Christianos, qui cõmuni, ac vulgari nomine *Sancti* tũc appellabantur, vt constat ex plurimis locis D. Pauli, & epistolis aliorum Apostolorum maxime in earum initijs.

Salutant vos de Italia fratres] *Fratres* non habetur in Græcis codicibus; neq; in Syriaca trãslatione, neq; in multis Latinis manu scriptis, sed nihil sensum mutat.

Quod ait, *De Italia*, non de Roma, vllo ve altero certo Italiæ oppido, aut vico; sera profecto salutatio esset, nisi Paulus Italiam vniuersam breui percurrisset, vt optabat & quidem optasse constat ex. 2. ad Thes. 3. *Orate pro nobis vt sermo Dei currat.* Correbat ergo Paulus tãquàm fulgur, aut tam quàm si esset spiritus sine corporis mole, vt ita resisteret, & repugnaret illi, qui celerrimè circuit, ac peram bulat terram, vt deuoret, mactet, ac perdat Iob. 1. & 2. & 1. Petri. 1.

76 *Gratia cum omnibus vobis amen.*) Chrysostomus. Quid est *Gratia*? remissio videlicet & purgatio peccatorum. Theoph. *Gratia*, id est remissio peccatorum, purificatio, Spiritus paracleti assumptio. Primasius in *Gratia* intelligit fidem perfectam cùm executione bonorum operum, remissionem quoque peccatorum. Hoc postremum intelligit Oecumenius. Nos in amplitudine sua Scripturã relinquentes in *Gratia* intelligimus hoc loco tam præcedentem, & excitantem; quàm subsequentem, & etiam iustificantem, & demùm omne donum gratuitum, ac diuinum Spiritus sancti, qui cum Patre & Filio viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

FINIS.

INDEX QVAESTIONVM Scripturæ, quæ in hoc opere latius explicantur, præter eas, quæ ad huius libri intelligentiã propriè pertinent, & suis in locis quærendas esse, perspicuum cuius est: & præter eas etiam quæ potius ex indice rerum ac verborum petendæ sunt.

Numerus primus paginam, secundus numerum capituli indicat.

1 AN omnes Angelorum ordines mittãtur ad nos. pag. 64. num. 93.
2 An Christus habuerit tentationes peccatorum pag. 137. num. 15.
3 An saltẽ morbos corporis senserit, qui possunt esse sine peccato. p. 139. n. 27.
4 Quo modo Christus nunc in Cœlis interpellet pro nobis & an oratione propriè accepta. pag. 240. n. 75.
5 Cur Christus in Scriptura venisse dicatur in consummatione aut fine sæculorum, seu in nouissimis temporibus, cũ ab eius aduentu plures mille quingentis nonaginta iam annos fluxisse videamus, & ignoremus, an multo etiam his plures supersint. pag. 341. num. 113.

Index Regularũ Scripturæ quę in hoc opere traduntur.

1 CAnon proponitur, quo intelligamus interpretationes, quas in nostra vulgata editione videmus, aut in quauis alia scriptoris ne sacri sint, an interpretis. pag. 12. num. 8.
2 Hebræi vtuntur genitiuo nominis substãtiui pro adiectiuo Vt, filius dilectionis, id est, dilectus. pag. 25. num. 14.
3 Ea verborum Græcorum tempora, quæ Aoristi dicuntur, solet sæpe noster interpres quasi præsentia vertere, præsens pro præ

pro præterito accipiens pag.26.fine.

4 Hæc eadem tempora sæpe in præteritum vertit ibidem

5 Abstracta pro concretis passim vsurpant Hebræi, vt potestas pro potente, dominatio pro dominante.p.28.num.19. Sanctitas pro re sancta pag.284.num.13.

6 Apostoli & Euangelistæ sæpe ex locis veteris testamenti, non tam verba referunt, quam sensum.pag.49.num.65.& pag.526.num.25.Mutareque solent personas, & tempora & numeros, sed saluo semper sensu.pag.49.num.66.

7 Cum sunt duo nomina in eodem casu, & dubium est, vtrũ illorũ, subiecti locũ habeat, de quo alterũ dicatur, illud habet subiecti locum,cui articulus additus est.p.51.n.70.

8 Coniunctiones similitudinis omittunt sæpe Hebræi pag.51.num.72.

9 Causa, quę redditur, sæpe non ad sequentia,sed ad præcedentia referenda est.pag.58.num.83.

10 Dictiones,quę causam significant, vt Propterea, Ideo & similes, sępe redundant more Hebręorum, & nullam causam reddunt, sed tantum prędecedentia continuãt cum sequentibus.pag.59.num.83.

11 Dictiones quædam tempus determinantes, vt Donec, Quo vsque, Vsque quoquo,tempus,quod signatur, includũt illud aũt ꝙ post illud futurũ est nõ excludũt.pa.63.n.91.

12 Noster interpres vtitur participijs actiuis præsentis pro participijs prędteriti, quibus actiua verba carẽt,& participio præteriti vtitur pro participio prędsentis pag.26.num.16.&.17. &.p.63.nu.91.

13 Quod lege aut voluntate Dei decretum est, factum dici solet in scriptura pag.97.num.44.

14 Interpres sępe locutionem exemplaris imitatur pag.111. num.5.pag.192.num.60.

15 Hebręi vtuntur infinitiuo actiuo, vel passiuo cum præpositione,In,pro prędsenti actiuo vel passiuo,& cõiunctione Dum,Verbi gratia.In conuerti,pro Dum conuertitur, In conuertere pro Dum conuertit pag.122.num.23.

16 Dum indocti librarij festinant, solent literas aut syllabas demere, cùm continuò eędem sequuntur pag.153.num.18. & pag.478.num.6.

Vsitatis-

17 Vsitatissimum est apud Hebręos primo nomini compositionis addere.i.ornatus causa,vt Adonisedec, Adonibezec p.200.num.9.

18 Non solet Scriptura Genealogias eorum scribere, de quibus obiter,agit aut eorum,qui ad genus Abrahæ nonpertinent,cuius potissimum generis causa,sacra historia cõscripta est pa.203.num.14.

19 Non omnia, quæ gesta narrantur, aliquid significare putanda sunt, sed propter illa, quę aliquid significant, etiam ea, quę nihil significant, attexuntur pag.208.num.23.

20 Genere neutro,tamquam ad id aptissimo,vtitur scriptura ad vniuersitatem significandam.pag.236.num.68.

21 Nominibus,quæ diminutiua appellantur, aliquando scriptura,more Grącis vsitatissimo vtitur,non minuendi causa, sed augendi, & ornandi pag.255.num.1.&.pag.376.numer.44.

22 More scripturę, præsens tempus, sæpe non tam factum, quam animum indicat pag.262.num.13.

23 Tempus prędsens accipi solet in scriptura ad significandũ id,quod citò futurum est.pag.265.num.17.

24 Relatiua referri nonnunquam solent, non ad id, quod proximè antecessit, sed ad illud, quod erat remotius.pag. 283.num.11.

25 Noster interpres ponere genus solet, quod Græco nomini conuenit, licet Latino non conueniat.ibidem &.p.291. num.25.&.26.&.p.294.num.29.&.301.&.pag.308.num. 39.& pag.383.num.56.

26 Genitiuo nominis substantiui singularis numeri, addito alteri nomini vtuntur Hebręi pro adiectiuo, genitiuo autẽ numeri pluralis pro superlatiuo.Vt Deus Deorum, id est, Deus maximus.Canticum canticorum id est eximium & prędstantissimum canticum.pag.285.num.14.

27 Nomina, quæ rem vnam, & eandem significant, sed iuxta diuersas eius ætates, solent propter ætatum confinium, imo & citra illud vnum pro altero accipi.Vt tauros appellat scriptura,quos vocauerat vitulos: & vaccam, quam vitulã; & eundem, nunc infantem,nunc puerum.pag.314.nu.65. &.66.

Ea,quæ

28 Ea, quæ nobis promittuntur, scriptura solet metiri non nostra mensura, quibus pauci anni longissimum tempus est, sed mensura Dei & æternitatis, cui breuissima sunt, quę longissima videntur. pag. 354. n. 120.

29 Quoniam Latini carẽt participio præteriti temporis actiuæ vocis, pro eo interpres vti solet participio præsentis, vt offerens, pro, cum obtulisset. p. 379. n. 50.

30 Similiter quoniam Latini carent participio præsentis passiuæ vocis, pro eo vtitur participio præteriti in eadem voce passiua, vt sanctificatos dicit eos, qui sanctificantur. p. 381. n. 53. & cap. 1. n. 91.

31 Moris est Paulo post mysteriorum explicationem ad morum confirmationem transire. Id videre est cap. 3. 6. 10.

32 Verba in scriptura nonnunquàm non significãt eum actũ, ad quem significandum primo ac per se accipiuntur; sed ostensionem eius actus, vel dignitatem, seu meritum, aut debitum. Vt sæpe quis damnare, seu condemnare dicitur q uempiam, quoniam eum damnatione dignum ostendit. p. 414. nu. 21. & offerre dicitur, qui tentauit offerre, & qui quantum est in se fecit. pagin. 430. num. 47. pagin. 544. numer. 57.

33 Cum in Scriptura effectus vni causæ tribuitur, quæ minus præcipua videbatur, includitur etiam altera, quam constat esse præcipuam. p. 424. n. 38.

34 Mendum in ea esse lingua putãdum est, (re dubia) in qua maior est erroris occasio. p. 445. n. 72. &. p. 459. n. 95. &. p. 485. n. 18. &. 20. p. 495. n. 33.

35 Ordinem temporum non seruat Scriptura, quando ad rẽ nihil pertinet: vel quando videtur potius seruandus ordo dignitatis: vnde inter eos, qui vicini tempore fuerunt, illi priùs nominari solent, qui gloria rerum gestarum præstiterunt. p. 452. n. 84.

36 Late patens vocabuli cuiusuis significatio, verbo aliquo addito restringi, & coarctari solet. p. 472. n. 15.

37 Interpres solet positiua nomina insuperlatiua vertere, cũ videt sensum scriptoris magnum quippiam significare. pa. 487. n. 22.

38 Positiua pro comparatiuis accipiunt Hebræi: vt Bonum pro melius. pag. 535. n. 41.

39 Participijs passiuis vtuntur Hebræi pro nominibus verbalibus in bilis p. 495. n. 35.

40 Multa legimus In Scriptura, quæ prætermissa sunt eo in loco, quo, facta, narranda videbantur. p. 499. n. 41.

41 Similitudinis particulæ, vt tamquam, sicut, non semper dicunt similitudinem, sed aliquando veritatem, & rem ipsam p. 510. n. 58.

42 In scriptura sæpe fit transitus ab specie ad genus, vel ad alteram speciem. pag. 528. n. 28.

INDEX LOCORUM difficilium Sacræ Scripturæ in hoc opere explicatorum, præter eos, quos Paulus ipse citat (hos enim constat explicandos esse eo loco;) & præter eos, quorum expositio pendet ex certo aliquo verbo; Ea enim ex eo verbo, in indice verborum petenda est. Vbi autem vnus locus in pluribus libris sacris reperitur; in eo declaratus indicatur; qui vel fons est, vel eum locum continet verbis difficilioribus.

GENESIS. ca. 1. versu. 26. Faciamus hominem &cęt. & præsit piscibus &c. pag. 85. num. 22.

Cap. 2. versu. 23. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea &cæt. p. 375. n. 42. &. 43.

Cap. 3. vers. 15. Inimicitias ponam inter te & cæt. ipse conteret caput tuum &cæt. pag. 376. n. 44.

Ea verba Cap. 22. vers. 5. Ego & puer reuertemur ad vos. Et Dominus prouidebit sibi victimam, nullum continent mẽdacium. pag. 432. n. 50.

Cap. 27. vers. 15. Vestibus Hesau valde bonis &cæ. de vestibus sacerdotalibus explicatur pag. 493. n. 31.

II. REG. VII. vers. 14. Ego ero illi in patrem &cæ. p. 37. n. 38.

LIBER PSALMORVM. Psalmi, q habẽt in titulo, *Insinẽ*, de Christo

Christo sunt p.86.n.25.Qui habent *pro torcularibus* continẽt voces lętitiæ, & laudum pro spiritualium bonorum copia per Christum inuecta.p.87.n.25.
Psalmus Secundus de Christo historicè scriptus est.p.30.n.27
Illa verba versus secundi.Ego hodie genui te, fusius explicãtur pag.32.n.28.
Psal.8.propriè de Christo est.p.84.n.20. &c. totus exponitur.
Vers.1.Domine dominus noster quàm admirabile est nomen tuum. pag.541. num.52.
Psal.15. Non de Dauide, sed de Christo est.pag.43.num.53.
Ps.21.De Christo planè scriptus est.pag.101.num.49.
Psal.33.vers.8. Immittet Angelus Domini in circuitu &c.pa. 461.num.98.
Psal.44.Manifestè de Messia est.pag.55.num.77.
Psal.71.non de Salomone, sed de Christo est.pag.43.nu. 51.
Psa.73.vers.9.signa nostra non vidimus.
Psal.101.Et tu in principio Domine terram fundasti &cæt. p. 60 à.num.85.& ibidem totus ferè psalmus explicatur.
Psal.94.exponitur pag.113.num.8.
Psal.96.de secundo Christi aduentu est.pag.48.num.63.
Psal.103.ver.4.Qui facit Angelos suos spiritus.pag.50.nu.68.
Psal.109.non de Abraham, sed de Christo est.pag.43.n.53.& p.62.n.90.&.pag.145.nu.5.&cæt.
Canticum canticorum, nequaquam de Salomone & eius vxore, sed de Christo,& Ecclesia scriptum est pag. 43. nu.53.
Isaias Ca.8.ver.18.Ecce ego & pueri mei &c.p.102.n.51.& c.
Cap.66. vers. primus & secundus.cœlum sedes mea &cæt. p.311.n.60.
Habac.3.vers.2.In medio annorum notum facies,p.345.n.118.
Matth.Cap.6.vers.11.Panem nostrum supersubstantialem.p. 437.n.59.
Cap.14.vers.12.Accedentes, id est, postquàm accesserunt. p.27.n.17.Ibidem.Venientes, Exiens, Euntes, id est, post quam venissent, & egressus,& postquàm ierunt.
Cap.19.vers.28.In sede maiestatis, id est, in throno amplo & magno.pag.27.num.19.
Cap.20 vers.6.circa vndecimam &c.pag. 342.num.113, &. 355,num.122.&.123.

Vers.

Vers.8.cum sero autem factum esset &c.ibidem.
Vers.23.Calicem quidem meum bibetis pag.431.num.47.
Cap.25.Vers.31.Super sedem maiestatis suæ.vide.5.cap.19.
Cap.27.Vers.51.Velum templi scissum, significat apertũ tunc cœlum fuisse.pag.299.num.38.
Lucas.Cap.1.vers.49.Fecit mihi magna &cæter.& Sanctum nomen eius p.541.n.52.
Cap.5.ver.5.In verbo tuo,id est,imperio tuo.pag.25.nu.14.
Iohannes.Cap.1.vers.9.Illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum.pag.370.num.32.
Vers.17.Lex per Mosem data est,gratia & veritas per Iesum Christum.pag.75.num.8.
Cap.6.Vers.27.Hunc pater signauit Deus.pag.24.num.12.
Cap.12.Vers.32.Omnia, id est, omnes electos, trahã ad me ipsum.pag.20.num.3.
Cap.13.Vers.3.Omnia,id est omnes electos, dedit ei pater. pag.20.num.3.
Acta.Ca.1.Ver.2.Præcipiẽs,id est,postquã præcepit.p.27.n.17
Ver.22.Incipiens à baptismate &cæt,id est, exorsus.ibidem.
Cap.10.vers.38.Vnxit eum Deus spiritu Sancto. p. 58.nu.81.
Ad Rom.Cap.3.vers.25. Propter remissionem præcedentiũ delictorum in sustentatione Dei.pag.319.num.74.
Cap.8.Vers.26.Spiritus postulat pro nobis gemitibus &c.pa. 245.num.82.
Ca.12.Vers.10.Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. pag.514.num.1.
Cap.14.Vers.5.Vnusquisq; in suo sẽsu abũdet &c.p.186 n.51
Cap.15.Vers.8.Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis.pag.109.num.2.
Ad Galat.4.Vers.4.Vbi venit plenitudo tẽporũ.pa.344.n.116.
Ad Ephes.1.Vers.10.Indispensatione plenitudinis temporum pag.344.num.116.
Cap.3.Vers.11.Præfinitionem sæculorũ.p.344.n.116.&.117
Secundæ.Tim.1.vers.9.tempora sæcularia.p.345.n.117.&.118
Titum.1.Vers.2.Tempora sæcularia.pag.345.num.118.
Petri Epistola Secunda Cap.1.Vers.10.satagite & cæt.sicut Paulus scripsit vobis.pag.7.n.12.&c.Cap.3.Vers.13,Nouos cælos.pag.60.num.85.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæ epistola. Vers. 8. Maiestatem, id est, principes & potestatem habentes.
Primę Ioh. 2. Vers. 18. Nouissima hora est pag. 345. n. 119. Et sicut audistis quia Antichristus venit &c. ibidem.
Apocal. 1. Vers. 1. quę oportet fieri cito &c. p. 354. n. 120. & 121.
Apoc. 21. Vers. 1. cælum nouum &c. pag. 60. num. 85.

INDEX RERVM & Verborum, in quo signũ hoc

*significat de ea re agi eo loco accuratius. In hoc indice, & alio Euangeliorum nos indicamus sæpe sensum mysticum ab autore non expressum.

A

Vel *Ab* pro Post. pag. 460. num. 96.

Aaron.

Aarõ à Mose vocat⁹ fuit Christus, & cur? p. 57. n. 80

Abram & Abraham.

Nominum Abram & Abraham interpretatio. p. 416. num. 23.
Abraham obedientiæ suæ nec alium doctorem habuit, quàm Deum, nec exemplum vllum pag. 416. num. 24.
Bis obediuit, vt exiret de terra sua. Ibidem.
Vixit semper tamquàm peregrinus. pag. 420. n. 31. cum præcedentibus
Eius fides commendatur. pag. 432. num. 50.
Non est mentitus cum Genes. 22. dixit; Reuertemur ad vos; Et: Dominus prouidebit sibi victimam. pag. 432. n. 50.
Abrahæ hospitalitas fusè commendatur. pag. 514. num. 3. vide verbo Hospitalitas.

Ad

Ad, pro super &, super pro De, atque adeò Ad, pro De. pag. 54. num. 74. & pag. 135. num. 21.
Ad, pro Circa. pag. 54. num. 75. & pro, In, cũ accusatiuo ibidẽ.

Adam.

Adamo non ad nutum obedirent animalia in statu innocentię pag. 85. num. 22.

Aduena.

Aduena quis dicatur, pag. 5. num. 8.

Ambulare.

Ambulare cum Deo est iuxta eius præscriptum viuere, & ab eius voluntate non discrepare pag. 409. n. 12. atq; adeò hoc virorum sanctitate præstantium est. Ibidem.

Afflicti.

Afflicti non dissoluemur animis, si Christi passionem serio cogitemus. pag. 478. à numer. 6. ad. 11. Si ex scriptura opem petamus, si consideremus in ea filios Dei vocari, qui persecutiones patiuntur. Ibidem. nu. 12. &. 15. Sic erudimur, vt recta via incedamus, & sæcularia contemnentes, cælestia quæramus. num. 13. quod magnum beneficium est num. 14.
Nihil nocere nobis possunt inimici nostri, nisi Deo volente aut permittente, ideo persecutiones eorum, disciplinam suam vocat. Ibidem. n. 14. cum sequentibus.
Afflicti ne despondeamus animum, quasi Deus nos oderit, & nobis iam benefacere nolit. Ibidem & nu. 17. imo tunc magis se nobis offert num. 19.
Deus & verbis & factis nos affligit & arguit num. 15.
Non potest dicere, quia est iustus aliquis, qui expers tribulationis existat. pag. 483. num. 15.
Filius omnis & si bonus sit, quædam habet corrigenda, veriquè patris munus gerit Deus ea corrigens, vt & illa deleantur, & rebus huiusmodi ille non assuescat. n. 15.
Quem præ cæteris Deus familiarem amicum sibi conciliat, eũ magis castigat. num. 15. &. num. 17. Vt eum magis perficiat num. 18.
Non omnis, qui affligitur filius est, sed omnis qui filius est affligitur num. 15. &. num. 19.
Plurimi affliguntur non vt filij, sed sicut pessimi. num. 15.
Si parentes secundum carnem, cùm nos castigabant, tolerabamus, quanto magis tolerare debemus parentem spiritus num. 19. &. 20. &. 21.
Afflictionem non fuisse merè, est hominis contranitentis & aduersantis Deo. pag. 485. num. 20.

Afflictio primo aspectu adeò tristis est, vt nullam vnquam vo luptatem allatura videatur, num. 21. At verè lætitiæ mater est. ibidem. Et sanctitatem eximiam in anima efficit, & beatitudinem, num. 22.

Angelus.

Angeli vento & igni similes cur. pag. 52. num. 71
Quæ erga homines exerceant ministeria. pag. 63. nu. 91. &c.
An omnes Angelorum ordines mittantur ad nos. p. 64. n. 93.
Communi nomine omnes cælestes virtutes angeli appellantur in scriptura. p. 69. num. 102.
Angelorum proprietates ex eorum nominibus cognoscuntur. pag. 72. num. 108.
Appellantur Dij in scriptura pag. 91. num, 32.

Anima.

Animæ atque spiritus discrimen. pag. 134. num. 18.

Animositas.

Animositas quid significet in scriptura. pag. 448. num. 77.

Aquila.

Aquila mortua ex suis reliquijs renascitur. pag. 169. num. 22.

Arca.

Arca tabernaculi. Quę esset intra arcā, & quę iuxta. p. 288. n. 20
Arca solet in scriptura intelligi nomine legis, aut testimonij, quæ, seu quod in arca continebatur p. 294. num. 29.

Arena.

Arenæ comparari numerum magnum, peruulgatum est in scriptura pag. 426. num. 39. & 40.
Arenæ maris, & stellis cœli promiscuè comparantur in scriptura tam boni quam mali. p. 425. num. 39.

Arguere.

Arguere dicitur quis alium in scriptura non modo verbis, sed & factis pag. 483. num. 14. & 15.

Auaritia.

Auari ne sint, imprimis studeant hi, qui quasi vitiogentis suæ, sunt ad auaritiam proni pag. 525. num. 22.
Contenti simus præsentibus, id est, nihil anxiè cogitantes in crastinum, & nostra sorte contenti, non laborantes fieri ditiores. num. 23. & 24. Deo fidentes. num. 24.

Baptismata.

Quæ

Baptismata.

Quæ dicantur in scriptura. pag. 159. num. 6.

Baptismus.

Apostolicis temporibus cur vocaretur illuminatio. pag. 163. n. 11. & pag. 395. num. 76. & in eo.
Visibilibus signis Spiritus sanctus accipiebatur, eiusque effectus in adultis verè pœnitētibus est pax & animi lætitia. pa. 164. n. 13. & 14. & renouatio. pag. 168. num. 21.
Est typus & repręsentatio mortis Christi. pag. 169. num. 23.
Iterari non potest. pag. 166. n. 17. & sequentibus &. p. 388. n. 65
An de eo possint intelligi verba illa Pauli. Abluti corpus aquæ munda. pag. 384. num. 59.

Benedicent.

Benedicent ex officio vt maior benedicit. pag. 114. num. 32.
Benedictio in scriptura vocatur prouentus magnus. pag. 178. nu. 37. pag. 189. n. 56. & fausta & læta precatio. pag. 114. n. 31.
Benedicere est bona, & fausta alicui precari. pag. 435. nu. 55.
Ideo benedictiones, verbis precantium concipiuntur. Ibidē.

Caput.

Caput. & *Capitulum* accipitur pro summa, & pro Breue & pro Præcipuum & Maximum pag. 255. num. 1. & 2.

Cælum.

Cæli non peribunt vnquàm secundum substantiam, sed renouabuntur in die Iudicij pag. 60. num. 85.
Vtrū cœlū beatorū moueatur, & Sphæricū sit. p. 258. n. 6. & 7

Caro.

Caro & sanguis solent in scriptura accipi pro natura humana. p. 103. num. 53. & pro natura corruptibili. pag. 147, num. 9.
In carne viuere nos dicit scriptura, tantisper dum in hoc sæculo viuimus pag. 148. num. 9.
Caro pro re externa solet accipi in scriptura: sic carnis emundatio, id est, externa emundatio. pag. 315. num, 66.
Carnis peccata maxime impediunt saluationem. pag. 476. n. 5

Character.

Character quid significet. pag. 23. num. 10.

Christus.

Christus interpretatur vnctus, & cur sic vocetur. pag. 57. n. 79.
Fuit verus homo. pag. 103. num. 54.

Christum esse Deum latè demonstratur.pag.22.à num.8.
Christus est verus Deus & verus homo, æternus, & temporaneus.pag.532.num.35.
Cur dicatur verbum.pag.132.num.16.
An habuerit tentationes peccatorum.pag.137.num.25. &c.
An saltem senserit corporis morbos.pag.139.num.27.
Christi humanitas significatur hyssopo herba, quod natura sua humilis esset, & virtutem haberet ad sanandos internos animorum morbos.pag.332.num.97.
Meruit sibi gloriam & honorem, quibus prædicatur & honoratur.pag.91.num.33.
Decimatus non est in Abraham.pag.216.num.36.
An aliqua ex parte pertinuerit ad tribum Leui.pag.221.n.44.
Cur eius Genealogia non fuerit per Mariam contexta, sed per Ioseph.pa.224.num.49.
Dici quodam modo potest mortuus etiam pro Angelis. pag. 96.num.41.
Orabat angore, atque affectu magno.pag.148.num.10.
Orat nunc pro nobis in cælo.pag.240.num.75.
Hæc vox Christus accipi solet pro Christi membris. pag. 40. num.46. Eo nomine appellatus fuit Aaron.pag.57.num. 8. & alij etiam non vncti vnguento terrestri. Ibidem.
Christus cur natus, & passus post tot sæcula.pagin.341.n.113
Cur dicatur venisse in consummatione sæculorum. Ibidem.
Per Christum offerimus Deo patri oblationes nostras.pagin. 540.num.51.

Clarificare.

Clarificare pro glorificare sumit noster interpres.pag.145.n.4.

Commoueri.

Commoueri seu moueri aut exultare dicũtur ea in Scriptura, in quibus res nouæ, & admirabiles fiunt, siue lætæ sint, siue tristes, quarum admiratione moueri & quasi pulsari videmur.pag.508.num.55.

Commune.

Commune pro Immundum accipitur in scriptura. pagin. 392. num.72.

Conscientiam.

Conscientiã bonam habere dicitur in scriptura, qui iustus est, quia nullus

quia nullius peccati sibi conscius est. Contrà, qui est in peccato, conscientiam dicitur habere impuram aut malam. p.302.num.48.&c.

Concio.

Conciones, breues sint.pag.552.num.73.

Confessio.

Confessio christiana vocatur sæpe in nouo testamento ipsa fides, & doctrina, quam confitebantur Christiani.p.110.n.3.
Confiteri phrasi Hebræa est canere, ac celebrare.p.541.n.51.

Consummare.

Consummare phrasi scripturæ, solet accipi pro Facere. pag. 295.num.31.
Consummatio. Græcè, συντέλεια, semper in scriptura finem significat.pag.342.num.114.
Significat non nunquàm integram hominis beatitudinem, tã corporis quàm animæ.pag.471.num.113.vsque ad.115.

Coram.

Coram Domino sæpe in scriptura significat *coram area & propitiatorio*, vbi, Deus esse existimabatur, & inde responsa reddebat, siue esset in sancto sanctorum, siue etiam in sanctis. pa. 291.num.27.

Creare.

Creauit Deus hunc mundum ex ideis, siue formis omnium rerum, quæ sunt in eius mente, non aliunde qua sita materia, aut vllo artificio adhibito.pag.405.num.6.
Creatura pro creatione solet accipi in scriptura.pag.312.n.62.

Culpa.

Nonnumquã accipitur non pro peccato sed pro reprehensione: culpare enim est reprehendere.pag.264.num.15.

Damnati.

Errori Origenis de damnatis reuocandis aliquando ad vitam beatam non fauet Paulus.pag.240.num.74.

Demorari.

Demorari in scriptura significat incolam esse & peregrinum, quasi migraturũ in aliã terrã.p.418.n.28.

Deus.

Deus cum Hebraicè habetur Eloim cum verbo singulari significat tantum Deum ipsum verum.pag.55.num.76.
Eius natura cur oleo cõparetur.p.57.n.79.& cũ vnguẽto. ibid.

Cum olim patribus apparuisse dicitur, non per se, sed per Angelos apparebat pag.74.num.3.
Dij vocantur in scriptura ipsi Angeli.pa.91.num.32.
Hęc verba *Dei nomen*, significant in scriptura omnes diuinas perfectiones.pag.541,num.52.

Dextera.

Dextera an læua fuerit in sedendo & deambulando honorificentior.pag.28.num.20.

Diei.

Diei pro tempore accipere solet scriptura pag.268.num.22.

Differentius.

Differentius pro præstantius & excellentius accipitur in scriptura pag.31.num.25.

Disciplina.

Disciplina pro *castigatione* & *flagellatione* solet accipi.p.482.n.13

Ecclesia.

Ecclesia primitiua quàm sancta fuerit, quantumque ab illa sanctitate desciuerit.pag.272.num.30.&c.
Habuit tamen semper aliquos filios minus sanctos.ibidem.
Eius typus fuit mons.Sion.pag.500.num.42.

Eleemosyna.

Eleemosynam aliquam erogent etiam qui pauperrimi sunt, pa. 514.num.2.&c.&,541.num.52.
Inter eum qui eleemosynam erogat, & eum qui accipit, quę dam intercedit remuneratio, ille dat pecunias, hic reddit benedictionem: eius qui indiget, sunt partes potiores. p. 542.num.53.

Erudire.

Erudire dicit scriptura pro *castigare* & *flagellare* p. 482.n.13.14.

Esau.

Esau. Vide Hesau.

Et.

Et cum in Hebræo respondet litera *Vau* sæpe idē valet, quod *enim*.pag.233.num.63.& pag.535.num.41.
Accipi solet pro *præsertim* p.524.n.21.& pro *etiam*.p.530.n.30

Exemplum.

Qui virtute insignis fuerit, is est inspiciendus, vt eum imitemur.pag.385.num.61.
Idque etiam post eius obitum, nam & defunctus loquitur, & nos admonet, vt iusti simus pag.407.num.9.
Quanti Deus faciat exemplum bonum, declarauit supra modum, affirmans se Abraham in exemplum accepisse: dicendo: si Abraham filium suum obtulit, & ego vnigenitum meum immolandum tradere debeo.pag.433.num.51.
Christi exempla maximè sunt præ oculis habenda.pag.477.n. 5.6.7.8.9.
Peccator exemplo suo nocens alijs, appellatur radix amaritudinis, germinans, & impediens; vt quę sunt herbæ nocuę valde impedientes herbis vtilib⁹, sic ille bonis.p.492.n.29.30

Euanangelizare.

Euangelizari dicuntur hi, quibus lætus nuntius affertur, pag. 124.num.2.

Eucharistia.

Eucharistia est cibus, quo vita spiritualis fit immortalis, si velimus.pag.537.numero.45.49. Cum tamen vita hæc corporea non habeat quo in æternum hic conseruetur, numero.42.
Qui corporis voluptatibus indulgent, indigni sunt hoc conuiuio num.47.&.48.
Eucharistiæ typus fuit conuiuium, quo Melchisedech pane ac vino suscepit Abraham ex cæde alienigenarum reuertentem: sic qui medio sacramento pœnitentiæ occidit peccata, suscipitur hoc diuino conuiuio pag.227.num.53.
Visitatum fuit apud Hebræos & ethnicos vesci omnes ijs, quę sacrificata Deo fuerant, idque religionis & lætitiæ causa. pag.231.num.60.&c.

Fides.

Fides est initium & fundamentum salutis pag.120.num.21.
Fidei non admixtus sermo diuinus non vtiliter percipitur, sed nocet potius pag.126.num.6.
Fidem deserenti difficillimum est ad eā, & ad viā salutis redire pag.387.num.64.& sequentibus ac præcedentibus.
Quam grauia illi homini debeantur supplicia pa.391.à n.70.
Fidei encomia late cap.11.per totum. Fide veterum nos confundamur.pag.449.num,80.81.82.
Nulla erit spes, si non fulciatur, ac sustineatur fide. pagin.

401. numero. 1. &c.
Quę sperantur, non aliter subsistunt nobis, fides autem efficit, vt subsistant, id est, vt certa habeantur, non minus, quàm si subsisterent. p. 403. num. 12. & 13.
Fides est visio non apparentium, id est, ad eandem certitudinem ducit, ad quam etiam quæ videntur. ibi. n. 3. & 4.
Per fidem credimus, & cognoscimus, quæ sine fide, ratione certa comprehendere non poteramus. ibi. n. 5. & 6.
Fides operatur magna, facitq; nos offerre Deo preciosa munera. ibi. n. 6.
Quod alteri virtuti etiam est, soli fidei tribuit Paulus, quoniam docet Deum esse magnamque futuram retributionem laborum, quos sibi ad magnas res gerendas excitamus; & demum quia fides est initium, & causa omnium egregiorum factorum, nec præcedens tantum, sed semper comitans, hortans, excitans, atque adiuuans. p. 412. n. 16. & 80. sequentibus. & per totum. 30.
Quæ sint necessaria fide credere ad iustificationem. p. 413. numer. 18. & 19.
Fides dicitur & res ipsa, quæ creditur, & actus ipse credendi. pag. 477. num. 5.
Fides, vna est, quia vera est; hæreses innumeræ, quia falsæ. p. 534. n. 38. 39.
Fides firma est, & stabilis; hæreses autem variæ; & hæretici sunt homines leues. n. 39. & 40.
Fides sanctissima cum inuocatione quæ sanctificat, & firmat nos, periculum nullum nec recedendi à fide. p. 535. n. 61. & 41.

Filius.

Filius Dei aliter appellatur homo, vel angelus aliter Christus. p. 31. n. 36.

Gedeon.

Gedeon non penitus fecisse Ephod, & salutem æternam consecutus est. p. 453. à. n. 86.

Genealogiæ.

Genealogiæ in Scriptura cur non nisi per viros describantur. p. 220. n. 49.

Gloria.

Gloria æterna. Vide in euangeliorum indice, in ascensione.
Gloria in scriptura sæpe significat humanitatem. p. 23. n. 9.

Sæpe

Sæpe felicem quendam vitæ statum, & omnibus bonis affluentem. Hinc per Antonomasiam, sanctorum beatitudo dicitur gloria. pag. 97. num. 43.
Gloria commeditsumè passionibus redditur. pag. 96. num. 42. &c.
Eius typus sabbatum fuit. pag. 127. num. 8. & sequentibus.
Eam euangelicæ prædicationis partem, quæ promissionem cælestis hæreditatis & gloriæ continent, vocat scriptura *Verbum Dei bonum*. pag. 163. num. 15.
In ea valde resplendet potestas Dei. pag. 166. num. 16.
Gloriæ spes. Vide verbo, spes.
Eius typus fuit sanctum sanctorum. pag. 194. num. 63.
Gloria in scriptura dicitur, quidquid vnamquamque rem magnificat, & præclaram ac venerabilem reddit. p. 294. num. 30.
Christi mors aditum nobis patefecit ad gloriam. p. 299. nu. 38.
quem admodum mors testatoris ad hæreditatem, ijs, qui sunt hæredes instituti. pag. 318. numer. 73. 76. 77. pagin. 328. num. 91.
Vt ea, quæ erant in lege veteri, erant figura eorum, quæ sunt in nouo testamento, ita &, quæ sunt in nouo, figura sunt perfectiorum bonorum, quæ electis in futuro sæculo præstanda sunt, quæ à Paulo appellantur res, quoniam ita excellunt, vt res excellit imaginem sui. pag. 353. num. 1.
Gloriæ spes valde iuuat ad quosuis labores pro ea consequenda sustinendos viriliter. pag. 396. num. 79. adiunctis præcedentibus à. num. 75.
Ad eam optandam, & procurandam multum iuuat, hic viuere tamquàm peregrinum. pag. 420. num. 31. 32.
Quanta sit cœli gloria significat scriptura, cùm dicit, eius artificem & conditorem esse Deum. pag. 421. num. 32.
Gloriæ seu beatæ ac cælestis vitæ degustationes quædam sunt bona in hac vita sanctis data. pag. 428. num. 43.
Quem admodum nauigantes, à longè prospicientes desideratas ciuitates lætantur, & eas salutatione præueniunt, ita & sancti ciuitatem illam cælestem. pag. 428. num. 44.
Interim dum eam cælestem patriam non habitabant, peregrinos se reputabant. pag. 429. num. 45. & 46.
Cælo proposito contemnemus, vel Regum palatia. pag. 443. num. 68.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num.68.69.&cæt.
Gloriæ promissio in scriptura vocatur Antonomatice *Illa promissio*, seu *illa repromissio* quod ea sit egregia, & eximia inter omnes promissiones pag.458.num.93.
Fide certum est veteres patres non consecutos beatitudinem hanc, nisi post Christi resurrectionem; & iam deinceps, tunc primùm quèque hanc gloriã adipisci, cùm primũ animã separata, nulli culpæ aut pœnæ obnoxia est.p.468.a.n.108
Non difficile est beatitudinem hanc consequi: Non ad id necesse nobis est cœstibus dimicare, neque athletico more pugnare, neque bella gerere, sed quod omnibus est leuius, videlicet currere. Neque necesse est addere cursui, verùm in illo ipso sustinere, ac patientes esse.pag.476.nu.3.&.4. maximè si oculos conijciamus in Christum Dominum. ibi dẽ num.5.6.7.8.
Pro beatitudine tanta nobis propositã, nullos non debemus sustinere labores.pag.478.à.num.6.ad.10.
Sunt qui, vt alter Hesau, primogenituram cœlestem, pro nihilo prodigunt.pag.493.num.31. nec vnquam recuperant. num.32.33.
Cæli typus fuit Ierusalem.pag.500.num.43.
Eo loco fruemur in æternum cœtu, & congregatione innumerabilium angelorum.pag.501.num.43.& sanctorum hominum, etiam eorum quibuscum in hac vita conuersati sumus, quod multùm nos excitare debet ad procurandam eam beatitudinem.num.44. Et maximè Christi & Deisocietate. num.44.& .45. sit pereum facile est eam beatitudinem consequi num.45.quantumuis peccatis fuerimus obnoxij.num.46.

Gratia.

Gratiam inuenire est gratiosum esse apud aliquem, & peculiari affectu ab eo amari.pag.142.num.32.
Gratiæ nomine scriptura comprehendit fidem euangelicam, optimam conuersationem, bona futura.pag.491. num.28.
Gratia sumitur pro iustitia, seu sanctitate.pag.535.num.41. significat etiam legem gratiæ ibidem.

Gula.

Gula fuit Esau causa vendendi sacerdotalem dignitatem.pag.493.nu

pag.493.num.30.&.31. *Heri.*
Heri & hodie. Hodie & cras, quid significent apud Hebræos. pag.530.num.32.

Hesau.

Hesau fuit helluo, & quia sacerdotalem dignitatem vendit, vocatur profanus.p.493.n.30.31. Non doluit de peccato, sed de percepta sibi primogenitura. num.32.33.

Homo.

Homo à Græcis vocatur πολύτροπος, idest, in varia se vertens & omni tempori ac loco se accommodans.pag.20.num.3.

Hospitalis.

Hospitales sint omnes, & suo modo etiam qui pauperiores sunt.pag.514.num.2.
Hospitalitatis quanta sit dignitas pag.514.à.num.3.
Meretur, vt non nunquam hospitio recipiat ipsos Angelos eique accidat quod felici piscatori, qui dans operam piscibus captandis, margaritas captat. p.515.num.3.&.14.15.
Hospitalitate quantum excelluerit Abraham p.520.num.13
Hospitibus occurrendum, p.520.n.13.&.19.tum maximè, cũ ex tempore ac loco potest colligi eos indigentiores hospitio aduentare.num.13.
Hospitalitatẽ Abrahæ qui patres miris laudibus extollãt.ibid.

Hostia.

Hostiæ quid à muneribus differant.pag.259.num.7.

Hyperbole.

Hyperbole vtitur sæpe scriptura sacra, vt quanta sit res intelligatur.pag.425.num.38.

Hypostasis.

Hypostasis quid sit.p.23.num.11.

Hodie.

Hodie significat in scriptura tempus præsens. pag.32.num.29.&.pag.120.num.20.

Iacob.

Iacob fides.pag.435.num.56.

Iephthe.

Iephthe bona fide filiam suam sacrificauit.pag.455.num.89.
Salutem æternam consecutus est.pag.453.num.86.

Ierusalem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ierusalem non Ierusalaim scribendum : estque eadem cum veteri Salem.pag.195.à.num.1.
Ierusalem typus est cælestis ciuitatis.pag.500.num.41.

Iesus.

Iesus vocari solet ipse Iosue à 70. & Græcis.pag.129. num. 11.

Ignorantia.

Peccata omnia solet scriptura Ignorantias vocare pag. 299. num.37.

Imago.

Imaginum adoratio potest optime confirmari ex eo, quod Abraham in Angelis tribus trinitatem repræsentatam adorauit.pag.515.àm.4.vide etiam.num.11.

Impossibile.

Impossibile,pro difficillimum, accipi solet.pag.175.num. 33. Aut quod iuxta communem legem, aut vsum fieri non potest, etiam si priuilegio aut voluntate principis fieri queat ibidem.

In.

In,in nostra translatione modo est cum sexto casu, cùm Latinè deberet esse in quarto, modo in quarto,cùm deberet esse in sexto : Sed ea est phrasis etiam scriptoris Græci.p. 167 num.19.pag.221.num.43.
In,pro Per.pag.19.num.1.pag.167.num. 19.pag.220.num.42.
In,pro Propter pag.192.num.61.
In,pro Iuxta.pag.293.num.28.pro cum.pag.304.num.47.

Infirmari.

Infirmari pro Dolere accipiũt Hebræi.Et infirmitates pro Dolores & Afflictiones.pag.136.num.13.&.p.460.num.96.

Iniquitas.

Iniquitatem operari, vide Iustitiam operari.

Instans.

Instans solet dicere noster interpres pro eo quod est præsens. pag.300.num.39.

Ioseph.

Ioseph fides pag.440.num.64.

Iosue.

Iosue semper à 70.& à Græcis appellatur Iesus pag.129.num.11.

Isaac.

Isaac fides.pag.435.num.55.

Israel, Iuda, Iudæi.

Israel vocari solent gentes in Christum conuertendæ : Iuda verò qui Christum recepturi erant ex populo Iudæorum. pag.266.num.19.&c.
Iudæi proni ad auaritiam pag.525.num.22.& 23.

Iudicare.

Iudicare pro *damnare* accipit Scriptura passim.pag.394. num. 75.&.pag.524,num.21.

Iuramentum.

Iuramenti quanta sit religio colligitur ex pag.161.n.60.&.61

Iustificatio, Iustitia.

Iustificationes vocat scriptura mandata ipsa, siue leges.pagin. 278.num.2.pag.306.num.50.
Iustitia sumi solet pro sanctitate ac perfectione vitæ christianæ.pag.155.num.23.
Nunc omnes virtutes complectitur, & idem est, quod sanctitas, nunc peculiaris virtus est.pag.456.num.90.91.
Sunt qui iustitiam dicant accipi nonnunquam pro misericordia, & humanitate.pag.457.num.91.
Operari iustitiam accipitur in scriptura pro,egregia sanctitatis opera edere.ibidem.num.91.
Huius contrarium, videlicet *operari iniquitatem* significat perpetrare omnia vitia.ibidem.

Labores.

Labores facile pro Deo perferuntur, si præsentem eum contemplemur.pag.449.num.78.

Lætitia.

Lætitia potissimum prouenit ab interna vnctione spiritus sancti.pag 58.num.82.

Latere.

Latere verbo dupliciter vtitur scriptura.pag.517.num.7.

Lex.

Lex vetus non ab ipso Deo per se, sed per Angelos data est Moysi.pag 74.num.2.
Non mala erat, sed vtilis imperfectis, & sanctitate infantibus Iudæis, perfectiorum autem indigis minus vtilis.pag. 296.num.68.&.69.
Lex vetus scripta in tabulis lapideis, lex noua in cordibus.

pag.271.num.27.
Lex pro arca ipsa legem continente solet accipi in scriptura pag.294.num.19.
Lex vetus significata fuit per primam partem tabernaculi. pag.312.num.65.
Lex vetus fuit vt rudis & inchoata pictura gratiæ, & bonorum nouiTestamenti, non imago expressa, id est, habuit figuram, non habuit veritatem.pag.353.num.1.
Vetera, quæ erant in lege, erant figura eorum, quæ sunt in nouo testamento, ita quæ sunt in nouo testamento, figura sunt perfectiorum bonorum, quæ electis in futuro sæculo præstanda sunt.pag.353.num.1.
In lege noua multò plura, & maiora beneficia nos accepimus, quàm veteres in lege ea.p.494.n.34.&.p.500.n.41.
Lex vetus mobilis erat, at Euangelica perpetua & immobilis futura est pag.509.num.57.&.58.
Ideo vocatur immobile regnũ, regnũ quidẽ, quia per eã regnat Deus, & Christus in nobis, non Moses, qui regnabat in veteri lege, & cui omnes obediebant: & quia per eam à seruitute Diaboli liberamur, & in veram libertatem filiorum Dei restituimur & reges efficimur, & regnum Dei consequimur.num.58.

Maiestas.

Maiestas accipitur pro ipso Deo. Sed proprie est amplitudo, & dignitas pag.27.num.19. significat etiam principem, siue magnam potestatem.pag.38.in principio.

Manu factum.

Manu factum appellare solet scriptura, quod hominum arte atque industria factum est; & Non manu factum appellat, non quod non est factum, sed quod non est factum humano artificio.pag.311.num.59.&.60. Et quæ Deus iuxta vsitatum naturæ ordinem facit Manu facta appellat scriptura, quæ autem supra naturæ ordinem fiunt, non Manu facta vocat. Ibidem.num.61.

Matrimonium.

Matrimonium res est sancta.pag.524.nu.20.&.21. Quamuis suscipiatur solum ad vitandam fornicationem.num.22.
Contra matrimonij fidem & leges facere, grauis & culpa est & pœna

& pœna parata. ibidem.
Pollui solet etiam inter coniuges.num.21.
Perseuerãdum est in seruanda fide coniugij omni tempore. pag.524 num.20.quod præcipit Paulus, quoniam sunt non nulli, qui recens coniugati, vel in.præsentiarum, vel in incolumitate fidem seruant, aliàs minimè.

Melchisedech.

Melchisedech quis fuerit.pag.195.à.num.1.

Memoria.

Quæ vana credimus, non mandamus memoriæ, quæ memoria retinemus, etiam post diuturnum tempus, pluris æstimare nos ea, facile conuincimur.pag.440.num.64.&.65.

Meritum.

Merentur iusti suis bonis operibus.pag.542.num.55.

Michael.

Michael Angelorum & Archangelorum princeps. pag. 71. num.107.

Minister, Ministrare.

Minister dici absolute solet in scriptura is, qui sacrorum ministerij est.pag.256.num.3.
Ministrare in scriptura propriè est eleemosynas largiri. pag. 185.num.48.

Missa.

Missæ sacrificium tollunt hæretici. Et quibus argumentis, ad eaque respondetur.pag.350.à.num.6.ad.30.
Non solum est Eucharisticum, id est, sacrificium gratiarum actionis, sed etiam propitiatorium.pag.368.num.28.&.32. &.pag.379.num.49.&.50.

Moses.

Mosis fides.pag.441.nu.66.&.76.cum sequentibus. Eius spes. num.78.&.p.449.n.79.&.80. Contemptus mundi. p.443. n.68. Odium peccati.ibi.n.70. Æstimatio imitationis Christi.n.72. cum sequentibus: aspiciebat enim in remunerationem num.76.

Mors.

Mortem sancti, & in primis Christus, nõ comedunt, sed gustant, quia citô resurgent: Mortem gustare phrasi Hebræorum, est simpliciter mori.pag.94.num.37.
Mortis timore Christus nos liberauit.pag.105.num.59.
Quò morti sumus propinquiores, vel ob ætatem, vel quauis alia de causa, eò virtutis debemus esse studiosiores.p.387.n.63.

adiunctis præcedentibus.59.60.61.62.&.pag.397.n.79.80.
Sancti dicũtur in scriptura mori in senectute bona, & implere dies suos. Peccatores vero & impij, in dimidio dierum suorum mori dicuntur.pag.454.num.88.
Sanctorum felix exitus ex hac vita, & transitus ad cęlestem, nos incendat ad eorum vitã imitandam. pag. 528. num. 29. Eaque inspiciamus, vt solent discipuli picturas ad primum exemplar conferre.num.30.
Quantumuis vitam corpoream conseruare velimus, fieri nequit, cum tandem mortem subeamus: vita spiritualis, ea quidem nobis inuitis auferi nequit.pag.536.num.42.
Corpus dicitur tabernaculum, quia modicùm manet. p. 539. num. 48. & propterea non est ei deseruiendum.ibidem.

Mortificatio.

Mortificatio magni habenda, quòd per eam Christi passionẽ imitemur.pag. 445.num.72.

Moueri.

Vide commoueri. *Mundus.*
Mundi figuram habebat tabernaculum.pag.279.num.4.
Mundus in scriptura non semper in malum accipitur, sed sæpe etiam significat homines, qui sunt in mundo. pag. 282. num.9.&.pag.440.num.5.

Munus.

Munera quid ab hostijs differant.pag.259.num.7.
Nefandum peccatum cum bestia, vide verbo peccatum.

Negligentia.

Negligentia quantum malum. pag.73.num.1.

Nisi.

Nisi post verba iurandi aut affirmandi, affirmationis nota est pag.191.num.59.

Nomen Dei.

Hoc vocabulum *Nomen Dei* in scriptura ponitur ad significandas omnes diuinas perfectiones pag.541.num.52.

Nunc.

Nunc more scripturæ sæpe non tam significat tempus, quàm est nota illationis.pag.429.num.46.

Obedientia.

Obedientiæ exemplum illustre omnibus sæculis Deus reliquere

quere voluit, præcipiens Abrahamo, vt sibi offerret Isaac.num.pag.430.num.47.
Obedientibus, etiam quæ aduersa, ex sua obedientia, timere possunt, in melius Deus conuertit.pag.434.num. 53.
Obedientia melior est, quàm victima.pag.543.num.57.
Obedientia sit demissa, ac reuerens, & intensa, vt obediamus ex toto corde, & ex totis viribus; non verbis modò, sed & operibus humilibus.ibidem.
Obediendum prælatis etiam prauis, & sceleratis, quando non mala contulunt; non tamen infidelibus.pag.544.num.57.
Quantumuis præposito honoris impendas, quantumlibet obsequij deferas, nihil periculis, quæ in te regendo subit (de qua re vide in indice Euangeliorum in communi pontificum) referre poteris.pag.544.num.57.&.58.
Tota hominis perfectio consistit in faciendo Dei voluntatem.pag.551.num.71.
Vide communiue prælatorum in indice Euangeliorum à num.5 vsque ad vltimum.

Oblinio.

Vide verbo, memoria.

Oleum.

Olei proprietates describũtur, & cur Deus oleo comparetur pag.57.num.79.&.pag.58.num.81.
Olei & vnguenti discrimen.pag.57.num.79.

Omnes.

Omnes in scriptura dici solet maior pars.pagin.427.numer.41. &.42.
Cum dicimus *omnes*, semper ille excipitur intelligitur, quem paulò ante alijs verbis exceptum fuisse significauimus.pag. 427.num.42.

Orare. Oratio

Orare debemus angore affectuque magno Christum imitantes.pag.148.num.10. & gemitibus inenarrabilibus aduersus carnem.pag.246.num.84.
Oratio, id est, contemplatio, seu meditatio rerum, quæ fide credimus facit vt quasi videamus ea, quæ non videmus & vt moueamur his quasi visis, ac moueremur visis re vera. p. 401.à num.1.

Orare debemus, etiam dum infirmi iacemus. pag. 436. nu. 57.
Ipse iacentis habitus sit ad orationem paratus. Ibidem.

Parabola.

Parabola in verbis dici solet, cùm est oratio obscura, & plena similitudinibus, sed Paulus aliquando eam in rebus ponit. pag. 301. num. 41.
In parabolam siue in prouerbium accipi, quid sit more scripturæ. pag. 434. num. 54.

Patriarcha.

Patriarchæ qui sint secundum idioma scripturæ. pag. 216. n. 26.

Pax.

Pax deberet esse inter Christianos perfectissima. p. 549. n. 67. 68. &. 69.

Peccatum.

Peccata in scriptura dicuntur spinæ, ac tribuli. p. 178. num. 38.
Superflua sunt homini, non necessaria; suntque præter naturam. pag. 138. num. 38.
Omnibus sapientibus displicent. ibidem.
Dicuntur opera mortua, quod ea tangens, id est, efficiens, polluatur, & quod vitā nō habeant, atque adeo non placeāt Deo viuo, quod putorem spirent; contristent conscientiā. pag. 317. num. 72.
Vtrùm grauissimorum peccatorum verbi gratia homicidij, possit accidere ignorantia inuincibilis. pag. 455. num. 89.
Peccatum facilè vincitur, si velimus vti gratia Dei. p. 475. n. 2
Ob peccatum facile in pericula incidimus. ibidem.
Facile contrahitur, quia sunt multæ occasiones peccandi. pag. 476. num. 2.
Peccatum nos cingit quasi murus quidam, & ne curramus in cælum, remoratur, præcipuè cùm id peccatum est carnis. pag. 476. num. 3.
Peccatum spirat vehemens quiddam, atque adeo, si vincēdū est, oportet semper stare, ac contraniti. pag. 481. num. 12.
Qui delinquit in vno, quamuis fortiter in alijs se gerat, damnabitur. pag. 490. num. 27.
Peccato nihil amarius. pag. 451. num. 29.
Quanta pœna immineat culpæ, ac legis transgressioni, significant Deus, cū in legislatione voluit audiri tonitrua, videri fulgura

fulgura & cæt. pag. 496. num. 36.
Ob peccatum nefandum cum bestia, non solum homo occiditur, sed & bestia ipsa, vt crimnis grauitas significetur. p. 498. num. 38 & 392.
Peccata in noua lege, grauiora sunt, quàm in veteri, quòd sint etiam maiora & plura beneficia, quæ moueant ad non peccandum. pag. 494. num. 34. & pag. 500. num. 41.
Peccata illa in primis vitanda, ad quæ quasi vitio gentis nostræ, proni sumus. pag. 521. num. 32. & 33.
Peccator patrum abest, quo minus Deus maledicat, quo modo ipsi maledixit. pag. 579. num. 38.
Melius est affligi cum sanctis, vt æterna requie fruamur, quā temporalis peccati habere iucunditatem, postea vero pœnas æternas torqueri. pag. 443. num. 68. ad. 71.

Pedes.

Pedes significant affectus nostros. pag. 419. num. 25.

Per.

Per præpositione vti solet scriptura etiam cùm causa præcipua indicatur. pag. 99. num. 47.

Permittere.

Permitti dicuntur etiam bona. pag. 162. num. 10.

Persecutio.

Persecutiones omnes libenter patimur, dum consideramus, quæ Christo debemus. pag. 110. num. 4. pag. 137. num. 24.

Perseuerantia.

Perseuerantiæ præmium quidam non assequuntur, postquàm diu perseuerarunt. pag. 131. num. 14.
Non permanentes in iustitia Deus abijcit. pag. 268. num. 23.
Pudendum est, eos, qui strenuè dimicarunt, deficere medio in certamine. p. 395. n. 75. 76. & eos qui viriliter cœperūt post modum vires remittere, post plura accepta beneficia. ibidē.
Prodigo perdit diuitias spirituales multis laboribus comparatas, qui non perseuerat vsque in finem, quando ab eo parū abest. pag. 397. num. 79. &. 80.

Pœnitentia.

Ad eam auidè nos reuocat Christus. pag. 105. num. 57.
Pœnitentiæ tempus præfinitur huic vitæ. pag. 120. num. 20. &. 21. &. pag. 129. num. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad eã nostrã nuitat ingenium Christi põtificis.p.143.n.1.&c.*
Nouatiani rolebant pœnitentiam,negantes eam concedi posse his, qui post baptismum peccassent.p.162.n.11.&c.
Renouatio ad pœnitentiam quibus difficilis.p.166.à n.17.per multos maximè à n.28.*
Eius effectus est pax,& animi lætitia ob depositã sarcinã peccatorũ.p.164.n.13.&.14.& liberatio à vetustate.p.168.n.21.*
Eã euãgelicę prędicationis partẽ, quę ꝓmissionẽ cõtinet diuinæ misericordiæ, vocat scriptura verbũ Dei bonũ.p.165.n.15
Difficillimè inuenitur,in illis,qui post insignia Dei beneficia ab eo receſſerũt.p.166.à n.17.sed præcipuè à n.28.ad.36.*
Laboriosus quidam baptismus est.ibidem.&.num.32.
Quã benignè ac blãdè media pœnitẽtia peccatores è peccatis educat,& extrahat Deꝰ,vt filios Israel ex Ægypto.p.268.n.22.*
Nec remissio culpę,nec societas angelorũ media gratia & gloria datur,nisi firmiter statuentibus seruare præcepta decalogi.pag.294.num.29.*
Si sanguis victimarum purificabat carnem,quanto magis sanguis Christi poterit purgare animam.pag.315.num.67.
Non mundamur,vt tantum mundi simus, sed vt mundi Deo seruiamus.p.318.num.72.
Pœnitẽtiæ discrimẽ in veteri ac nouo testamẽ.pa.335.nu.103.*
Pœnitentiæ locum alicui dare,est illi concedere tempus ad agendam fructuosam pœnitentiam.pag.454.num.33.
Pœnitentia quorundam non est de peccatis,sed de perditis bonis temporalibus.pag.494.num.32.&.33.*
Passio Christi causa salutis nostræ fuit,sed causa vniuersalis, atq; adeo nihil efficit,nisi particulares causæ adhibeãtur. Vna in adultis,qui peccatum lethale cemiserunt post baptismũ, est pœnitentia.pag.361.num.16.

Portentum.

Portẽta dicũtur in scriptura,maiora & nobiliora miracula. p.79.num.11.

Præsentia Dei.

Præsentem nobis Deum contẽplari iuuat multum ad quoslibet pro eo labores perferendos.pag.448.num.78.*

Primogenitus.

Primogenitus quis dicatur in scriptura.p.45,n.61.Eratq; sacerdos iure hæreditario.p.146.n.7.eique multo maior pars bonorum paternorum dabatur.pag.494.num.34.

Pro.

Pro quando græcè est ἀντὶ,significat vnũ tolli,& alterũ eius loco substitui.p.478.n.7.aliquãdo significat ꝓpter.p.479.n.8

Profectus.

Proficientes donis Dei, nouis in dies benedictionibus locupletantur.pag.438.num.37.*

Prophetæ.

Prophetæ cur vngebantur.pag.57.num.80.

Proselytus.

Proselyti qui dicerentur.pag.4.num.7.

Prouerbium.

In prouerbium accipi quid sit,vide verbo parabola.

Pulchritudo.

Pulchritudo cõporea digna est imperio.pag.441.num.66.

Quia.

Quia quoniam,& similes particulæ more Græcorum & Hebræorũ adduntur sæpè non significationis,sed ornatus,& cõsuetudinis causa.p.235.n.66.p.269.n.24.p.431.n.49.p.547.n.64.

Rahab.

Rahab fides diuina commendatur.p.450.n.81.vetè fuit meretrix.ibi & n.82.salutem æternam consecuta est. num. 87.

Re.

Re in compositione,sæpe in scriptura non mutat significationem vocis simplicis, cui adiungitur, vt repromissio sæpè non significat iteratam promissionem sed promissionem absolutè.p.320.n.76.&.pag.414.num.20.

Recordari.

Recordatio vide verbo Memoria.
Scripturæ ipsius & vulgaris sermonis consuetudine recordari dicimur, cùm illius rei recordatione mouemur ad aliquid faciendum, obliuisci etiam dicimur,cum etsi recordemur, nihil facimus.pag.441.num.65.

Reges.

Cur vngantur quando creantur.pag.57.num.80.

Religio.

Quanta reuerentia seruiendum mysterijs sacris.p.262.nu.12.
Conuentus mutuus religiosorum, multum eos ad sanctitatẽ iuuat.pa.385.num.61.62.&.63.*

Religio non deserenda tantum ob tempto ex his quæ habes ibidem.
Religionem deserentibus nulla est iusta excusatio, qua dicere se non tenetur id facere, & eadem. p. 387. n. 64.
Renouatio ad pœnitentiam quibus difficilis. p. 166. à n. 17. per multos, maximè à n. 28. *Ribera.*
Laborum ipsius præcipuè in scripturam, principium & finis Deus fuit, obijt anno Dñi. 1591. die. 11. Decembris. Vulgatæ versionis fuit acerrimus propugnator. p. 327. nu. 27.

Sabbatum, Sabbatizare.

Sabbatizare est celebrare sabbatum, id est, requie illa & solennitate gaudiorum sabbati perfrui. pag. 130. num. 13.
Sabbatum colere homines cœperunt ab initio mũdi, & non modo à temporibus Mosis, pag. 12. nu. 8.
Typus est cœlestis requiei, pag. 127. nu. 8. & sequentibus.

Sacerdos.

Cur in sua consecratione vngatur. p. 57. n. 80.
Sacerdotes erant olim iure hæreditario ipsi primogeniti. p. 146. nu. 7.
Sacerdos in Scriptura nonnunquam significat virum principem aliqua in re, sed tunc alia vox in Hebræo, & Græco, quàm est, cum significatur is qui propriè sacerdos est. p. 199. à n. 7.
Nunquàm in vllo populo omnes fuerunt sacerdotes, sed certi homines signati. p. 213. n. 30.
Sacerdos veteris legis cum moriebatur, alius succedebat in eodem officio, in eadem dignitate, & potestate, qui nihilo minor erat eo, cui succedebat. Sed Christo nemo sic succedere potuit, aut debuit, & quamuis ei succedant Petrus, & reliqui post eum Romani pontifices in officio gubernandi Ecclesiam, & pascendi oues Christi, prædicatio nobis Sacramenta, at nemo succedit in officio redemptoris, & pontificis per se ipsum Deum iratum placantis: nemo enim id præter Christũ efficere potuit virtute sua, aut sacrificio suo, sed sacrificio Christi, quo & alijs omnib⁹ hominibus placatus est, ita vt alij sacerdotes non tã Christi successores, quã ministri dicẽdi sint, qui eandẽ numero victimã offerũt, quã Christ⁹ obtulit in cruce, atq; adeò, quę per se

per segrata est Deo, quamuis oblationes ist est, actiones offerentium multiplicentur. Prior fuit in cruenta in cœna nouissima, altera cruenta in cruce. Illius incruentæ instituendæ, ac sacerdotibus relinquendæ, vt & ipsi offerrent, rationes fuere vrgentissimæ. p. 357. à n. 6. ad. 30.
Ante legem primogeniti erant Sacerdotes. p. 493. n. 31.
Sacramenta veteris legis cur in se non continerent virtutem sanctificandi, cùm eam contineant sacramenta nouæ legis p. 335. n. 103. &c.
Sacrificium dicitur in lege, non solũ cum hostiæ mactantur, sed etiam cum aromata incenduntur, aut panis, aut quidquis aliud simile offertur. p. 297. n. 35.
Sacrificia veteris legis non emundabant homines a peccatis, sed sacrificijs illis homines recordabantur se esse peccatores. p. 369. n. 30. *
Deo non displicebant, tamen non habebãt ex se, vnde Deo placerent, sed ex fide & deuotione offerentium placebãt. ibidem. n. 31. & 49. & 50. sacrificium nostrũ per se ipsum placet Deo ibidem.
Sacrificia veteris legis dici solẽt non placuisse Deo, quatenus per illa non tollebantur hominum peccata, nec Deus placabatur, ac reconciliabatur generi humano. ibidem. n. 32. & 37. & 49. & 50.

Salem.

Salem quæ & vbi sit. p. 195. à n. 1.

Salutare.

Salutare, nomen Christi est. p. 113. n. 9.

Sancti.

Sancti communi nomine olim appellabantur Christiani. p. 108. n. 1. & p. 285. n. 49. p. 227. n. 30.
Deus adeò eos magnificat, vt cùm sit totius mundi Deus, nõ erubescat peculiariter vocari vniuscuiusq; eorum Deus, perinde quasi quilibet sanctus omnibus creaturis sit æquiparandus: vt Deus Abraham, &c. p. 430. n. 46.

Sanctificatio.

Sanctificatio seu Sanctimonia solet accipi pro castimonia seu castitate. p. 490. n. 27.

Samson.

Samson spiritu diuino actus, se ipsum cum Palæstinis occi-

 dit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cidit.pag.456.num.89.&.90.Et ſalutem æternam conſecutus eſt.pag.453.num.86.

Sara.

Saræ fides de concipiendo Iſaac.pag.421.num.33.&.pag.423 num.35.&.36.Et quàm multa in ea conceptione contigerint ſupra naturæ legem.p.422.num.35.

Scire.

Scire aut *cognoſcere* aliquem in ſcriptura ſolet accipi pro *Amare illum*.pag.273.num.31.

Scriptura.

Scriptura ſacra etiãquo ad ipſiſsima verba,omnino ſcriptavel dictata fuit ab eo ſcriptore ſacro cuius eſſe dicitur.p.9.n.3.

Nihil dicit,quod rei, de qua agitur,aptum non ſit.pag.21.n.5.

Quando dicatur impleri, vel adimpleri.pag.45.num.58.

Seculum.

Seculum quid ſignificet in ſcriptura.pag.22.num.8.&.pag.54. num.75.&.pag.440.num.5.

Secundum.

Secundum accipitur pro,ſicut,more ſcripturæ.p.114.num.10. Et pro,*In* vel *cum*.pag.426.num.40.

Senex,Senectus.

Senem,aut in ſenectute bona quempiam obiiſſe,nunquam dicit ſcriptura, niſi qui ſanctus obierit.pag.454.num.88.

Senſus ſcripturæ.

Senſus hiſtorici & ſpiritualis diſcrimen.pag.41.num.48.

Senſus plures hiſtorici in eiſdem verbis.pag.437.num.59.

Ex ſenſu ſpirituali deſumit ipſa ſcriptura efficacia argumenta. pag.44.num.54.

Seraphim.

Seraphim qui ſint.pag.66.num.97.

Seſsio.

Seſsio in ſcriptura oſtendit ſedentis autoritatem.pa.28.n.20.

Si,Sic,Sicut.

Si cum verbis iurandi, aut affirmandi vel expreſsis vel tacitis idem eſt quod *non* pag.119.num.18.pag.190.num.58.

Sic & *Sicut* ex illarum particularum numero ſunt interdum, quæ initio ſententiæ poſitæ,ornatui magis deſeruiũt,quàm ſignificationi, & tantum ponuntur, vt ſequentia connectant cum præcedentibus.pag.118.num.17.

Signa.

Signa vocantur ipſa miracula & cur?pag.78.num.10.

Sion.

Sion mons,typus eſt Eccleſiæ.pag.500.num.42.

Spes.

Spes creſcit bonis operibus.pag.185.num.49.

Spem oportet eſſe longanimem.pag.188.num.54.

Sperans longanimiter, tandem adipiſcitur promiſſa bona.p. 191.num.59.

Spe omnia huius ſæculi incommoda æquo animo ferimus, & ad res magnas gerendas,excitamur.pag.193.num.62.

Sicut anchora naues continentur firmæ, ne ventis rapiantur, & conterantur, ita nos ſpe,ne fluctibus huius ſæculi pereamus.ibidem.

Non bonis huius ſæculi contenta eſt:vſque ad Dei viſionem & cœli inhabitationem peruenit.pag.194.num.63.&.64.

Non diu differetur.pag.194.num.64.

Spiritus.

Spiritus & animæ diſcrimen.pag.134.num.18.

Spiritus & *ſpiritus ſanctus* cùm ſignificat ſpiritum creatorem,frequentiſsimè in Græco habet articulum,quaſi dicas,ille ſpiritus.pag.316.num.69.ſed ſæpe non habet.num.71.

Spiritus & ſpiritus ſanctus aliquando ſignificat ſanctitatem ſpiritus,ſeu animi vniuſcuiuſque.pag.316.num.69.Aliquando ſignificat voluntatem.pag.317.num.70.&.71.

Stella.

Vide verbo, Arena.

Subſtantia.

Subſtantia & ſubſiſtentia,Græcè hypoſtaſis, quid ſignificet in ſacris literis.pag.401.ànum.1.

Suſtinere.

Suſtinere pro *Expectare* accipitur in ſcriptura.pag.449.num.78.

Suſcitari.

Suſcitari dicũtur in ſcriptura,qui iudices creantur.p.39.n.44

Tabernacula.

Tabernacula quem admodum conſtruebantur.pa.257.num. 5.&.pag.281.num.10.

Tabernaculi Moſayci forma oſtenſa Moyſi à Deo.p.262.n.12

Universidad de Deusto
Biblioteca

Significabat Christi sacerdotium & ea, quæ ille in cælo pro nobis facit. Ibidem.
Mundi figuram habebat. pag. 279. num. 4.
Tabernaculi mystica significatio. pag. 281. num. 8.

Tentatio, Tentare.

Tentatio in scriptura significare solet perpessionem laborum & dolorum, & mortis. pag. 107. num. 61. pag. 137. num. 24.
Tentare in scriptura sæpe significat experimentum de aliquo sumere. pag. 430. num. 47.
Tentatio diuturna solet ea merita homini comparare, quæ alteri martyrum. Nam quod deest acerbitati doloris, mora longæ tēporis compensatur. pag. 465. num. 104.

Tepidi.

Tepidis metuendum est, ne semper in deterius labantur, & eò deueniant, vt Dei iudicio damnentur. pag. 179. num. 39.
Tepidi remissas manus, & soluta genua erigant. pag. 488. nu. 22. & 23.
Tepidi claudicant nunc in hanc, nunc in illam partē sequentes partim Christum, partim carnem significatam in Iudaismo Ibidem.
Vitia exoriri sinunt, & paulatim tentationibus vincuntur, & ad veterem & prauam conuersationem redeūt. p. 492. n. 29.
Digni sunt grauiori pœna in lege noua, in qua tam eximia & innumera beneficia vel tepidissimum deberent inflāmare. pag. 494. n. 34. cum sequentibus &. p. 500. à num. 41.
Erubescamus saltē, & timeamus, quod ignauè & tepidè Deo seruiamus. pag. 512. num. 60. Et timeamus ne à Christo in iudicio extrema ignominia notemur. num. 61.

Testamentum.

Testamentum in scriptura significat fœdus, vel pactum, vel legem. pag. 266. num. 18. & pag. 278. num. 19.
Inde disponere testamentum est fœdus inire. ibidem.
Testamētum quo modo accipiatur in scriptura, & quotuplex sit, latissime disputatur à pag. 320. ad pag. 328.

Testimonium.

Testimonium pro arca ipsa, quæ testimonium, id est, legem continebat, solet accipi in scriptura. pag. 294. num. 29.

Thuribu-

Thuribulum.

Thuribulum aureum intra sancta sanctorum quodnam esset. pag. 285. num. 15.

Timoratus.

Timoratus dici solet in scriptura is, qui Deum timore quodā reueretur. pag. 151. num. 15. & 16.
Traducere accipi solet, pro *In exemplum dare*, aut *exemplum facere* in malam partem, vt de traducto loquantur omnes cū irrisione. pag. 170. num. 24.

Tribus.

Pro lege erat apud Iudæos, vt nemo ad aliquam tribum referretur, nisi per patrem, ne sortes tribuum permiscerentur: Atque ideo mulieres habentes hæreditatem non poterant nubere nisi viris tribus suæ, qui scilicet per patres essent ex eadem tribu. pag. 224. num. 48.

Trinitas.

Trinitatis mysterium præfiguratum fuit in eo, quod Abrahā tres Angelos vidit, & vnum adorauit. pag. 515. à num. 4. & num. 10. & 11.

Vasa.

Vasa Hebræi vocant instrumenta. pag. 533. num. 92.

Verbum.

Verbum significat sæpè imperium in scriptura. pa. 25. num. 14.
Verba bona pro *verba consolatoria* in scriptura accipiuntur. pag. 165. num. 15.

Verus vera verum.

Veræ in scriptura, res figuratæ appellantur comparatione figurarum. pag. 257. num. 4.

Virga.

Virga pro sceptro pag. 55. num. 77.

Virtus.

Virtutes dicuntur quæuis miracula. pag. 79. num. 11.

Vmbra.

Vmbra dupliciter accipitur in scriptura, & quatenus opponitur imagini expressæ, & quatenus opponitur corpori. pag. 261. num. 11.

Vnctio.

Vnctio significat gratiam, charitatem, & dona Spiritus sancti. pag. 58. num. 82.

Vnguen-

Vnguentum.

Vnguentum quid sit, & qui differat ab oleo. p. 57. num. 79. & significat naturam Dei. ibidem.

Vt.

Vt in scriptura sæpè non causalis est, sed euentum & consequentiam quandam indicat, quasi dicas *hinc fit* p. 95. nu. 39.

Vulgata Translatio.

Hebraicã, aut Græcã locutionẽ fontis sæpè imitatur. p. 111. n. 5.

Eius autor emendatiores, quàm nos nunc habeamus, codices Græcos nactus est. p. 151. num. 15. & pag. 166. num. 18.

Eius fides vbique defenditur ab autore. Legito exempli gratia si libet. p. 8. 435. à num. 56. per multos.

Aperior solet esse nonnunquàm ipsa prima sacra editio, imo & quædam etiam aliæ translationes, quàm nostra vulgata. cap. 4. num. 16. & cap. 12. num. 53.

INDEX IN EVANgelia, tam de Tempore quàm de Sanctis.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

De Secundo Christi aduentu fusè explicantur illa verba, *Et cùm iterum introducit primogenitum in orbem* &c. pag. 46. n. 60

Eo die cæli non peribunt, sed renouabuntur. pag. 60. num. 85

Eo die nemo effugere poterit Christi potẽtiã. p. 132. n. 16. &c.

Duo sunt Christi throni; præsens quidem, dum hic viuimus, est gratiæ, alter secundi aduentus non est gratiæ, sed iudicij. pag. 142. n. 32.

Inter alia maximè tradebatur olim catechumenis doctrina iudicij æterni, id est, nunquam mutandi, vt eius timore nunquam ad priora peccata redirent. p. 160. num. 7.

Vtrùm cito futurum iudicium intelligi possit. p. 341. nu. 113.*

Saltem tuum speciale iudicium cito venturum est, id satis tibi sit. p. 379. n. 80. &c.

In primo aduentu apparuit Christus cũ peccatis nostris vt illa lueret. Ideoq; humilis apparuit, & tradidit se iudicãti; At in secundo sine peccato apparebit, peccatores dãnaturus, electis præmium daturus. p. 350. n. 127. & num. 130. 131.

Christus regnãs nunc cum patre, tempus illud expectat, quo ipsius hostes ab ipso conterantur, quod in die iudicij fiet; quod si homines rectè intelligerent, libenter ei nunc subijcerentur, nec ab eo vllis calamitatibus aut tentationibus recederent. pag. 380. num. 51. & 52.

Tanto debemus esse virtutis magis studiosi, quanto videmus diem iudicij magis appropinquantem. p. 387. n. 63. Adiunctis præcedentibus quatuor.* & p. 397. à n. 79. ad. 86.

Iudicium illud futurum est terribile. pag. 390. num. 69.

Omnis creatura tunc vt instrumentum Dei zelabitur eius gloriam, & quasi dolens eum ab homine fuisse offensum vindicabit eius iniurias. pag. 390. num. 69.*

Ab igne inferni tunc reprobi deuorandi sunt in æternum. ibidem.

Si qui legem Mosis reijciebat, aut contemnebat, is confessione duorũ vel trium testium, sine vlla miseratione occidebatur, quanto deteriora merebitur supplicia, qui Christum abijciunt. p. 397. à n. 70. Nã quãuis agatur eo loco de hæreticis, potest tamen extendi ad quoslibet peccatores.*

Ea supplicia, quæ merentur, re ipsa patientur. p. 393. nu. 73.

Peccatorum vindictam sibi reseruat Deus, quæ magnam eam futuram esse subindicat. pag. 393. num. 73. 74.

Horrendum erit incidere in manus Dei viuentis. p. 394. n. 75

Qui sunt in inferno, nondum integras pœnas dant, donec in die iudicij corpora sua recipiant, & in eis etiam puniantur, & debita ignominia coram omnibus hominibus iudicio afficiantur. pag. 408. num. 10.

Curat Deus res humanas, remunerator est inquirentium se, ac punitor deserentium præstantiori quadam ratione; quã sit ea qua in hac vita remunerat, aut punit. p. 413. n. 18. & 19

Iusti, quòd multum laborarint in hac vita, quo iram Dei effugerent in die iudicij, eo ipso damnarunt cæteros, nihil id cauentes. p. 414. num. 21. ex typo Noe.*

Ne putemus terrores & supplicia Dei pertinere tãtũ ad vetus testamẽtũ; ad nouũ etiã pertinẽt. p. 513. n. 62. cũ præcedẽtis Idem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem ipse qui primum venit, vt pro hominibus moreretur, veniet, vt ipsos iudicet. pag. 533. num. 36.

DOMINICA. II. ADVENTVS
ex Matth. Cap. 11. à Versu. 2.

VERS. 2. Cum audisset in vinculis opera Christi &c. quæ habes in indice quarto, verbo, afflicti integræ ferè concionis materiam circa hunc versum tibi suppeditabunt.

Vers. 3. Tu es qui venturus es. Vide verbo Christus.

Vers. 4. Euntes, id est, cùm abieritis. pag. 27. num. 17.

Vers. 7. A Ventibus, id est, cum abissent. ibidem.

Vers. 8. Quid existis in desertum videre, hominem mollibus vestitum? Circa hæc verba posset concionator apte homines ad pœnitentiam permouere. De qua, verbo Pœnitentia habentur permulta.

Vers. 9. Quid existis videre? Prophetam? &c. Iohannes Baptista propheta fuit, quia non prose solo, sed pro tota gente Deo sacratus erat. pag. 57. num. 59. & sequentibus.

Vers. 10. Ecce ego mitto Angelum meum. Iohannes Baptista habebat multas Angelorum proprietates, eratque, vt illi, vento & igni similis; & Angelorum ministeria etiam ipse erga homines exercuit, vide in indice verborum verbo, Angelus.

DOMINICA. III. ADVENTVS,
ex Ioh. 1. à versu. 19. ad versum. 28.

VErs. 20. Non sum ego Christus. Vide in indice verborum verbo, Christus.

Vers. 25. Quid ergo baptizas &c. Si agendum sit de discrimine baptismi Iohannis & Christi, vide in indice verborum, verbo Baptismus.

Vers. 27. Ante me factus est. Vide in indice verborum, verbo Christus, qui vt Deus, est æternus.

Dominica

DOMIN. 4. ADVENTVS LVC. 3. à Versu. 1. ad. 6.

VErs. 3. prædicans baptismum pœnitentiæ, vide in indice verborum, verbo Pœnitentia & verbo Peccata.

IN NATIVITATE DOMINI LVC. 2. à Versu. 1. ad. 20.

Cur natus sit Christus post tot secula. pag. 341. num. 15.

Vers. 7. Reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Vide in indice verborum verbo, Hospitalitas præcipue. num. 3.

Vers. 9. Angelus Domini stetit iuxta illos &c. vide in indice verborum, verbo Angelus.

Vers. 11. Natus est vobis hodie saluator, qui est Christus &c. vide in indice verborum verbo, Christus.

Vers. 14. Et in terra pax &c. vide in indice verborum verbo Pax.

Vers. 19. Maria conferebat omnia verba hæc &c. vide, pag. 440. num. 64. & 65.

In Christi natiuitate celorum motus est; quatenus in Angelis mira fuit exultatio, & admiratio, & in terras descenderunt & decinerunt Gloria in excelsis &c. & quatenus in ipsis cælis stella apparuit, & circa illa tempora, noua & insolita signa visa sunt. terra etiam mota est, id est, homines commoti & admirati &c. pag. 508. à num. 54.

¶ *In festo S. Stephani. Matt. 23. à versu. 34. ad 39.*

Vide in indice verborum verbo Persecutio & verbo Afflicti, & verbo Tentatio.

Vers. 35. à sanguine Abel iusti &c. Vide cap. 11. versu. 4.

¶ *In festo S. Iohan. Euang. Iohan. 21. à versu. 19. ad. 24.*

Quatenus Iohannes significat gratiam vide, verbo Gratia in indice verborum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vers.25. Sunt & alia multa &c. Scriptura vti solet hyperbole Vide in indice verborum verbo Hyperbole.

¶ In festo Sanctorum Innoc. Mat. 2. à versu. 13. ad. 18.

Vers.13. Ecce Angelus Domini &c. Vide in indice verborum verbo Angelus.

Fuge in Ægyptum &c. Vide verbo, Afflicti & verbo, Persecutio.

Vers.14. Consurgens accepit puerum & matrem eius nocte &c. De hac Ioseph obedientia si agendum sit, Vide in indice verborum verbo Obedientia.

Moses natus elegans forma, quando iussu Pharaonis, quidquid masculini sexus nascebatur, projcrebatur; occultatus mensibus tribus, cuius patenti Deus perquietem promisit, nasciturum ex eo, qui filios Israel ex seruitute Ægyptiaca liberaret, typus fuit expressus Christi nunc occultati &c. p. 441 num. 66. 67. &c. 68. *Verè concioni integræ ac eleganti satis est.

¶ In festo S. Thomæ Ioan. 20. à Versu. 11. ad. 16.

Fortè nonnulla ex his quæ habes in concione de Passione Domini possint huic Euangelio accommodari, quatenus in eo habemus bonum pastorem animam suam dare pro ouibus suis.

Vers.14. Cognosco oues meas & cognoscunt me meæ. Vide pag.273. num.31.

DOMIN. INFRA OCTAVAM Natiuitatis Luc. 2. à Vers. 33. ad. 40.

VErs.34. Benedixit illis Simeon. Vide in indice verborum verbo Benedicere.

Vers.35. Tuam ipsius animam pertransibit gladius &cæt. cur Deus matrem suam voluerit vitam degere in tot ac tantis afflictionibus. Vide in indice verborum verbo, Afflicti.

Vers.

Vers.36. Processerat in diebus multis. Vide in indice verborū verbo Senes.

Vers.37. Quæ non discedebat de templo &c. Vide in indice verborum verbo Orare.

Vers.38. Confitebatur Domino. Vide in indice verborum verbo Confessio.

Vers.39. Vt perfecerunt omnia secundum legem Domini. Vide in indice verborum verbo, Lex.

¶ In festo S. Syluestri. Vide in communi confessorum non pontificum.

¶ In circuncisione Luc. 2. Versu. 21.

Euangelium hoc est omnium breuissimum, sit ergo & concio breuis. Nam hæc vtilior maximè in festis solennioribus Vide. pag. 552. num. 73.

Vocatus est nomen eius Iesus, &c. Forte nonnulla ex his quę habes in concione de passione Domini, poterunt huc adduci. Præterea merito vocatur Iesus, id est Saluator, quoniam aditum hominibus patefecit ad salutem æternam, id est, gloriam. pag. 299. num. 38. & pag. 318. num. 73. 76. 77. & pag. 328. num. 91. & pag. 468. à num. 168.

Quoniam tanti Christus emit nobis hanc salutem videlicet pretio sanguinis sui, ideo nobis tam exiguo pretio datur, ob solum videlicet cursum ad eam salutem. pag. 476. n. 3. & 4. 5. 6. 7. 8. Cum tamen pro ea nullos non deberemus sustinere labores. p. 478. à n. 6. ad. 10. sed proh dolor, multi eam pro nihilo prodigunt. p. 493. n. 31. nunquam recuperaturi. ibidem. num. 32. & 33.

Voluit circuncidi, vt obedientiæ hominibus illustre præberet exemplum. De obedientia, Vide multa eo verbo in indice verborum.

¶ In Epiphania Mat. cap. 2. à versu. 1. ad. 12.

Vers.1. Venerunt Ierosolymam &c. Hoc Magorum iter typus est peregrinationis iustorum in cælestem Ierusalem, cuius illa terrestris erat typus. pag. 560. num. 41.

Multa ex his, quæ habetur in indice verborum verbo spes possent non

sent non inepte huic concioni accommodari.

Vers.2. Vbi est qui natus est rex Iudæor. Qua ratione Christus dicatur rex, colliges ex p.157.n.80. Vidimus stellam, & venimus, &c. De obedientia agi potest. Vide eo verbo in indice verborum.

Vers.6. Qui regat populum meum Israel, id est, potissimum gentes in fidem conuertendas, quarum primitiæ erant hi Magi. vide p.266.n.19.&c.

Vers.8. Renunciate mihi, id est, nuntiate simpliciter. Vide p.320.n.76.&.p.414.n.20.

Vers.9. Qui cum audissent regem, abierunt, &c. vsque dum inuenerunt puerum, &c.

Hic commode agi posset de perseuerantia in inquirendo Deo, quousque inueniatur. De qua re habes multa in indice verborum verbo Perseuerantia.

Vers.11. Obtulerunt ei munera, aurũ, &c. tanquã pauperi. Et si quiuis recipiens pecunias ab aliquo, reddit ei benedictionem, quanto magis reddidisse putandus est Iesus Deus & homo his Magis. p.542.n.53.

DOM. INFRA EPIPH. LVC. 2. à versu. 42. ad versum. 53

VErs.46. Inuenerunt illum in templo, &c. & vers.49. In his, quæ patris mei sunt oportet me esse.

Nonnulla ex his quæ habes in communi Apostolorum, Pontificum, & Doctorum possunt ad hunc versum accommodari, quatenus Christus hac ætate cæpit gerere munus Apostoli missi à patre, & munus Pontificis & Doctoris.

Vers.51. Erat subditus illis. Si agendum sit de obedientia. Vide eo verbo in indice verborum. Conseruabat verba hæc, &c. p.73.n.1.& p.440.n.64.&.65.

Vers.53. Proficiebat gratia apud Deum & homines, id est, gratiosior erat, & peculiari affectu in dies magis amabatur. Vide p.142.n.32.

Nos ad Christi imitationem proficiamus vero sanctitatis augmento. Vide p.178.n.37.

DOM.

DOM. 2. INFRA EPIPHANIAM Ioh. 2. à versu. 1. ad. 11.

VErs.1. Nuptiæ factæ sunt &c. Et erat mater Iesu ibi: vocatus est autem & Iesus &c.

Matrimonium ergò res est Sãcta. Vide de hac re in indice verborum verbo, Matrimonium.

Vers.6. Erant ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum &cæt. Hoc loco dici possent nonnulla de excellentia legis nouæ supra legem veterem. Vide in indice verborum verbo lex.

DOM. 3. MATTH. 8. A VERSV. 1. Ad. 13.

SI leprosus hic, & hic paralyticus typus esse dicatur peccatoris veniam suorum peccatorum procurantis media pœnitentiâ, habes multa verbo, Pœnitentia in indice verborum, quæ facile huic Euangelio accommodari possunt.

Vers.10. Non inueni tantam fidem. Vide verbo Fides in indice verborum.

DOM. 4. MATT. 8. A VERSV. 23. Ad 27.

VErs.23. Ascendente eo (hoc est Christo) in naviculam, &c. ecce motus factus est in mari &cæt. Tractari apte hoc loco posset de sanctorum afflictionibus. De quare vide in indice verborum, verbo, Afflicti.

Vers.25. Domine salua nos, perimus. Vide in indice verborum verbo, Orare.

Vers.26. Quid timidi estis modicæ fidei. Vide verbo Fides.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOM. 5. MATT. 13. A VERSV. 24. Ad vers. 30.

ZIzania, id est, homines pessimi non modo non impediũt, sed etiã occasio sunt, vt magis crescat triticum, id est, viri sancti. De qua re vide verbo Afflicti in indice verborum.

DOM. 6. MATT. 13. A VERSV 31. ad. 35.

SI granum synapis, dicatur esse fides. Vide verbo Fides in indice verborum.

Vers. 35. Vt impleretur &c. pag. 45. num. 58.

¶ *Septuagesima. Matth. 20. à vers. 1. ad. 16.*

Si denarium dicatur esse gloria cælestis, habes multa ad hãc rem verbo Gloria in indice verborum circa id *Conuentione facta ex denario*. & *id redde mercedem* &c. Merentur iusti suis bonis operibus. pag. 542. à n. 55.

Vers. 6. Circa vndecimam &c. pag. 342. num. 113. & pag. 355 num. 122. & 123.

Vers. 8. Cùm serò autem factum esset &c. ibidem.

¶ *Sexagesima Luc. 8. à Vers. 4. ad. 15.*

Vers. 15. Fructum afferunt in patientia, id est, in perseuerantia. De qua vide in indice verborum verbo Perseuerantia.

¶ *Quinquagesima Luc. 18. à Vers. 31, ad. 43.*

Vers. 31. Consummabuntur omnia, id est, Fient. p. 295. nu. 31.

Vers. 32. Tradetur enim gentibus &c. Et tertia die resurget &c. vide in concionibus de passione & resurrectione Domini & in indice verborum verbo Afflicti.

Vers. 38. Clamauit, Iesu fili Dauid miserere mei & vers. 39. multo magis clamabat. Vide verbo Orare in indice verborum.

Vers. 41. Quid tibi vis faciam? Domine vt videã respice &c. quã facile obtineat peccator à Deo remissionẽ peccatorũ vide

Vide verbo Pœnitentia in indice verborum.

Vers. 42. Fides tua te saluum fecit. Vide verbo fides in indice verborum.

¶ *Feria Quarta Cinerum. Mat. 6. à vers. 16. ad. 20. & Ecclesiastica ceremonia Cineris.*

Memento homo quia puluis es &cæt. Vide verbo Mors in indice verborum.

Vers. 17. Cum ieiunas, vnge caput tuum &c. Lætitia potissimũ prouenit ab interna vnctione Spiritus sancti. p. 58. n. 82.

Vers. 18. Reddet tibi. Significat iustos bonis suis operibus mereri p. 542. à num. 55.

Gloria commodissime passionibus redditur, cuiusmodi sunt ieiunium, vitæ austeritas. p. 96. n. 42. & c. quia non sunt condignæ tãto præmio. p. 476. à. n. 3. ad. 8. & p. 478. à. n. 6. ad. 10.

Gloriæ spes valde iuuat ad quosuis labores perferendos. p. 396 à num. 75. ad. 79.

Reddet Deus mercedem etiam in hac vita. p. 428. num. 43.

¶ *Feria Quinta Matth. 8. à vers. 5. ad. 13. Vide. Dom. 3. post Epiphaniam.*

¶ *Feria. 6. Mat. 5. à vers. 43. ad versum. 5. capitis. 6.*

Vide. pag. 74. n. 3. & p. 490. num. 26. & p. 513. à vers. 1.

Vers. 48. estote perfecti. Potest tractari de feruore virtutum contra tepidos. De quibus vide verbo Tepidi in indice verborum.

¶ *Quadragesima.*

DOM. 1. MAT. 4, A VERS. 1. ad. 11.

Vers. 1. Ductus est ab spiritu. Vide in indice verborum verbo spiritus. Vt tentaretur à Diabolo. An Christus

 habuerit

habuerit tentationes, fusè disputatur. pa. 137. num. 25.
Et quoniam iniustè tentatus fuit, iustè potens est aduersus Diabolum, ad auxiliandum alijs hominibus. pa. 107. num. 61. & 62.
De tentatione, vide verbo, Tentatio & verbo, Afflicti in indice verborum.

Feria Secunda Matth. 25. à vers. 31. ad. 46.

Omnia quæ habes Dom. prima Aduentus, huc afferri possunt.
Vers. 31. super sedem maiestatis suæ. Vide cap. 5. vers. 19.

¶ Feria 3. Mat. 21. à vers. 10. ad. 17.

Vers. 13. Domus mea, domus orationis &c. vide verbo Orare in indice verborum.
Feria 4. Matt. 10. à vers. 17. ad. 28. vide in quinquagesima.
Feria 5. Matt. 1. versu. 24. Non fui missus nisi ad oues &cæt. pag. 109. num. 1.

¶ Feria 6. Ioh. 5. à versu. 1. ad. 15.

Vers. 3. Iacebat multitudo languentium &c. qui typus erant hominum peccatorum. Vide verbo Peccatū & peccator in indice verborum.
Vers. 4. Angelus descendebat. Vide verbo Angelus in indice verborum.
Et mouebatur aqua, &cæt. Aqua fuit typus gratiæ Dei remittentis peccata ob facilitatem mediorum, quibus Deus remittit illa. Vide verbo, pœnitentia in indice verborum.

¶ Sabbato Mat. 17. à Vers. 1. ad. 9. Vide Dom. sequenti.

DOM. 2. IBIDEM. VIDE VERbo Gloria in indice verborum.

¶ Feria secunda Ioh. 8. à vers. 21. ad. 29.

VErs. 21. In peccato vestro moriemini, vt Hesau. pag. 493. num. 32. & 33.

Vers. 23.

Vers. 23. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo & vers. 26. hæc loquor in mundo. Vide in indice verborum verbo, Mundus.
Vers. 26. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare, id est, condemnare. Vide verbo, Iudicare in indice verborum.

¶ Feria Tertia Mat. 23. à vers. 1. ad. 12.

VErs. 2. super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi, omnia quæcumque dixerint vobis facite. vide verbo obedientia, in indice verborum, ac præcipue vide quæ habes. pag. 544. num. 57. vbi docemur obediendum esse prælatis etiam sceleratis.
Secundum opera eorum nolite facere. Hoc loco agi potest de bono ac malo exemplo. De qua re vide in indice verborum, verbo Exemplum.
Vers. 10. Ne vocemini magistri &c. pag. 274. à num. 33.

¶ Feria Quarta Mat. 20. à vers. 17. ad. 28. Vide Dom. Quinquagesimæ.

VErs. 21. Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam &c. vide in indice verborum verbo Dextera.
Vers. 23. calicem quidem meum bibetis. pag. 431. num. 47.

¶ Feria 5. Luc. 16. à vers. 19. ad. 31.

DE diuite auaro & Epulone. Vide verbo auaritia & verbo Gula in indice verborum.
Vide indicé verborū, verbo Afflicti & verbo perseuerantia.
Circa illud verbum versus. 20. *Iacebat* scilicet per multos dies, possunt desumi multa commoda huic Euangelio ex verbo Hospitalitas, in indice verborum.
Vers. 22. Factum est, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis. Vide verbo Angelus in indice verborum. *In sinum Abrahæ*, quoniam nondum erat aperta ianua cæli. Vide. pag. 299. num. 38. &. pag. 318. num. 73. 76. 77. & pag. 328. num. 91.
Cælo sibi proposito Lazarus contemnebat diuitis voluptates. pag. 443. num. 68. &c. &. p. 478. à num. 6. ad. 10. Vide præterea multa in indice verborum verbo spes.
Circa id Mortuus est autem & diues, & sepultus est in in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferno. Sunt qui vt alter Hesau primogenituram cælestem pro nihilo prodigunt, vt iste diues pro corporis voluptatibus adeo brevibus pag. 493. num. 31. . Nec vnquam recuperant, vt dicitur in hoc eodem Euangelio Illis verbis versus. 26. hi qui volunt hinc transire ad vos non possint &c. Vbi agi potest contra errorem Origenis de damnatis reuocandis aliquando ad vitam beatam. pag. 240. num. 74.

Vers. 30. Pœnitentiam agent. Pœnitentiæ tempus præfinitur hac vita. Vide in indice verborū verbo Pœnitētia. Vnde possunt non nulla de sumi apta huic Euangelio.

Vtrùm diuites saluari possint. Vide verbo Impossibile in indice verborum.

¶ *Feria Sexta Mat. 21. à vers. 33. ad. 46.*

Vers. 33. Plantauit vineam, & sepem circundedit ei &c. Multo plura & maiora beneficia contulit Deus vineæ nouæ, id est, Ecclesiæ; atque adeò exiget copiosiores fructus. pa. 494. num. 34. & p. 500. num. 41.

Peregrè profectus est &c. Ira Deus peregrè nunc est, quod attinet ad eos puniendos peccatores & iustos præmio afficiēdos, vt tamen præsens sit, quod attinet ad eorum operainspicienda. Quod si considerarent, peccatores non tanta licētia peccarent, sed potius quæuis alia mala tolerarent, vt toderant iusti id considerantes. pag. 448. num. 78.*

Cùm tempus fructuum appropinquasset &c. Hoc in nobis est dies mortis. Vide verbo Mors in indice verborum.

Vers. 38. & 39. Filium, id est, Christum, etiam occiderent &c. Possunt quædam his verbis accommodari ex his quæ habes in concione de passione Domini.

¶ *Sabbato Luc. 15. à vers. 12. ad. 32.*

Huic Euāgelio possunt non pauca accommodari eorum quæ habes feria. 5. huius Domin.

Vers. 13. Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè &c. Vide in indice verborum verbo Peccatum & Peccator. Et quod peccata carnis impediunt maxime saluationem. pag. 476. num. 3.

Vers. 18. cum sequentibus. Vide in indice verborum verbo Pœniten

Pœnitentia. Inquo multa sunt his, quæ hic dicuntur accommodatissima.

Vers. 22. Calceamenta in pedes eius. Pedes significant affectus pag. 489. num. 25.

Vers. 23. Manducemus, & epulemur. Hoc conuiuium typus est Eucharistiæ. De qua, si quid hoc loco dicere velis. Vide in indice verborum verbo Eucharistia.

Vers. 25. Audiuit symphoniam & chorum &c. Cælestis vitæ degustationes quædam dantur iustis in hac vita. p. 428. n. 43

DOM. 3. LVC. 11. A VERS. 14. ad. 28.

VErs. 14. Illud erat mutum. Typus est peccatoris nolentis accedere ad sacramentum pœnitentiæ. Vide in indice verborum verbo Peccator. Peccatum, & Pœnitentia.

Vers. 19. Iudices vestri erunt, id est, ipsi damnabunt vos. Vide in indice verborum verbo Iudicare.

¶ *Feria Quarta Mat. 11. à Vers. 1. ad. 20.*

Paralyticus iste typus est peccatoris pœnitentis. Vide in indice verborum verbo Peccator & Peccatum, & verbo Pœnitentia. Deque eadē re agi potest in versibus sequentibus huius Euangelij.

¶ *Feria Sexta Ioh. 4. à Vers. 5. ad. 42.*

Vers. 17. & 18. Si forte libeat non nihil dicere de matrimonio Vide eo verbo in indice verborum & quo modo peccata carnis impediunt maxime saluationem pag. 476. num. 3.

Vers. 19. Video quia propheta es. Et vers. 20. Dicitis quia Ierosolymis est locus &c. & vers. 21. Crede mihi, quia venit hora. In his & multis alijs locis particula, Quia, non reddit causam. Vide in indice verborum verbo, Quia.

Vers. 34. cibus meus est, vt faciam voluntatem patris. Tota hominis perfectio in eo consistit. p. 551. nu. 71.

Sabba-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Sabbato Ioh.8.à verſ.1.ad.11.*

Verſ.11.Neque ego te comdemnabo, vade in pace. Quàm facile Chriſtus peccata remittat. Vide in indice verborum verbo, Pœnitentia.

DOM.4.IOHAN.6.A VERS.1. Ad.15.

EX his quæ habes verbo Euchariſtia in indice verborum poſſent nonnulla huic Euangelio accommodari.

Verſ.12.Collegerunt, quæ ſuperauerunt fragmenta, Audiui inſignem quemdam concionatorem, qui cùm hos panes fractos, dixiſſet typum eſſe verbi Dei, quod concionatores populo comminuunt; ſi bionsit, non debere graue videri concionatoribus, ſi ſuperſint aliqua ex his, quæ iam ipſi meditati fuerant, populo exponenda. Nam conciones præfixo ac iuſto temporis ſpatio longiores, non ſunt probādæ. Vide in indice verborum verbo, Concio.

¶ *Feria.6.Ioh.11.à verſ.1.ad.45.*

Poſſent huic Euangelio accommodari quædam ex his quæ habes in indice verborum verbo, Peccator, cuius typus fuit Lazarus. Et verbo Peccatum, cuius typus fuit mors & ſepulchrum fœtidum Lazari. Poſſent etiam quædam dici, ex his quæ habes in eodem indice verbo, Mors. Et quædam de reſurrectione, ex his, quæ habes in Euangelio Reſurrectionis.

Mortem ſanctivt lagarus non comedunt, ſed guſtant. pag.94. num.37.

¶ *Sabbato Ioh.8.à verſ.12.ad.20.*

Verſ.15.Vos ſecundum carnem (id eſt, ſpeciem externam) iudicatis. Vide.pag.315.num.66.

Dom.in paſsione. Feria.2. Ioh.7.modicum &c.pag.120.nu. 20.&.21.&.pag.129.num.10.*

¶ *Feria.3.Ioh.7.à verſ.1.ad.13.*

Verſ.7.Mundus me odit. Vide in indice verborum verbo Mundus.

Feria.

¶ *Feria.4.Ioh.10.à verſ.22.ad.38.*

Verſ.27.Ego cognoſco eas (oues meas) Vide in indice verborum verbo Scire.

¶ *Feria.5.Luc.7.à verſ.36.ad.50.*

Peccata carnis impediunt maxime ſaluationem.p.476.num.3

Multa ex his quæ habes verbo Peccator & verbo Pœnitentia & verbo Peccatum in indice verborum poſſunt huic Euangelio accommodari.

Verſ.38.Vnguento vngebat. Vide in indice verborum; verbo vnguentum.

Verſ.47.*Quoniam* non reddit cauſam. Vide in indice verborū verbo, Quia.

¶ *Feria.6.Ioh.11.à verſ.47.ad.54.*

Verſ.50.Expedit, vt vnus moriatur &cæt. Vide in Euangelio de paſsione Domini.

¶ *Sabbato Ioh.12.à verſ.10.ad.36.*

Verſ.19.Ecce mundus totus poſt eum abijt. Vide in indice verborum verbo Mundus.

Verſ.31.Nunc iudicium eſt mundi. Vide in indice verborum verbo Iudicare.

Verſ.32.Si exaltatus fuero &c. omnia traham ad me ipſum. Vide.pag.20.num.3.& in Euangelio de paſsione.

Verſ.35.Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant. Pœnitentiæ tempus præfinitur hac vita.p. 120.num.20.&.21.&.pag.129.num.10.*

Domin.in Ramis. Vna ex cauſis, cur voluerunt Iudęi Chriſtū regem creare, forte fuit, quòd eſſet ſpecioſus præ filijs hominum; pulchritudo enim digna eſt imperio.pag.441.n.66

¶ *Feria.5.à verſu.1.ad.15.*

Si agendum ſit de Euchariſtiæ inſtitutione. Vide in indice verborum verbo Euchariſtia.

¶ *Feria.6.de paſsione Domini.*

Aperuit nobis cælum mors Chriſti.pa.299.num.38. idque ſignificatum fuit in ſciſsione veli ipſius templi. Ibidem.

Non po-

Non potuimus hæreditatem cælestem consequi nisi morte Christi testatoris intercedente.p.318.n.73.p.328.num.91.
Vehementer Christus passionem perhorruit. p.148.n.10.&c.
Quam difficilis fuerit Iudæ pœnitentia, colligi optime potest ex.p.166.à.n.17.per multos,& maxime à.n.28.per multos.*
Christus sponte sua Spiritu sancto & sanctitate spiritus sui eum ad id mouente,se morti obtulit, vt suo sanguine peccata nostra dilueret non sua; & patri persolueret, quod nos debebamus;pag.315.num.67.
Ne sancti quidem,qui in veteri testamento fuerunt, salutem sine passione Christi consequi potuerunt.pa.319.num.74.
Sacrificijs veteris legis præfigurabatur passio Christi.p.319,n.74.76.77.&.p.328.n.91.& sequentibus.*
Sanguis & aqua ex latere Domini fluentes,duo maxima sacramenta significant,baptismum & eucharistiam.p.332.n.97.
Lana coccinea carnē Christi significat, per se quidē candidā sed sanguine passionis rubricatam.pag.332.num.97.
Sanguine suo mundauit, mundatque quotidie Christus cælum, quod est peccatis hominum pollutum quodam modo.pag.337.à.num.106.
Christus voluit omnes actiones;& passiones suas quasi pendere, vt non ante, nobis redemptionem inuenirent,quam cum eius morte coniungerētur.p.361.num.15.
Passio Christi causa salutis & redemptionis nostræ fuit, sed causa vniuersalis, quæ nihil efficit, nisi particulares causæ adhibeantur.p.361.num.16.
Abraham offerebat filium suum Isaac, sed Deus pater obtulit suum: ille tanquam minus perfectus artifex in opere suo inscribere debuit *Faciebat*, hic inscribere potuit,*fecit*. Vide Plinium in præfatione prope finem. Et vide in his commentarijs pagin.436.numer.47.Similiter dici potest, *Isaac offerebat se sed Christus obtulit se, ille faciebat, hic fecit*.Ibidem &.num.48.
Aries occisus ab Abrahamo typus fuit Christi, ratione humanæ naturæ occidendi: Isaac autem tunc dimissus, typus fuit Christi,qui ratione diuinitatis expers passionis fuit. pa.433.num.51.
Deus accepit Abraham in exemplum ad suum filium mortitraden

tradendum ibidem.*
Imitatio passionis Christi omnibus rebus anteponenda.pag.445.num.72.
Non possumus à morte eripi, nisi per passionem, & sanguinem Christi: cuius rei typus præcessit in liberatione Hebræorum sanguine agnorum,quo illorum postes inuncti sunt.pag.449.num.79.
Cùm posset non mori, & incolumitate atque immortalitate corporis gaudere, voluit tamen mori.p.478.nu.7. & sequentibus.Idque propter gloriam Dei, & sanctitatem hominū,quæ gaudiū Christi dicitur,adeo ea gaudebat ibi. n.8.
Christus reliquit in passione sua potentias suas, vt agerent & paterentur secundum propriam naturam, ita vt ex ratione nihil in sensum redundaret consolationis aut gaudij,quem admodum redundabat in martyribus.pag.479.n.8.9.&. 10.
Quo modo intelligendum sit fuisse ab Angelo confortatum. ibidem.
Per sanguinem Christi à peccatis emundamur, cælum ingredimur. p. 503.n.46.Melius loquitur quàm Abel, quia multo melius manet in memoria Dei, vt per eum peccata remittat, & in maiori gloria est apud Deum,plurisque ab illo fit quàm Abel;& melius loquitur, quia Abel per sanguinē suū petit vindictam, at Christi sanguis veniam.n.47.&. 48.
Imitabimur Christi passionem, si vitam agamus tanquam peregrini & in peregrinatione non quæramus honorem, sed improperia.pag.539.num. 50.

In resurrectione.

In resurrectione Christus consummatus, ac perfectus fuit p. 96.num.42.& sequentibus.pag.152.num.18.
In ea elucet bonitas, misericordia,sapientia,& potentia Dei vt in passione iustitia.pag.99.num.46.
Oratione suā resurrectionē obtinuit à patre.p.149.n.13. & c.*
Inter alia maximè tradebatur olim catechumenis resurrectionis doctrina vt spe resurrectionis omnibus periculis libenter se pro Christo exponerent.pag.160.num.7.
Isaac quodam modo mortuus, si paretis spectetur deliberatio quasi resuscitatus ab eo acceptus fuit. Et ita fuit typus resurrectionis.pag.433.num.52.cum præcedentibus.

Ante

Ante diem extremi iudicij, non nisi vnus, aut alter, aut saltē pauci consūmātur beatitudine etiā corporis. p. 268. à. n. 108

Qui cum Christo surrexisse dicuntur Matth. 27. ad vitam immortalem surrexisse sentire Orig. Epiph. Ambr. p. 471. n. 113 sed Aug. S. Thomas & alij contradicunt. pag. 474. num. 118.

Sancti mortem non comederunt, sed gustarunt, quia cito resurgent. pag. 94. nu. 37. §. Aquila mortua, renascens ex suis reliquijs, manu ducit nos ad intelligendū mysterium resurrectionis. Vide in indice verborū verbo Aquila.

DOM. 2. POST RESVR. VIDE

Supra in festo Sancti Thomę Cantuariensis.

DOM. 3. IOH. 16. A VERS. 16. AD. 22.

VErs. 20. Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, sed &c. Vide in indice verborum verbo Afflicti, & verbo Gloria, & verbo Mundus.

Dom. 5. Iohan. 16. vers. 26. Vtrūm Christus oret propriè nunc in cælo. pag. 240. num. 75.*

IN ASCENSIONE,

vide verbo Gloria.

Christus penetrauit cælos, quasi pontifex sancta sanctorum vt nobis omnia bona impetret. p. 136. n. 22. ad 32. &. p. 195. n. 65. p. 235. n. 67. p. 238. n. 17. 72. 74. p. 259. n. 7. &. p. 349. à. n. 124.* & p. 313. n. 64. &. p. 34. num. 41.

Sicut pontifex per primum tabernaculum, calcans illud, transibat in sancta sanctorum, seu in secundum tabernaculum ita Christus, corpus suum calcando, introiuit in cælum. pa 309. à. n. 56. ad. 59. sed præcipuè. n. 58.

Adire possumus ad eum libera quadam audacia. pag. 141. n. 30. sed non absque debita reuerentia, ibidem. num. 31.

Nihil vnquam petijt, quod non impetrauerit. pag. 150. nu. 14.

Christo cælum ingresso, possessionem cæli iam habemus. p. 194. num. 64.

Christus quo modo nunc interpellet pro nobis in cælo, & an oratione propriè dicta. pag. 240. num. 75.*

Facta

Facta expiatione peccatorū cœlū ingreditur, vt appareat vultui Dei pro nobis, cuius rei typus fuit summus pōtifex qui in festo expiationis introiuit in sancta sanctorū. p. 256. n. 3.

Munus gerit mediatoris testamenti, quoniam effecit vt nos consequamur quod in testamento promittitur. p. 318. n. 73.

In sempiternum sedebit in dextera Dei, nunquam illam sedis dignitatem amissurus, nunquam iterum pœnis afficiendus. Dicitur q; sedere, quo significetur eius dominium. pag. 379. num. 50.

Ibi tempus illud expectat, quo illi, qui nūc aduersus se pugnāt, conterantur, quod in die iudicij fiet. p. 380. n. 51. &. 52.

Christo, redemptione reperta, in cælum ascendēte, nos etiam fiduciam habemus introeundi in cælestem illam beatitudinem. p. 382. n. 55. &. 56.

Per velamen, illud scindendo, id est, patiendo, Christus cœlū ingressus est, & cæteri, qui vllo tempore ingredientur, sic etiam ingressuri sunt. p. 383. n. 57. 58.

Ne patiamur hanc spem introeundi nos in cœlum, cadere aut declinare. p. 385. n. 59. &. 60.

Passione sua tantum honorem consecutus est, vt in dextera Dei sedeat. Idque nos mouere debet, vt nihil afflictionis timeamus. p. 478. à. n. 6. ad. 10.

IN FESTO PENTECOSTES.

Quemadmodum Spiritus sanctus faciat nos postulare gemitibus inenarrabilibus. p. 245. n. 82.

In id Iohan. 14. vers. 26. ille vos docebit, &c. p. 274. à. n. 33.

IN FESTO TRINITATIS.

Vide in indice verborum verbo Trinitas.

Si agendum sit de æterna filij generatione, conducit expositio illorum verborum, Filius meus es tu, &c. pag. 31. n. 26.

Sermo diuinus maximè de Trinitatis occultissimo mysterio, non admistus fidei, non vtiliter percipitur, sed nocet potius. p. 126. n. 6.

De Trinitate maximè grandis sermo & interpretabilis ad dicendum, pag. 153. num. 18. & sequentibus argumento sumpto à minori ad maius.

¶ *In festo corporis Christi.*

Quædam huic festo accommodari possunt quæ habes in festo Trinitatis.

DOMINICÆ POST PENTEC.

DOM. 1. LVC. 6. A VERS. 36. AD. 42.

VErs. 36. estote misericordes. Vide in indice verborum verbo Hospitalitas.

Dom. 2. Vide in indice verborum verbo Eucharistia.

Dom. 3. Luc. 15. vers. 6. Inueni ouem &c. p. 105. n. 57.*

Dom. 4. Luc. 5. à vers. 1. ad. 11.

Vers. 5. In verbo tuo, id est, imperio tuo. p. 25. num. 14.

Dom. 5. Matt. 5. à versu. 21. ad. 25.

Vers. 21. Nisi abundauerit iustitia vestra, id est, sanctitas vestra. Vide in indice verborum verbo Iustitia.

Vers. 22. & 23. Reus erit iudicio, id est, damnatione. Vide in indice verborum verbo Iudicare.

Dom. 6. Vide Dominicam tertiam post epiphaniam.

Dom. 10. Luc. 18. à vers. 9. ad. 14. Vide in indice verborum verbo Orare.

Dom. 12. Luc. 10. à vers. 23. ad. 37.

Vers. 34. *Infundens oleum & vinum.* Ipse per se infudit quanta bonitas & benignitas, p. 27. num. 18.*

Dom. 15. Luc. 7. à vers. 11. ad. 16. Si agendum sit de morte vide in indice verborum verbo Mors.

Dom. 19. Vide in indice verborum verbo Eucharistia.

DOM. 24. POST PENTEC.

IN hoc Euangelio sermo est de Antichristo, & vtrum eius sæculum proximum nobis sit, an longè absit vide. pa. 353. n. 113. ad. num. 123.

Electis, qui tempore Antichristi acerrimè pugnabũt, & multis modis ab eo affligentur, expectãtibus se in salutem Christus apparebit. pag. 352. num. 130. & 131.

Qui expectant alium Christum, quam eum, qui iam venit, incident in Antichristum. pag. 532. num. 34. & p. 533. n. 36.

Com-

Commune sanctorum.

Vide in festo omnium sanctorum.

Commune Apostolorum, Pontificum & Doctorum.

Ministerium suum impleuerunt exemplo Christi Apostoli, Doctorisque summi. p. 110. num. 4.

Nonnunquam quidam ita vocantur à Deo ad proximorum salutem procurandam, vt peccent mortaliter, nisi vocationi obtemperent. pag. 443. num. 70.*

Ad eiusmodi munera ætas est expectanda natura & sapientia, & opportunitas. ibidem, nu. 71.

Quisque debet manus Doctoris quodammodo gerere, procurando quantum in se fuerit, ne quis desit gratiæ Dei. pag. 491. num. 28.

Ne ita contemplationi dediti simus, vt actionis in proximi vtilitatem obliuiscamur. pag. 542. num. 53. 54. 55.

Debent in omnibus benè conuersari. pag 548. nu. 64. nec modo coram externis & extraneis, sed etiam domesticis & familiaribus. Ibidem.

In omnibus ad orationem recurrant, etiam in rebus minoris momenti, facile mobiles ab spiritu diuino, vt nubes ab aere. pag. 549. num. 67.

Ad eos spectat curare non modo salutem vt cumque sed etiã perfectam hominum sanctitatem, parare, videlicet Domino plebem perfectam. pag. 551. num. 70.

Sint breues eorum sermones; hi enim si boni, auidius audiuntur, si mali parùm grauant. p. 552. num. 73. sint etiam humiles. Ibidem ex Anselmo.

Commune Apostolorũ & Euangelistarũ ac discipulorũ Christi, qui cum ipso coram versati sunt, eumque viderunt, & audierunt.

Vt Christus aderat adiutor illis, sic & adest nobis, & adfuit, aderitque omnibus. pag. 530. num. 31. & 34.*

Ecclesia primitiua quàm sancta fuerit, quantumque ab illa sanctitate desciuerit. p. 272. à num. 30.

Commune Martyrum.

Vide verbo Afflicti & verbo Tentatio in indice verborum. Et verbo Mors. Ex quibus verbis facile erit multa desumere ad quosuis martyres accõmodata.

Melius est affligi cum sanctis, vt æterna requie fruamur,

quam temporalis peccati habere iucunditatem postea vero pœna æterna torqueri. pag. 443. à. num. 68. ad. 71.
Cum agitur de martyribus, qui se ipsos occiderunt. Vide. pag. 456. num. 89. &. 90. &. pag. 453. num. 86.

¶ *Commune sanctorum sacerdotum. Vide in indice verborum, verbo Sacerdos.*

§ *Commune Pontificum, seu prælatorum.*

Quanti periculi munus id sit. pag. 544. num. 57. &. 58.
Infelices, & miseri, qui semetipsos ad alios regendos præcipitant. n. 58.
Omnium, quos regis mulierum, puerorum, atque virorum tu rationem redditurus es, ibidem.
Miratur Chrysostomus, si potest saluari aliquis Rectorum. ibidem.
Etiam, qui necessitate compelluntur regere alios, in periculũ sæpe negligentis regiminis veniunt. ibidem.
Boni prælati gemunt, quando vident esse inobedientes ipsorum subditos. pag. 545. num. 59. At quando vident eos esse obedientes, gaudent, vt agricolæ videntes fructum in arbore, in cuius cultu laborarunt. ibidem.
Cum prælati vident subditum inobedientem, non tam præcipiunt quod ei conducit, quàm quod arridet. ibidem.
Vnde ex hac inani, & apparenti obedientia non est cur subditus mercedem speret. ibidem.
Quod chorus sine Choriphæo, exercitus sine duce, nauis sine gubernatore, grex sine pastore, id nos sumus sine præposito. num. 60.
Prælati subditum inobedientum frœnent, vt medici ægrotos, non tam pœnis inflictis, quàm gemitibus, & lachrymis. nu. 61. qui gemitus si non corripit illum, sæpe inuocat contra ipsum, seueriorem Dei vindictam, ibidem.

¶ *Commune virorum religiosorum, vel fœminarum.*

Vide in indice verborum, Verbo Religio.

§ *Commune virginum.*

Tẽtatio diuturna solet ea merita homini comparare, quæ aliis martyrium. Nam quod deest acerbitati doloris, mora longi temporis compensatur. p. 465. num. 104. Vide in indice verborum verbo Mortificatio.

§ *Commune fœminarum Sanctarum.*

Harum exemplis pudor viris excitandus est, ne magis pusillanimi videri velint, quàm fœminæ. Hoc argumento vtitur Paul. pag. 423. num. 35.

PROPRIA SANCTORVM.

Ad hæc desumi possunt multa ex his quæ diximus in communibus.
Sed quædam præterea occurrunt specialiora.

IANVARIVS.

In conuersione D. Pauli, in id, Domine quid me vis facere. Cæpit Paulus à summa perfectione, quæ in perfectis reperitur: quæ consistit in faciendo voluntatem Dei. p. 551. n. 7. Vide etiam in indice verborum verbo Obedientia.

FEBRVARIVS.

In festo sancti Matthiæ, si agendum sit de Iudæ reprobatione habes locum de eare selectum in Euangelio de passione Domini.
Iudas ipse meruit deseri ac maledici à Christo & comburi igne inferni. pag. 179. num. 38.
Metuere debent similem exitum, qui videt se remisisse de pristinæ sanctitatis feruore. pag. 179. num. 39.
Præterea vide in festo S. Francisci quarto die Octobris, est enim idem Euangelium,

MARTIVS.

In festo Incarnationis siue annuntiationis.
De fine Incarnationis, deque medio ad eum finem consequē dum.pag.369.à.num.31.ad.37.&.num.46.&.47.
In eo mysterio omnes diuinæ perfectiones refulserunt. pag. 541.num.52.
In id Aue gratia plena, vide in indice verborum verbo Gratia.

IVNIVS.

In festo sanctorum Petri & Pauli. In id super hanc petram ædificabo &c. Christus est huius domus artifex.p.111.n.5.&.6.
Hac die potest etiam tractari de Ecclesia. Vide eo verbo in indice verborum. Et de fide vide verbo Fides.

AVGVSTVS.

In transfiguratione.
Christus cum posset incolumitate, atque mortalitate corporis gaudere, voluit tamen mortalis esse & mori. pag. 478. num,67.89.10,
In Assumptione. In id optimā partem &c. Ne ita dediti simus contemplationi, vt actionis necessariæ aut vtilis proximo obliuiscamur.pag.542.n.53.&.54.&.55.
In decollatione S. Ioh. Bapt. Vide in indice verborum verbo Afflicti, & verbo Tentatio. In id propter iusiurandum. Vide in indice verborum verbo Iuramentum.

SEPTEMBER.

Dedicatio. S. Michaelis. Vide in indice verborum verbo Angelus.
Michael Angelorum & Archangelorum princeps est pag.71. num.107.
Seraphim qui sint.pag.66.num.97.

OCTOBER.

In festo S. Francisci.

In id

In id confiteor tibi &c. Vide pag.541.num.51.
In id discite à me, quia mitis sum & humilis.pag.332.num. 97. &.pag.477.à.num.5.ad.9.

NOVEMBER.

Festum omnium sanctorum. Vide verborum indicem verbo Sancti.
In id aperiens os suum.pag.8.num.13.14.15. Nunc etia m loquitur nobis.pag.507.num.52.
Fide tamquam fundamento innixi, res præclaras gessere sancti. Vide fere totum caput vndecimū. Et iuxta fidem defuncti sunt non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes &c. Per fidem deuicerunt regna, operati sunt iustitiam &cæt. Alij hoc, alij illud operati sunt. Caput illud vndecimum integræ concioni, eique grauissimæ materiā præbet: vt enim eo capite Paulus, sic Ecclesia hodierna die viros ac fœminas omni virtutum genere excellentes nobis proponit, vt quasi exercitu quodam seu castrorum acie ornata (vt dicitur in canticis) hominum corda expugnet, ac Deo seruire quasi cogat, quos singulorum sanctorum singula festa solemnia, & exempla expugnare non potuerunt. Sed quæ eo capite vndecimo dicuntur, concioni huic maximè seruient, si concionator præter historiam, comparet etiam sibi allegoriam, & tropologiam quod facile erit: ideoque à me prætermittitur, si posuero tamen sapientem in via. Quod Paulus ait, extinxerunt impetum ignis, iuxta historiam intelligitur de Azaria & socijs eius; at allegoricè de Laurentio & similibus sanctis noui testamenti; & iuxta tropologiam de virginibus, & alijs continentibus, qui concupiscentiæ ignes ardentiores superarunt.
Tot ergo sanctorum exemplis, qui res magnas gesserunt, & durissima quæque generosè pertulerunt; nos ad similia prouocemur toto cap. 12. quod incipit à pag.474.
Sancti, dictis & factis testati sunt, nihil esse tam durum, quod ob usum fidei & religionis Christianæ, ac beatitudinis ea promissæ non sit suscipiendum.pag.475.num.primo & ideo vocantur testes, ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nubes etiam dicuntur & ob multitudinem, & quia memoria tot testium recreamur. ibidem.

Terrestria negotia, & curæ illis admixtæ nos impediunt, ne, vt illi sancti curramus ad supernum cælestis beatitudinis brauium. ibidem. num. 2.

Priscorum sanctorum exemplis, sed magis sanctorum noui testamenti permouendi sumus ad sanctitatem, considerantes quã felicẽ exitum habuerit sancta ipsorũ vita. p. 528. n. 29

Vt discipuli pictura ad primum exemplar cõferunt, sic & nos actiones nostras ad sanctorum conuersationem ad mortem vsque conferamus. pag. 529. num. 30.

Sanctorũ vita nõ leuiter cõspiciẽda, sed attentiùs discutiẽda. ibi.

Vide etiam in indice verborum verbo, Exemplum.

Si agendum sit de eorum beatitudine cælesti, vide multa in indice verborum verbo Gloria.

Si de eorum meritis, quòd videlicet mercantur suis bonis operibus. Vide. pa. 542. n. 55.

Sancti mortem non comederunt, sed gustarunt: quia citò resurgent. pa. 94. nu. 37. Eos Christus mortis timore liberauit. pag. 105. num. 59. Vide in indice verborum verbo Mors.

Spe bonorum cælestium, omnia mala sufferebant vide verbo Spes in indice verborum.

Si de sanctorum feruore agendum sit, & inde increpanda nostra tepiditas, vide in indice verborum, verbo Tepidi.

DECEMBER.

Conceptio Beatæ Mariæ,

Leges communes Scripturæ affirmantis omnes in Adam peccasse, aut simile quid, non probant B. Mariam contraxisse peccatum originale. pag. 427. num. 43. cum præcedentibus.

FINIS.

SALMANTICÆ.

Excudebat Petrus Lassus

Anno. 1598.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca